




XXXV
Vercellis
Sermo:
nes.
1492
INCUNABULI
B
6
20
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











XXXV

de Vercelly

1492





¶ Fratris Antonij de vercellis ordinis mi
norꝝ de obseruantia. Apostolici viri: ac predi
catoris gratissimi. Sermões quadragesima
les de .xij. mirabilibus christiane fidei excellē
tijs. Incipiunt. Prologus.



Um sero fa
ctū esset. dicit dn̄s vinee pro
curatori suo. voca operarios ꝛ
redde illis mercedē suam:
incipiens a nouissimis vsqꝫ
ad pmos. Math. 20. ca. ꝛ in
euangelio occurrētis dn̄ice: que etiaꝫ dn̄ica
septuagesime appellaꝛ. Quoniaꝫ patres me
rito venerandi: egregijqꝫ diuini verbi pre-
cones: necnon etiaꝫ generosi atqꝫ preclarissi
mi ciues in xp̄o iesu dilectissimi: pn̄s euange
liuꝫ seu pn̄s parabola euangelica moraliter
nos instruit atqꝫ clarissime nobis insinuat:
qualiter vnusquisqꝫ debeat in hac vita fide-
liter operari. atqꝫ feruēter se exercere in spi
ritualibus exercitijs ꝛ operibus virtuosis in
vinea dn̄i sabbaoth. i. in ecclesia militante: ut
postmodū cum sero factū fuerit: vꝫ: cū dies
mortis nostre tenebrosa aduenerit: vnusqsqꝫ
recipiat in ecclesia triūphante a procuratore
patrisfamilias . i. a dn̄o iesu xp̄o: q est filius
celestis eterni patris: mercedē sui laboris: sci
licet denariū diurnū: id est eternaꝫ beatitudi
nem. eternamqꝫ felicitatē: que ꝑ denarij ro
tunditatē significaꝛ: hinc est ꝙ cū nullum in
tercetera maius sacrificiuꝫ deo offerri possit
in hac vinea. seu ecclesia militante: q̄ꝫ salus
aiaꝝ. attestāte morali Grego. qui sup Eze.
ait. Nullū omnipotēti deo sacrificiū tale of
ferꝛ: quale est zelus animaꝝ. Qd̄ etiaꝫ ꝯfir.
glo. super verba Joh. 2. vꝫ. Zelus domus tue
comedit me. di. Nullū opus ꝛ sacrificiū deo
preciosius offerri vnq̄ꝫ potest salute animaꝝ
pro qbus ꝛ ipse filius dei mori dignatus ē.
hec glo. Salus vero animarū potissime acq
ritur ꝑ doctrinā euangelicam scriptam ꝛ pre
dicatam. dicente Inno. ex̄ de officio Judicis
ordi. c. inter cetera. Inter cetera (inqt) que ad
saluteꝫ spectant ppl̄i xp̄iani: pabulū verbi dei
maxime noscitur sibi necessariū: qꝛ sicut cor
pus materiali: sic anima cibo spūali nutriꝛ:
eo ꝙ non in solo pane viuit homo: sed ex oi
verbo qd̄ ꝓcedit ex ore dei. hec ille. Decreui
ꝓpter hoc oino ꝛ statui zelo charitatis atqꝫ
salutis animaꝝ motus: postposito oi gaudio
meo atqꝫ priuato cōmodo (licet non sine ma
ximo atqꝫ ingētissimo labore vtriusqꝫ hois:
ꝓut testis est mihi ipse dn̄s) gratiaꝫ a domi
no deo ꝛ saluatore nostro iesu xp̄o celitus mi
hi concessam ꝛ infusam vobis liberaliter cōi
care: ꝛ charitatiue impartiri: ne tanto dono
ꝛ gratia coram creatore meo ingratꝰ inueni
ar. Cōicabo igiꝛ tibi ppl̄o meo: mihi i verita
te singulariter cordialissimo: nouū: mirabile:
vtile: delectabile: atqꝫ valde salutiferꝝ quadra
gesimale: dictim ꝛ inclusiue a septuagesima
vsqꝫ ad dn̄icam octaue resurrectionis predi
cans. qd̄ vtiqꝫ omniū vestrū mentes mirabi
liter illustrabit: atqꝫ corda miro diuini amo
ris igne succēdet ꝛ inflammabit. Cōicabo ꝛ
vobis venerādis patribꝰ meis: atqꝫ egregijs
dei preconibꝰ. pn̄tibus ꝛ futuris. idē quadra
gesimale in scriptꝭ: in forma debita relinquē
do: cuiꝰ erit titulus. Quadragesimale de .xij.
mirabilibus excellētijs xp̄iane fidei: ut taꝫ in
vita mea. q̄ꝫ post mortē saluti animarū pro
desse possit: imitatus in hoc: licet non eodem
fine atqꝫ respectu Tuliū Ciceronē: q in libro
de amicitia sic dicit. Mihi autem non mino
ri cure est qualis Respublica post mortem
meā futura sit: q̄ꝫ q̄lis hodie sit. h ille. Pau-
cis eniꝫ natus est qui se tm̄ ceteris sue etatis
dimissis excogitat. Imitatꝰ etiā sanctā mr̄eꝫ
ecclesiaꝫ que vult cōicari debere cū mortuis
cum qbus viuentes etiaꝫ cōmunicauimꝰ: ut
optime colligi potest in. c. A nobis. ex̄ de sen.
exco. ꝛ in. c. sacris. ex̄ de sepul. Ad cōicandam
itaqꝫ ex charitate vnicuiqꝫ vestꝝ hanc dupli
cē graꝫ ꝑdicādi vꝫ: ꝛ q̄dragesimale inscriptꝭ
ꝛ debita forma relinq̄ndi: tria me ꝑcipue coe
gerūt seu cogūt ꝛ astrigūt. Prio auctes. Se-
cūdo rōes. Tertō exēpla. ¶ Prio dico ꝙ ad
suscipiendū hunc dupliceꝫ ꝛ ingētissimū la-
borē predicādi scilꝫ ꝛ componēdi: me cogunt
ꝛ inducūt auctoritates diuerse tam doctorū
q̄ꝫ phoꝝ. Et primo auctoritas Ambro. in ser
mone quē fac sup festo sanctoꝝ Geruasij ꝛ
Prothasij: di. In diuinis voluminibꝰ reus
scribiꝛ qui non studuerit dare gratis: quod
ipse gratis a deo accepit. quicqd eni ecclesie
dei ꝓfuturꝝ erat subtraxisse arguiꝛ: qui no-
luerit tradere oibus quod ipse non celandū
accepit: hec ille. Cū quo concordās dn̄s Bo
nauētura in libello de triplici statu religioso
rū: sic ait. Reus furti apud deū censetur: qui



Conuentus S.ti Joseph de Florentia

proximo gratis non impendit: quod a deo gratis accepit:hec ille. Item Hieronymus i primo plogo biblie.et ponit.2.q.7.c. Scã ait. Sancta qppe rusticitas solum sibi pdest: et quãtũ ex vite merito edificat ecclesiã xpi: tm nocet si entibus nõ resistat.h ille. Itẽ Augustinus in epistola ad macedoniũ. et ponit.23. q.4.c.debet.ait. Debet homo diligere proximum suũ sicut semetipsum: vt quẽ potuerit hominẽ beneficientie latiõe:vel informatiõe doctrine:vel discipline coertione: inducat ad colendũ deũ.hec ille. Item Prosper de pe. di.2.c.proinde.ait. Proinde sicut nos proximos nostros diligimus qñ ad bonos mores et eternã vitã consequendam sicut nobis cox saluti cõsulimus:qñ nos in cox periculis et p eccatis cogitamus:et sicut nobis subueniri optaremus ita eis subuenimus: Aut si facultas defuerit voluntatẽ subueniẽdi teneam⁹: quapropter carissime satage tota dilectione vt bonũ qd tibi õferri vis:velis et primo sp hec ille. Itẽ pme pe.4. Petrus ait. Vnusqsqz sicut accepit gratiã in alteutrũ illam ad ministrantes sicut boni dispensatores multi formis grẽ dei.hec ille. phs etiã lib. de repu. ait. O pus est ad virtutes:vt homo qui ẽ aial sociale socios faciat amicos in bonis suis q eisdem bonis egent.hec ille. Tulius etiam li. 2.de offi.ait. Cũ igit h locus nõ habeat dubitationẽ:qn hoĩes plurimũ hoĩbus:et psint et obsint:pprium hoc statuo esse virtutis:õsiliare aĩos hoĩuz:et ad vsus suos adiungere atqz adiuuicẽ tueri et auxiliari: Deniqz idẽ Tuli⁹ lib.pmo de offi.ait. Scire debemus q in tris gignunt ad vsuz hoĩs creari oĩa:hoĩes autez hoĩuz causa fuisse generatos: vt ipsi inter se: alij alijs prodesse possint. In hoc ergo debemus nãm ducem seq:etiã cões vtilitates afferre in mediũ.hec ille. Hec igit oẽs auctoritates tãq̃ quadã dei seu spũs sancti facte lingue et voces:me cogunt ad suscipiendũ onus tanti laboris:tanteqz difficultatis. ¶ Scdo dico q ad suscipiendũ põdus tãte charitatis me inducunt diuerse rõnes et precipue qnqz Quax prima dicit rõ assimilationis. Scda dicit rõ electionis. Tertia ratio ordinatiõis. Quarta dicit rõ accumulatiõis. Quinta dr rõ fructificatiõis. ¶ Prima rõ me cogẽs aut inducens ad suscipiendũ h duplex onus tãte charitatis dicit rõ assimilatiõis. Fundamẽtũ huius rõnis ponit phs.9.ethicox. Amicabilia q̃ sunt ad altex veniũt ex amicabilibus q̃ sunt ad seipsum: hec phs.pz h regula. Nam posito q hic sint duo socij vel amici:si vnus videt altex aliqua re indigere:certũ ẽ q p dilectionẽ nãlem ei subueniet:aliter cũ nõ diligeret:imo si õtrafaceret:qz ageret õ dilectionem nãlem:mortaliter peccaret: Cum dicat Alexãder de ales in tertia pte sũme i tractatu de legibus. Agens ingt õ ius nãe mortaliter peccat.h p̃supposito:certũ est q si nãlis et tpalis amicitia h exigit:ergo a simili:imo a fortiori amicitia spũalis:et infusa:que est perfectior et nobilior omni amicitia nãli et acqsita:regrit vt qsqz in necessitatibus:amicis spiritualib⁹ subueniat:sicut et ipse sibi vellet sub ueniri. Sed clax est q si ego non intelligerẽ scripturam:nec haberẽ modũ cõponẽdi:cẽm vtiqz contẽtus q aliquis vestrũ et scripturaz mihi explanaret.et insup opus ad lucrifaciendum animas xpo cõponeret:ergo a simi. Cuz hec duo mihi aliqualiter õcessa sint:iõ teneor illa vobiscum cõicare:et volo. hoc eni dñs Matthei.7.precipit vnicuiqz faciendum.di. Quecũqz vultis faciant vobis hoĩes:hec facite illis.et Matthei.22.dicit. Dilige proximuz tuum sicut teipsum.qd õfirmans phs.8.ethicox.et 2.polli.ait. Amicox nãliter oĩa debent esse cõia.et.9.ethicox dicit. Amicus se debet habere ad amicum sicut ad seipsum:qm amicus est alter ego. Et Tulius lib. de amicitia sic dicit. Est aũt amicitia nihil aliud nisi diuinax humanarũqz rex cum beniuolentia et charitate consensio. Et cõfirmat ista rõ per Dyonisiũ.4.c.de di.no.dicentẽ. Bonum est nãliter suiipsius diffusiuũ:pz qz sol ideo ẽ bonus:qz cõicat lucẽ suaz.gd si sic est: sequitur q si quis habeat aliquod bonum pro aliquo tpe non sibi sed primo necessarium:et nõ cõmunicat cũ agnoscat:agendo õ nãm peccat. Ex qua rõne pz q ego nequaq̃ vos diligerem si bonũ qd in me est vobis cõicare nollem. Ideo non leuiter forte peccant interduz predicatores qui nimia forte ambitionis cupiditate ducti:opa predicabilia cõicare nolũt vt non pp̃ter dei honorem sed pp̃ter mundi gloriam appareant pmi in officio. Nec in super volunt pp̃ter laboris impatientiaz aliquid fructuosum componere. Certe tales sic cupidi cõtra salutem proximox et caritatem: nũq̃ deo placere possunt:etiã si mundo placere videantur. dicit Grego.47.di.c.bono-

rum. Bonorum inquit auctori aliter placere
non valemus nisi cupiditatē a nobis que ra
dix est oium maloꝝ funditus abscidamus.
hec ille. Et Leo epus. 47. di. c. vix. ait. Vix
catholicū ꝛ precipue dñi sacerdotes sicut nul
lo errore implicarī: ita nulla vnq̄ȝ oportet cu
piditate violari: dicēte scriptura. Post concu
piscentias tuas nō eas. Mens eni potentie
auida nec abstinere nouit a vetitis: nec gau-
dere concessis: nec pietati adhibere ꝯsensum.
hec ille. ¶ Scda rō me inducens ad hoc on⁹
suscipiendū dicit̄ rō electionis. Fundamētū
rōnis ponit phs. 3. thopicoꝝ dicens. Maius
bonū semp est eligibilius minori bono ꝛ plu
ra bona paucioribus bonis nāliter sunt pre-
eligenda: patet hec regula. Nam si preponat̄
in electiōe alicui vas plenū vino debili ꝛ ace
toso: ꝛ vas plenū maluatico: claꝝ est ꝙ ꝑeli-
get vas plenū maluatico tāq̄ȝ maius bonuȝ
h̄ ꝑsupposito: certū est ꝙ bonū cōe ꝛ multoꝝ
est maius bono ꝑuato ꝛ singl'ari: dicēte pho
j. ethicoꝝ. Bonū quāto cōmunius tanto me
lius ꝛ diuinius. quod si sic est: cuȝ predicare
ꝛ componere sit quoddā bonū cōe plurium:
ecōtra vero nō predicare ꝛ nō cōponere siue
non cōicare sit quoddā bonum particulare.
Igitur ꝓpter hoc vt maius bonū sequat̄ vo
lui vtrūqȝ opus assumere: qḋ faciendum esse
insinuans saluator ipse Mat. 5. dicit. Estote
perfecti sicut pater vester celestis ꝑfectus est
qui solem suū oriri facit sup bonos ꝛ malos
ꝛ pluit sup iustos ꝛ iniustos. ꝛ Plato in thi.
ait. Tāto qs deo est similior quāto in bonis
suis est cōior ꝛ vtilior. Et phs. j. ethi. ait. Bonū
cōe omni altero bono eligibilius est q̄ȝ solita-
rium. hec ille. Et. 8. ethi. ait. In qbus nihil est
cōe i his neqȝ ē amicitia neqȝ bonitas neqȝ
iusticia. ꝛ. 2. poli. dicit. Amicis plurib⁹ auxilia
ri ꝛ optimū ꝛ delectabilissimū est. Idem etiā
3. poli. ait: Quicūqȝ politice intendūt vtilita-
tem cōem recte iusti sunt: quicūqȝ aūt inten-
dunt simpliciter vtilitatē ꝓpriam vitiosi sunt
ꝛ rectaꝝ policiaꝝ transgressores sunt. hec ille
Tulius insup lib. 3. de offi. sic ait. Magis est
ꝭm nām pro oibus gentibus (si fieri possit)
conseruandis atqȝ iuuandis maximos labo
res molestiasqȝ suscipere: imitantes herculē
illum quē hoiuȝ fama beneficioꝝ memor in
cōcilio celestiū collocauit: quē viuere in solici
tudine non solū sine vllis molestijs: sed etiaȝ
in voluptatibus ꝛ oiuȝ reꝝ copijs hec pueri-
tunt: itaqȝ hoies ea que sunt fundamēta nāe
cum vtilitate ꝓpa a cōi bonitate disiungunt
hec ibi. Ideoqȝ Tulius in codē lib. ait: Vnū
debet esse ꝓpositū oibus ciuibus: vt eadem
sunt vtilitas vniuscuiusqȝ ꝛ vniuersoꝝ quā si
ad se quisqȝ rapiat dissoluet̄ ois humana cō
sociatio: ꝛ sup ibidē dicit. Detrahere eni aliḋ
alicui ꝛ alterius incōmodū suū cōmoduȝ fa-
cere magis est ꝯ nām q̄ȝ mors: q̄ȝ paupertas
q̄ȝ dolor: hec ille. Itē Seneca in epl'a quadā
ad Lucillū ait. Sapiens qsqȝ solē ꝛ lunam i
cōi beneficio sequi debet. Idem quoqȝ i epl'a
34. ad Lu. ait. Sapiens non iudicat esse suū
qḋ est cōe. Stulta aūt mortaliū auaritia pro
prietates possessionēqȝ discernit. Item. 7. q.
j. c. Scias. dicit̄ Plurimoꝝ vtilitas: vni⁹ vti-
litati ꝑferri debet. Item. 8. q. 2. c. dilectissimi
colligit̄ ꝙ nullus dȝ inspicere ꝓpam vtilitatē
sȝ cōem. ꝛ. 8. di. c. differt. dicit̄ apud Platonē
Illa ciuitas iustissime ordinata ē i qua qsqȝ
non ꝓpos: sed cōes scit affectus. h̄ idem ha-
betur ex̄ de electionibus. c. vbi periculū. §. ce-
terorūqȝ. lib. 6. vbi colligit̄ ꝙ nihil est in oi re
deterius q̄ȝ cū mentē ꝓprius ꝛ inordinatus
ꝛ nō cōis captiuat affect⁹. Itē. 12. q. j. c. dilectis
simis. Clemens ait. Cōis vsus oiuȝ q̄ sunt
in h̄ mundo oibus hoibus esse debuit: sȝ per
cupiditatem ꝛ iniquitatē alius dixit hoc esse
suū: ꝛ alius illud: ꝛ sic inter mortales facta est
diuisio. deniqȝ gregoꝝ qdam sapientissimus
h̄ ita sciens oia debere esse cōia ait. hec ille.
Item Inno. 3⁹ ex̄ de regularib⁹. c. lȝ qbusdā
ait. Sicut maius bonū minori bono ꝑponit̄
ita cōis vtilitas spāli vtilitati ꝑfert̄. ꝛ in hoc
casu recte ꝑponit̄ doctrina scilentio: solicitu-
do cōtēplatiōi: ꝛ labor quieti. hec ille. Ex hac
igit̄ rōne que ondit qualiter cōe bonū ꝑuato
ꝛ particulari preferri debet: cogor h̄ on⁹ tante
charitatis assumere. ¶ Tertia rō me iducēs
ad h̄ onus suscipiendū dicit̄ rō ordinationis
s. diuine. Fundamentū rōnis ponit phs. j.
poli. di. Debemus semp vti rebus ad id ꝓpi
qḋ date sunt a sapientissimo datore: pȝ h̄ re-
gula. Nam si aliqs dñs dat vni seruoꝝ suo
rum decē ducatos vt expēdat in cōi vtilitate
familie: nūq̄ȝ sibi licet eos in singularē ꝛ pro
priam expendere: aliter peccabit faciens con
tra voluntatem dñi sui: quo presupposito cer
tum est ꝙ deus mihi hanc gratiam scȝ predi
candi ꝛ componēdi gratis dedit eo. s. fine vt
similiter gratis cōmunicē. Sic enim precipit̄

Matth.io. gratis accepistis gratis date: qd si non cōicarem: vtiqz facerem contra dei voluntatem ꝛ sic peccarem: qd nec mihi nec alicui vnqz licitum est: ꝓpter qd Leo papa.25.q.j. Que ad perpetuam generaliter inquit ordinata sunt vtilitatem nulla comutatione variéntur: nec ad priuatum trahantur cōmodū que ad bonum sunt cōmune prefixa. hec ille. Item Grego. ex͂ de preben.c.ratio.ait. Rō nulla permittit vt quod pro cōmuni vtilitate datum esse cognoscit̃: proprijs cuiusqz vsibus applicetur. Et Augu.lib.de doctrina xp̄iana dicit. A deo q accepit gratiā cōmunem ꝛ cōmuniter ceteris eam non prestat: nūqz eam possidet ſm voluntatem dantis. hec ille. Igitur si aliter quisqz facit.i.ꝙ cōmuniter nō cōmunicet qd pro cōmuni vtilitate accepit cōmunicandum: profecto cum agat contra dei voluntatem graues penas post hanc vitam tollerabit: attestante ipso dn̄o qui Luce.12.c. ait. Seruus sciens voluntatem domini sui ꝛ non faciēs: plagis vapulabit multis. ¶ Quarta insup rō me inducēs ad hoc onus suscipiendum dicitur ratio accumulationis: videlꝫ gratie. Nam exquo quis ꝓpter deum se occupat fideliter in cōmuni vtilitate meretur vtiqz accipere incrementa gratiarū atqz donorum. Fundamentum rōnis ponit phs.2.phi.ꝛ.5.methaphi. dicit idem aliter se habēs est causa oppositoꝝ. patet h regula. Nam videmus ꝙ si aliquis seruus male vtitur beneficio domini sui seu gratia: statim et merito ab ipso domino ei gratia ꝛ beneficium auffertur: vtputa. dominus priuat officialeꝫ officio suo: cum eo male vtitur. qd patet de villico. d quo habetur Luc.16. qui cum esset diffamatus apud dominum suum statim cum āmouit a villicatione. econtra vero. si seruus officialis vel villicus bene vtuntur officio ꝛ beneficio recepto confestim dominus eorum eos confirmat ꝛ lucrum augmētat. Quo presupposito certū est a simili: ꝙ si quis gratiam a deo receptam non cōmunicat cum ea abutatur vtiqz meretur: aut in toto priuari priuilegio illius gratie ꝛ doni seu per morteꝫ seu ꝑ alium modum: aut non meretur augmentuꝫ alterius doni ꝛ gratie. Sic enim dicitur.12.q.j.c.ecclesias. vbi Dyonisius ait. Dum querit is vsurpare cōmune bonum qd vestrum non est iusta animaduersiōe cogamini āmittere: qd vobis aliquo modo videbatur competere. Et Greg. in registro. ꝛ ponitur.xi.q.3.c. Preuilegium. qd etiam ponitur ex͂ de regularibus.c.quibusdam. ꝛ ex͂ de priuilegijs.c.tuarum. ꝛ.c.priuilegia. ait. Priuilegium meretur āmittere qui permissa sibi abutitur potestate. Item ex͂ de conces.preben.lib.6.c. detestanda. dicitur Detestāda iniquoꝝ peruersitas abstinere nesciens a vetitis nec debito modo gaudere concessis: digne plerūqz officiū excitat ꝓsidentis ad ea q iusta fuerūt ɔsideratōe ɔcessa cū in abusum vergere ea cōspicit discretione preuia reuocanda. hec ibi. Quod ɔfirmans Thomas scd̄a scd̄e.q.107 arti.4.ait. Cum queritur an ingratis ꝛ beneficijs abutentibus sint beneficia subtrahēda seu p̄ntia seu futura. R̄ndeo ꝙ circa ingratū duo consideranda sunt. Primo quidem ꝙ ipse dignum sit pati: ꝛ sic certum est: ꝙ meretur beneficij subtractionem. Alio modo considerandum est quid oporteat beneficum facere. Primo nāqz oportet ipsum beneficum non esse facilem ad ingratitudinem iudicandam: quia frequenter aliquis (vt Seneca dicit. qui nō reddidit gratus est) quia forte nō occurrit ei facultas aut debita oportunitas reddēdi. Scd̄o debet attendere ad hoc ꝙ de ingrato gratū faciat: ꝙ si nō potest primo beneficio facere: forte faciet scd̄o. Si vero ex bn̄ficijs mltiplicat᷑ igratitudinē augeat ꝛ peior fiat dꝫ a bn̄ficioꝝ exhibitione cessare. h Tho. qd isup ɔfirmans Ber. super canti. ait. Ingratitudo est inimica anime et inanitio meritorum: virtutum dispersio: beneficiorum ꝑditio: ventus vrens ꝛ exsiccans fontem pietatis: rorem misericordie: ꝛ fluenta gratie. h ille. Et ꝓpterea dn̄s Matth.7. dicebat Nō est bonum sanctum dare canibus.i.ingratis ꝛ abutētibus gratijs diuinis nec mittē margaritas ante porcos. Quibus premissis dico ego per oppositū ꝙ qui dispensat ꝛ cōmunicat: ꝛ gratias receptas pro bono cōi ꝛ est gratus de ipsis: deus ei auget accumulat ꝛ crescit dona gratie sue. Sic enim dicit Grego. sup canti. ꝛ ponit̃ a magistro sniaꝝ in p̄mo di.37.c. Sciendū est. Lꝫ inquit deus cōi mō oibus rebus insit p̄ntia potentia ꝛ substātia: tamen familiari modo inesse dicit̃ ꝑ gratiaꝫ illis qui munificētiā opeꝝ dei fidelius cōicāt ꝛ acutius considerant. hec ille. Quod ꝑ similitudinem ecclesia etiā obseruat: dicente Innocen.3.ex͂ de preben.c.cum ſm. Dignuꝫ est

inquit vt maioribus ecclesie stipendijs sustētentur: qui i diuinis obsequijs fidelius ascribuntur. Cum quo concordans Grego. 12. q. 2. c. ecclesiasticis. Utilitatibus desudantes ecclesiastica digni sunt remuneratione gaudē: vt qui voluntarijs obsequiorum necessitatibus sponte subiciunt: digne nostris prouisionibus consolentur. hec ille. Ut igitur deus nō subtrahat mihi gratias ab ipso deo receptas libētius cōicare decreui. ¶ Quinta deniqꝫ rō me inducēs ad hoc charitatis onus suscipiē dum dicitur felicitatis. Certuꝫ enim est ꝙ p̄dicatio seu doctrina xp̄i predicata ꝛ in scriptꝰ formaliter declarata: ꝛ populos ꝛ ceteros p̄dicatores inducit ad faciendū fructum bone operationis: Et ꝙ sit verum accipe fundamētū rōnis phi. di. 2. phisi. Ars inquit imitatꝰ nām ꝛ in alijs aūt pficit que nā nō pōt operari. Et Cōmentator ait. Ars ꝛ doctrina supplēt defectum nature: pꝫ h regula. Certum ē eniꝫ ꝙ lignum obliquū per nām non potest rectificari: sed bene rectificatur per arteꝫ. similiter ꝛ infirmus per nām non sanatur aliqñ: tñ p artem medicine suscipit formam sanitatis. Silr naues per nām tēpestatis tpe in mari ꝛ fluminibus nō conseruantꝰ sed potius submerguntur. Sed per arteꝫ velorum atqꝫ remorum conseruantꝰ dicente Ouidio lib. de arte amandi. Arte cite veloqꝫ naues remoqꝫ reguntꝰ. Arte leues currus: arte regēdus amor hec ille. Quo presupposito certū est ꝙ quelibet ars habet duplex esse. s. esse materie ꝛ eē forme non tm̄ substantialis sed etiā accidentalis seu esse moris. Nam forma est que dat esse rei: vt dicitꝰ. 2. de aia. Sicut in semine forma est illa que dat eē materie seminis sicut verbi grā. Illud qđ erat gnū fit lac herba ꝛ hmōi. A silr est de aia q̄ cū hēat esse: ꝛ insup p accñs formā moris prauā p artē ꝛ doctrinā diuini verbi in formā bonā trāsmutatꝰ: ꝛ que pus erat obliq̄ opando mala: nūc rectificatꝰ p diuinū verbū opando bona. vñ Isa. 58 dr. Dñs dedit mihi linguā eruditā vt suscitarē q lapsus ē. Jō. j. Regū. 19. de audiēte diuinum verbum dicitur. Insiliet in te spiritus domini: ꝛ immutabilis in virum alterum. ꝛ phs io. ethicorum. ait. Bonos nos quidam fieri existimant: hi quidem a natura: hi consuetudine: hi vero a doctrina. Et. 2. ethico. Non enim vt sciamus quid sit virtus: nam nulla eius foret vtilitas: sed vt boni simus pscruta

mur. hec ibi ad litteram. Idcirco sicut ex vno grano decem spice generantur: sic plerunqꝫ ex vno verbo diuino ꝛ ex vna predicatiōe fit cōuersio centū aiarum: qr vt dr ad hebreos. 4. Sermo dei est viuus ꝛ efficax ꝛ penetrabilior oi gladio ācipiti: ptingēs etiā vsqꝫ ad diuisionē aie ꝛ corporis. h pꝫ. actuū. 3. vbi legitꝰ ꝙ i vna p̄dicatiōe petri tria milia hoiuꝫ ad deū sunt ꝯuersi. ꝛ iō Jacobi. j. dr. Abicientes oēꝫ imūditiā ꝛ abūdantiā malitie suscipite insitū verbū: qđ pōt saluare aias nr̄as. Ut igitur vtroqꝫ mō vꝫ pplō ꝛ ceteris p̄dicatoribꝰ xp̄i fructificare possim: decreui hoc duplex onus assumere: Sciens pfecto ꝛ arbitrans ꝙ si ñ cōicarem has duas grās nō imerito in morte mea velut fur salutis aiarum a diuina iusticia iudicarer atqꝫ punirer nisi cōicarem gratiaꝫ mihi a deo concessam: ꝙ cōicando aut p me aut p alios p̄dicatores lucrari potuisseꝫ. Sic enim dicit Hierony. ꝛ ponitꝰ. 12. q. 2. c. glā epi Amico rape qppiā furtū est ecclīaꝫ fraudare sacrilegiū est: accepisse paupibꝰ errogādum ꝛ esurientibꝰ plurimis illō reseruare vel cautū vel timidū est aut qđ aptissimi sceleris est: ex inde vero aliqd subtrahere oiuꝫ p̄donū crudelitatē supat. hec ille. Itē Innoc. 3. cꝰ. de resti. spol. c. sepe. Nō multū inqt interest quo ad piculū aie aut iniuste aliqd detinere: aut inuadē alienū. Itē Ambro. 86. di. c. nō satis. ait Grandis culpa ē si te sciente fidelis egeat: si scias eū sine sumptu eē famē tolerare erūnā ppeti p̄sertim q egere erubescit: si in cām cecidērit aut captiuitatis sue: aut filiorum suorum: aut calūnie ꝛ nō adiuues: si sit in carcere positus ꝛ penis ꝛ supplicijs ppter debitum aliqs iniustus excrucietur. Nam si debetur omnibus misericordia iusto amplius si tempore afflictōis sue a te ñ ipetret: ꝛ si tpe piculi quo qs rapitꝰ ad mortē plus apud te pecunia tua valeat q̄ꝫ vita morituri: non est leue peccatum. hec ibi. Qō si est tam graue peccatum nō cōmunicare temporalia in necessitatibus corporis: a fortiori est grauissima culpa aut ex negligentia: aut ex inuidia ꝛ cupiditate seu superbia nolle communicare spiritualem doctrinam animabus pauperculis que diuino verbo sicut cibo nutriuntur ꝛ pascuntur. Et ideo qui eas nō adiuuat cōmunicando gratias sibi a deo clargitas non tantum fur: sꝫ homicida est appellandus. Sic enim dicitur extra de homicidio. c. Sicut dignum.

Qui potuit hominē liberare a morte et non
liberauit: eum occidit. Item. 83. di. c. ꝓuiden-
dum. dicit᷑. vt eni Simacus papa ait. Nō est
grandis drīa vtrū letū inferas vel admittas.
Mortem enim languentibus ꝓbatur infli-
gere qui hāc cū possit non excludit. h ibi. Itē
Ambrosius. 86. dist. c. pasce. ait. Pasce fame
morientem: quisqꝫ enim pascendo homines
seruare poteris: si non paueris occidisti. De-
niqꝫ ꝯtra nolētes diuina dona cōicare tāqꝫ
contra pessimos fures ⁊ latrones. Ambrosi⁹
47. di. c. sicut hi. ait. Proprium nemo cē di-
cat qd̄ est cōe: plusqꝫ sufficeret sumptui eius
violēter obtentū est. et subdit dicēs. Tu vero
susceptis dei muneribꝰ: ⁊ in sinū tuū redact᷑
nihil te reputes iniquū agere si multoꝝ vite
subsidia solus obtineas. Quis enim tā iniu-
stus ⁊ tam auarus dici potest qꝫ qui multoꝝ
alimenta seu bona non suum vsum sed abū
dantiam ⁊ delitias facit. Nec eni minus est
criminis habenti tollere: qꝫ cuꝫ possis ⁊ abū
dans sis indigentibus denegare. ⁊ subiūgit
di. Tantoꝝ ergo scias inuadere bona quātis
possis prestare qd̄ velis. hec ille. Aduerte o ꝑ
dicator qui opera tua tenes occulta qꝫ graui
ter erres ⁊ peccas. Nam ex vno sermone ce
teris predicatoribus cōicato saluarent᷑ forte
centū anime atqꝫ dimitterent᷑ mille peccata
mortalia: qd̄ totum perditur: dum occultan
do opa tua atqꝫ sermōes nihil omnino vis
cōicare: certe reddes rōnem de oīibus his.
Sic enim dicit᷑ ex̄ de iniurijs. ⁊ dā. c. si culpa
Si culpa tua datum est dānum vel iniuria
irrogata seu alijs irrogātibus opem forte tu
listi: aut h imperitia tua seu negligentia eue-
nerunt: iure sup his satisfacere oportet. Nec
ignorantia te excusat si scire debuisti: ex facto
tuo iniuriam verisimiliter posse contingere.
Et ita subditur: qui occasionē dāni dat dā-
num dedisse videtur. Supradicte ergo qnqꝫ
rationes vna cum auctibus me astrinxerunt
ad suscipiendum hoc onus. ¶ Tertio deniqꝫ
dico ꝙ ad cōicandum pondus tante charita
tis me inducūt etiam exempla: ⁊ ꝑcipue duo
Primū exēplū ponitur Matth. 25. de seruo
neqꝫ qui cum accepisset vnū talentuꝫ a dn̄o
suo vt cum ipso aliquid lucraret᷑ dn̄o abscō-
dit in terram: ⁊ non fecit sicut ille qui duo ⁊
qui qnqꝫ acceperāt: qui geminū lucrum fece
runt dn̄o suo: ꝓpter qd̄ cum venisset dn̄s et
inuenisset ꝙ talentum in terra abscondisset
sine lucro: dixit ad eum: Serue piger ⁊ male
sciebas quia ego meto vbi non semino: et
congrego vbi non sparsi: oportuit ergo te pe
cuniam meam cōmittere nūmularijs ⁊ ego
veniens recepissem qd̄ meum est cuꝫ vsura.
Tollite itaqꝫ talentum ab eo ⁊ date ei q hēt
decem talenta: homini enim habenti dabit᷑
⁊ abundabit: ⁊ ei qui nō habet ⁊ q̄ videt᷑ hr̄e
aufert ab eo: ⁊ inutilem seruū eijcite ⁊ mit-
tite in tenebras exteriores. h ibi. Quo exēplo
patet: qualiter quisqꝫ tenet᷑ cōicare proximis
suis gratias suas vt cum eis reportent lucra
animarum multaꝝ coram deo. Qd̄ si nō fa
cit sine misericordia condemnabitur: dicente
omelia super hoc euangelio. Lectio iquit scti
euangelij fratres carissimi solicite cōsiderare
nos admonet ne nos qui plus ceteris in hoc
mundo accepisse aliquid cernimur ab aucto-
re mundi grauius inde iudicemur. Cū enim
augētur dona: etiam crescunt rōnes donorū
Tanto ergo esse humilior atqꝫ ad seruiendū
deo promptior quisqꝫ debet esse ex munere:
quāto se obligatiorem esse conspicit in reddē
da rōne. Ecce homo qui peregre ꝓficiscitur
seruos vocat: eisqꝫ ad negocium talēta parti
tur. post multū vero temporis positurus cuꝫ
eis rōnem reuertit᷑. Bene aūt operantes pro
apportato lucro remunerat. seruū vero a bo
no opere torpentem dānat. hec ibi. Vt igit᷑
hanc dānationē effugiam: ⁊ exprobitatē de-
creui cōmunicare hoc quadragesimale cum
ceteris que deo dante ordinabo paternitati
bus vestris: ⁊ precipue post istud: cōicabo ali
ud quadragesimale de fructibꝰ ipsius sacra-
tissime fidei: qd̄ erit infinite virtutis atqꝫ va
loris. Aliud exemplū ponit᷑ Luc. 6. vbi legitur
ꝙ multis pharis eis diuitibus ponentibus in
gazofilatio templi. i. in archa multas pecuni-
as: accessit ⁊ postremo quedam vidua paup-
cula que etiam obtulit duo era minuta: que
plus misisse ceteris a dn̄o cōmēdat᷑: eo ꝙ cū
maiori charitate: ⁊ insuper cum maiori diffi-
cultate illa obtulisset: qd̄ exemplū quilibet se
qui debet in cōicando ꝓximis ꝓpter deum
thesauros gratie sue: ⁊ qui non pōt magnos
thesauros dare saltem tribuat mediocres: vt
ingratus deo non existat: qd̄ ⁊ ego veluti al-
tera vidua facere decreui: dum hoc opꝰ mihi
valde onerosum propter deum communi-
care decreui. Et lꝫ quadragesimale istud
non sit tante excellentie sicut forte liceret ⁊

respectu ornatus: quia rudi latino ⁊ inculto sermone vtor: ⁊ respectu sententiarum: quia sublimiores forte sententias appeteres. Rn̄deo ⁊ dico q respectu ornatus non sum professus talez artem atqz doctrinā: sed magis legem sacri euangelij ⁊ sanctissime charitatis: que legi Juliane non subijciũtur: ⁊ q̄ magis vtiles sententias q̄ȝ verba ornata conspiciunt. Respectu vero sententiarũ dico. q sufficere debet: q in hoc obseruo consilium Thobie maioris: quod dedit Thobie minori filio suo. Qui Thobias. 4. c. ait: Quomodo poteris ita esto misericors. si multum tibi fuerit: abundanter tribue: si exiguũ fuerit: etiam exiguuz libēter impartiri stude. ¶ Ex predictis igitur auctoritatibus rationibus ⁊ exēplis patet que me precipue coegerint atqz inducant ad cōmunicandũ cum vestris charitatibꝰ quadragesimale supradictũ. Et quoniam quadragesimale titulũ habet de. 12. mirabilibus excellentijs xp̄iane fidei. Jccirco non inconuenienter in hac septimana tm̄: cuz non occurrant specialia euangelia pro themate assumam verba saluatoris nr̄i ad Magdalenam. Luc. 7. di. Fides tua saluam te fecit. Per omnes vero quadragesime dies ⁊ ferias assumam semp speciale thema de euāgelio occurrente. Decetero insuper per totā quadragesimā in hoc quadragesimali aliud exordium ⁊ prohemiũ non faciam: quoniam loco exordij ⁊ prohemij cōiter a predicatoribus historia euangelica: tam litteraliter q̄ȝ moraliter solet spiritualiter declarari. Obsecro etiam scriptores huius quadragesimalis dei amore ut iuste scribant: ⁊ ut dātes ad scribendum. scriptores iustos accipiāt: ne aliquo allegatiōes ⁊ sententias corrũpant. hoc ideo dico: quia sicut testis est mihi dn̄s iesus pauce vel quasi nulle sunt distinctiones theologorum: seu auctoritates: tam decreti q̄ȝ decretaliũ aliorũq̄ȝ doctorum. necnō ⁊ ipsius philosophi. quas originaliter egoipse ut potui videre volui. De auctoritatibus vero phi. aliquādo ⁊ q̄ȝplurimũ accepi eius verba verbaliter aliquando sententialiter respectu suprapositorum ⁊ sic inuenies auctoritates in locis suis allegatas. Nec miret aliqs si aliqñ easdez phi auctoritates in pluribꝰ locis licz paucis posuerī3 quia etiā ipse phs in diuersis suis libris ad diuersas materias ac ꝓposita easdē auctoritates ponit. si etiā aliqñ inuenies lz raro eandē doctorum theologorum seu ipsiꝰ phi: distinctionē ⁊ auctoritatē in pluribꝰ locis: nō mireris: q: ideo sic feci: q: aliqñ in āno sepius cōtinget in specie facere vnũ sermonē ⁊ nō aliũ Jdcirco si ibi eādē distinctionē ⁊ auctoritatē nō ponerē: nō sic tũc pinguis ornatꝰ ⁊ fructuosus appareret. Potes tn̄ in q̄dragesima. qñ oēs sermones q̄dragesimales p̄dicabis: aut illas dimittere: aut incidenter dicere vbi hec cōueniet talis auctoritas rō vel distictio: quā o pp̄le si mēte retines in tali sermone habuisti ⁊ sic dicēdo semp dices ⁊ tn̄ non apparebit q dicas. Non ꝓcedā etiā in hoc q̄dragesimali p articulos multos queadmodũ ceteri cōponētes ꝓcedere solent: sed aliqñ instabo ad ꝓbandũ vnā solā qōnē simpliciter pluribꝰ auctoritatibꝰ rōnibꝰ distinctionibꝰ ⁊ exemplis. Aliqñ duas: aliqñ tres: sicut videbitur oportunũ: sed tn̄ si hũc stilũ meũ seq volueris. spero deo duce q valde gratus ⁊ fructuosus erit in pp̄lis sermo tuꝰ. Volens igit his premissis sicut p̄dixi p totā quadragesimam tractare de mirabilibꝰ ⁊ excellētijs fidei xp̄iane: iterũ assumo supradicta verba saluatoris Luc. 7. di. Fides tua te sal. fe. De qua sacratissima fide. o pp̄le dilecte. 12. mirabiles excellentias in hac q̄dragesima tibi declarabo.

¶ Prima dicit excellētia quidditatis.
¶ Secūda dicit excellētia necessitatis.
¶ Tertia dicit excellētia vnitatis.
¶ Quarta dicit excellētia veritatis.
¶ Quinta dicit excellētia nobilitatis.
¶ Sexta dicit excellētia integritatis.
¶ Septima dicit excellētia realitatis.
¶ Octaua dicit excellentia passibilitatis.
¶ Nona dicit excellentia descensibilitatis.
¶ Decima dicit excellentia reunitatis.
¶ Undecia dicit excellētia certificabilitatis.
¶ Duodecima dicit excellētia dānabilitatis.

¶ Incipit q̄dragesimale de. 12. mirabilibꝰ excellētijs xp̄iane fidei: editũ p venerabilem ⁊ paupculũ frēm Antoniuz de vercellis: ordis fratrum minorum de obseruātia nũcupatorũ.

¶ Dominica in septuagesima de prima excellentia sacratissime fidei que dicit excellentia quidditatis. Sermo primus.

f Ides tua te
saluã fecit. Luc. 7. Post cõ
summationẽ ꝓhemij ꝛ exor
dij hui⁹ nr̃i q̃dragesimalis
p̃dicãdi. vz: ꝛ cõicandi occur
rit in hac dñica septuagesi-
me: ꝛ ꝑ ↄsequẽs ꝑ oẽs dies hebdomade se-
quẽtis: declarare p̃mã mirabilẽ excellẽtiam
ipsi⁹ sacratissime fidei xp̃iane: q̃ dr̃ excellẽtia
q̃dditatis: seu diffinitiõis. Sapiẽtes oẽs con
sueuerũt in oi sua orõne sermone siue tracta
tu. añ oia demõstrare ꝑ q̃dditatẽ ꝛ diffinitio
nẽ: ẽẽntiã ipsi⁹ rei de qua dicturi sunt vel tra
ctaturi: quos p̃cipue in hoc nr̃o q̃dragesima-
li duplici via cogor imitari ꝛ seq. Primo via
auctoritatis. Scd̃o via rõnis. ¶ Primo via
auctoritatis. Nã phs. j. Posterioꝝ ait: Ante
oẽꝫ demõstrationẽ opꝫ p̃cognoscere de quo
libet subiecto q̃d est. Cũ quo ↄcordãs Tulli⁹
in p̃o de officijs sic ait: Ois eni q̃ a rõne su
scipit̃ de aliq̃ re institutio debet a diffinitiõe
ꝓficisci: ut intelligat̃ q̃d sit id de quo disputet̃
Plato insuꝑ in thimeo hoc idẽ ↄfirmãs ait
In oi tractatu sꝑ debet fieri ut ini initia cõsi
deret̃: id d̉ quo agit̃. ¶ Scd̃o cogor ad hoc fa
ciẽdũ via rõnis. Claꝝ est eni s̃m phm lib. de
regimie p̃ncipũ. ꝙ cognitio sꝑ p̃cedit amorẽ
eo ꝙ amor seq̃tur cognitionẽ rei: quo ↄcesso
cũ sola diffinitio sit demõstratiua ẽẽntie ipi⁹
rei. di. phi. 2. Meth. ꝛ. 7. Topi. Diffinitio inq̃t
est sermo idicãs q̃d est ẽẽ rei ꝑ ẽẽntialia: Et
p̃o Poste. di. Diffinitio est cognitio subie-
cte rei ꝛ ipsi⁹ q̃d̉ q̃d ẽ. Et in ꝓhemio p̃mi de
aia ait: Diffinitio est p̃ncipiũ ois demõstra-
tionis. Et Tuli⁹ li. de oratore sic inq̃t. Diffini
tio est oratio q̃ q̃d sit id de quo agit̃ oñdit q̃ꝫ
breuissime. hec ille. Si igit̃ ut ex p̃dictis patꝫ
amor boni seq̃t̃ simpliciter cognitionẽ ipsius
boni: ꝛ diffinitio demõstrat simplr̃ ẽẽntiã ip
si⁹ boni. Igit̃ ut diligat̃ bonitas hui⁹ nr̃i qua
dragesimalis seu tractat⁹ de mirabilib⁹ excel
lentijs ipsi⁹ xp̃iane fidei: prius habeo declara
re ipsi⁹ q̃dditatẽ ꝛ diffinitioneꝫ. Et q̃m fides
ꝓut recitat dñs Bonauẽtura in. 3. dist. 23. in
questionib⁹ Circa lrãm. Et etiã Alexãder de
hales in. 3. p̃te summe in tractatu de fide. Fi
des diuersimode accipit̃: ꝛ variat̃: ꝛ ne in eq-
uoco laborem⁹ seu loq̃mur: ꝛ sic decipiamur
iuxta regulã phi. 2. Elencoꝝ dicẽtis. Ignorã
tes vim vocabuloꝝ defacili ꝑalogisant̃. i. de-
cipiunt̃: accipiẽdo. s. rẽ vnã ꝓ altera. Ideo vo
lens ꝛ intendẽs simplr̃ de fide ipsa tractare
inq̃ꝫtũ est virt⁹ theologica omissis ceteris de
scriptiõib⁹ suis: ad duas solũ ipsi⁹ fidei diffi-
nitiones me cõuertã: quaꝝ p̃ia licꝫ nõ sit ꝓ
p̃ie s̃m ẽẽntiã talis est. Nã glo. suꝑ illa ver
ba apl̃i ad Roma. 4. c. Credidit abraã deo ꝛ
reputatũ est ei ad iusticiã: sic ait: Fides ẽ spes
certa alicui⁹ de aliquo futuro bono. hec glo.
Licet hec sit descriptio poti⁹ q̃ꝫ diffinitio: ꝛ cõ
petat nõ tm̃ fidei inq̃ꝫtũ est virt⁹ theologica:
sed insuꝑ oi alteri rei: tñ nr̃e vtilitatis ꝛ recre
ationis cã suꝑ ipsaꝫ tres aureos sermões fa
ciem⁹ inclusiue. in q̃bus oñdã vobis q̃liter ha
beo maximã fidem. i. certã ꝛ firmã spẽ: ꝙ cle
mẽtissim⁹ de⁹ saluator nr̃ iesus xp̃s in hac q̃-
dragesima cõcedet mihi ꝙ faciã ingẽtẽ fru-
ctũ. Et insuꝑ ↄcedet nobis grãꝫ suã ꝛ remis-
sionẽ pctõꝝ. Dico igit̃ ꝙ fides inq̃ꝫtũ est cer
ta spes alicui⁹ de aliquo futuro bono ꝙ hec
diffinitio ꝛ vobis ꝛ mihi debet ẽẽ gratissima
ꝛ delectabilis: q̃m hẽo spẽ firmã: ꝛ certã atq̃
indubitabilẽ: ꝙ de⁹ in p̃nti q̃dragesima dabit
vobis ꝛ grãm suã ꝛ remissionem pctõꝝ: atq̃
postmodũ eternã btitudinẽ ꝛ felicitatẽ. Tri-
plici ergo maxime respectu habeo firmã fidẽ
seu spẽ firmã de futura gratia ꝛ salute.
¶ De triplici respectu quo fidel̃ p̃dicator mo
uet̃ hr̃e firmã fidẽ ꝛ spẽ: de grã ꝛ salute audiẽ
tiũ doc. sacrã: quoꝝ p̃m⁹ dr̃ respect⁹ eruditõis
p Rim⁹ ergo respect⁹ ex quo in me cau
sat̃ mag̃ fides. i. maxima firma ꝛ cer-
ta spes de vr̃a salute ꝛ futura ↄuersio
ne ad deũ dr̃: Respect⁹ eruditiõis: seu nr̃e do
ctrine. Nã doctrina nr̃a: seu sermones mei
hẽbũt p̃cipue: septẽ optimas ꝛ excellẽtes con
ditiões ex q̃b⁹ facilr̃ q̃sq̃ pctõr seu auditor po
terit ad p̃niaꝫ seu ad deũ se ↄuertẽ: seu in grã
exñs poterit facilit̃ in ipa ꝓficẽ ꝛ ↄseruari. q̃ꝝ
¶ Prima dicit̃ cõditio sublimitatis.
¶ Secũda dicit̃ cõditio claritatis.
¶ Tertia dicit̃ cõditio puritatis.
¶ Quarta dicit̃ cõditio medialitatis.
¶ Quinta dicit̃ cõditio diuersitatis.
¶ Sexta dicit̃ cõditio vigorositatis.
¶ Septima dicit̃ cõditio charitatis.
¶ De septẽ cõditionib⁹ quas quelibet saluti
fera doctrina requirit. ꝛ primo de p̃ma q̃ di
cit̃ conditio sublimitatis.
p Rima ↄditio optĩa ꝛ excellẽs quam
iugiter hẽbit nr̃a doctrina: ex q̃ facil-

lime poterit quisqꝫ auditor: seu peccator: in merito proficere: ⁊ ad deū seu ad penitētiaꝫ se ꝯuerti: dr̄ ꝯditio sublimitatis. Licet eni in tellectꝰ hūanꝰ sit qdā simplex ⁊ imixta poten tia ꝓuata ꝑ se simplr̄ oi forma veritatꝭ pōt tñ apphēdere diuersas veritates: seu sint subli- mes: seu viles: seu nobiles: seu ignobiles: seu alte: seu infime. Sic eni dic̄ phs. 3. de aia. In tellectꝰ ē simplex nālr: ⁊ imixtꝰ: ⁊ denudatꝰ a formis mālibꝰ: ut oiuꝫ formas possit intelli- gere. hec ibi. Et ibidē dic̄. Intellectꝰ potētialꝭ añ intelligere ē sicut tabula rasa: in q̄ nihil ē depictū. Et ibidē dic̄. Intellectꝰ potētialis est spēs spēꝝ. q2 pōt informari spēbꝰ oiuꝫ intelli gibiliū. sic̄ sensus spēbꝰ oiuꝫ sensibiliū. hec ibi Deꝝ q2 intellectꝰ ē potētia altissima in hoie dicēte pho. 10. Ethi. Intellectꝰ ē altissima po tētia in nobis cuiꝰ opatio optia ē. claꝝ ē ꝓpt hoc: ꝙ magis potētia intellectiua eleuat̄ ⁊ in clinat̄ ad virtutes: seu ad detestāda vicia per virtutes altas ꝓfūdas: excellentes sublimes. atqꝫ specl̄atiuas: q̄ꝫ ꝑ virtutes infimas: viles grossas: atqꝫ cōes. Idcirco ꝓpt hoc intēdo iu giter in sermonibꝰ meis ponē ⁊ declarare ve ritates ꝓfūdas: sublimes: atqꝫ speculatiuas: ex qbꝰ faciliꝰ inducami atqꝫ flecti possitis: et ad diligēdū deū: ⁊ ad ꝯtēplādū celestia. nec nō ad detestāda vitia ⁊ pctā. Et ꝑcipue ut ex ꝑiemini ꝑ totā q̄dragesimā intēdo tractare. de arduis veritatibꝰ sacratissime fidei: q̄ supe rāt ⁊ excedūt oēs alias veritates. ꝙ aūt intel lectꝰ glibꝫ magis delectet̄: seu citiꝰ inducat̄ vel inclinet̄ ad bonū opandū ꝑ veritates altissi- mas ⁊ insitatas q̄ꝫ ꝑ veritates ifirmas. igno- biles. atqꝫ vsitatas. q̄ttuor ꝓbo. Prio aucti- bꝰ. Scd̄o rōe. Tertio distinctiōe. Q̄rto silitu dine. ¶ Probo ergo prio auctibꝰ. Nā phs. 2 de celo ⁊ mūdo ait: Magis diligimꝰ scire il- la de qbꝰ mariaꝫ dubitatiōꝫ hēmꝰ etiā ꝑ par uas ⁊ debiles rōes: q̄ꝫ notiora qdē etiā ꝑ rō- nes efficaces. Ideꝫ quoqꝫ. 11. de aialibus ait. Magꝭ ꝯcupiscimꝰ scire modicū de rebꝰ hono rabilibꝰ. lꝫ nō nisi ꝓbabilr̄ id sciamꝰ q̄ꝫ scire multū cū certitudie de rebꝰ minꝰ nobilibꝰ et vilibꝰ. hec ibi. Idē quoqꝫ ait. 16. de aialꝭ. In re bꝰ sublimibꝰ si intellectꝰ hēat mediocrē expla- natione sume delcat̄ ⁊ plꝰ q̄ꝫ in oibꝰ ifimis. Idē in. 2. de celo ⁊ mū. etiā ait. Cū de corpi- bꝰ celestibꝰ qōes possint solui pua ⁊ topica so lutiōe. ꝯtigit auditori ut vehemēs sit gaudiū ⁊ dilectio ciꝰ. Et i. 11. d aialꝭ. etiā dic̄. Q̄uāuis

paꝝ sit qd̄ de supioribꝰ substātijs accipimꝰ tñ illd̄ modicū est magꝭ amatū: magꝭ desidera tū: ⁊ magꝭ delectabile oi cognitiōe quā de oi bꝰ silꝭ substātijs inferioribꝰ hēmꝰ. Idē quoqꝫ phs li. de secretꝭ secretoꝝ ad Alexā. di. De re bꝰ altissimis etiā pua ⁊ debili ꝯsideratiōe ali qd posse ꝯspicere iocūdissimū ⁊ delectabilissi mū ē. Idē etiā. 10. ethi. Delectatio inquit du- plex ē. ꝭm oēꝫ sensū: ⁊ ꝭꝫ itellectū speculatiuū Int quoꝝ opatiōes illa ē delectabilissima q̄ est ꝑfectissima. ꝑfectissima āt opatio ē q̄ ē sen sus vel itellectꝰ bñ dispositi in cōpatiōe ad op timū coꝝ q̄ subiacent sensui ⁊ intellectui. ꝑfe- ctissima āt delectatio est q̄ ē ꝭm itellectū ma gis. q̄ꝫ q̄ ē ꝭm sensū. hec ibi. Idē quoqꝫ phus 11. metha. sic ait. Intelligē bonū ⁊ nobile dif ferūt quo ad ꝑfectiōꝫ ⁊ nobilitatē intellectꝰ. ⁊ intelligere vilia: q2 incōueniēs vr̄ ꝙ aliqs me ditet̄ ⁊ opatiōꝫ itellectꝰ occupet circa vilia: no bilitas igit̄ intelligibilꝭ ꝑtinet ad nobilitatē in tellectꝰ: cū opatiōes circa obiecta ꝓpria speci ficent̄. hec ibi. Deniqꝫ Tho. sup. 3. de aia. dicit Ille itellectꝰ q plr̄a itelligit nō ē nobilior: sed q nobiliora itelligit ꝑfectior ē. Ex ꝑdictꝭ aucti- bꝰ pꝫ. q̄lr potētia itellectiua: silr̄ ⁊ volitiua. tā to magꝭ flectunt̄ ⁊ inducūt̄ ad opandū bonū ⁊ ad faciēdū diuinā volūtatē. q̄ꝫto magis ve ritates nobiliores ⁊ sublimiores eis offerūt̄. Scd̄o hoc idē ꝓbat̄ vnica rōe. vꝫ. obiectiōis Fundamētū rōnis ponit. phs. 10. ethi. d. A ꝓ prio obiecto q̄libet potētia recipit suā ꝑfectio nē ⁊ delectatiōꝫ. pꝫ h regl̄a. Cū eni ut dr̄. 7. de aia. Obiectū visus sit color seu corpꝰ colora- tū: claꝝ ē ꝙ qñ potētie visiue ꝑponit̄ aliq̄ egre gia figura: stati potētia visiua delcāt̄. vñ eccꝭ. 11. dr̄. Dulce lumē ⁊ delcābile ē ocuꝭ vidē solē Tūc vltr̄ snia ē etiā eiusdē phi. 4. thopi. ꝙ sic̄ simplr̄ ad simplr̄. ita magꝭ ad magꝭ. ⁊ sic ma xime ad maxie. Vñ si aliq̄ imago pulchra ē ⁊ delectat potētiā visiuā. si aliq̄ ē pulchor vel pulchrima magꝭ ⁊ maxie ipaꝫ potētiā visiuā delcābit. quo ꝑsupposito: certū ē ut dr̄. 9. eth. Nō ē maxie itellectꝰ ⁊ rō: Sꝫ māifestū ē ꝙ obiectū potētie itellectiue ipaꝫ ꝑficiēs ⁊ dele ctās: ē qd̄ lꝫ veꝝ. di. pho. 6. eth. Veꝝ inqt ē bo nū itellectꝰ: sic̄ falsuꝫ ē ciꝰ malū. Et Tuliꝰ lib. 3 Tusculanaꝝ q̄onū ait. Sapia ⁊ veritas sani tas sunt ai. Insipiētia autē ⁊ falsitas q̄si ifir- mitas. hec ille. Cum qbus ꝯcordās. Aug. in li. retractationū ait. Veritas ē ꝑfectū bonū cuiuslibet humane mentis. Et Lact. li. 1. c. 1.

Nullus eni suauioꝛ aio cibꝰ est: ꝙ cognitio
veritatis.hec ille. Qđ si sic est:certū est ꝙ q̄-
libet veritas de rebus infimis.ut puta. de in
dustria mercātie:⁊ agriculture: seu de sciētia
pingēdi:palacia cōstruendi:⁊ hmōi. Prebet
magnā delectationē potētie intellectiue ⁊ vo
litiue.g̊ a foꝛtioꝛi q̄to veritates altioꝛes ⁊ no
bilioꝛes eisdez potentijs offerunť: tanto in se
ipsis maioꝛes delectationes suscipiant. Et ꝑ
pterea cuz aia sit nobilioꝛ oibus coꝛpibꝰ crea
tis. Hinc est ꝙ veritas que diciť de ipsa: est
nobilioꝛ:⁊ delectabilioꝛ: omni simul veritate
que diciť de quo vis coꝛpe creato. phõ atte-
stāte in pmo de aia.qui ait. Vna veritas vel
scientia melioꝛ est altera: vel qꝛ est de melio
ri subiecto: vel quia certioꝛ alia: sed propter
vtraqꝫ hec scientia de aia melioꝛ est ⁊ nobili
oꝛ alijs scientijs naturalibꝰ. hec ibi.⁊ Cōmē
tatoꝛ sup.3.de aia dicit.Subiectū scientie de
anima nobilius est subiectis aliarū scientiaꝝ
⁊ demōstratio eius est magis firma.Et ideo
ipsa precedit in nobilitate ⁊ delectatione oēs
alias scientias.hec ille. ꝙ si veritas de coꝛpo
ribus ⁊ veritatibus inferioꝛibꝰ:⁊ precipue de
aia rōnali:sic flectit intellectū et voluntatem
ad delectationē spiritualē ⁊ ad bene opandū
ergo a foꝛtioꝛi in infinitū: veritates q̄ de pri-
ma causa:seu de ipso deo:veluti nobilioꝛes ⁊
excellēsioꝛes: quas ⁊ ego ꝑ totā q̄dragesimā
vobis offerre ⁊ ꝓponere dispono: eis incom
parabiliter maioꝛez delectationē tribuent: ⁊
eas miro modo ad diligendū deum ⁊ faciē-
dum eius voluntatē flectent ⁊ inducēt. Naz
⁊ si ois alia veritas ⁊ sapientia: ut predictuz
est nobilis sit: ⁊ ꝑ consequēs delectabilis: tñ
incōpabiliter veritas ⁊ sapientia que de deo
habeť:est melioꝛ ⁊ nobilioꝛ atqꝫ pfectioꝛ:quā
sapientiam quisqꝫ tūc in se habet quādo pro
causa altissima ⁊ vltimo fine ipm deum con
templať:ſm ꝙ dicit phs in primo metaphi.
Ad sapientiā inquit ptinet cōsiderare causaz
altissimā: ꝑ quam de oibus iudicat ⁊ ſm q̄z
de oibus oꝛdinat.hec ille. Vnde ille q sic co-
gnoscit veritatē aliquā ꝑ causam altissimaz
que deus est:diciť simpliciter sapiens inq̄ztū
ꝑ diuinas regulas pōt aia iudicare ⁊ oꝛdina
re.Et talis diuina sapiētia nobilioꝛ est:⁊ per
cōsequens delectabilioꝛ oibus alijs scientijs
Sic eni dicit phs.8. ethicoꝝ.Sapiētia est sci
entia honoꝛabilissimoꝝ ⁊ diuinoꝝ:idō habet
rationē capitis inter oēs scias.hec ibi.Et idē
phs in ꝓlogo metaphisice sic dicit. Scia ma
xime diuina maxime honoꝛāda est: ⁊ q̄zma
xime deꝰ habet eā.vñ ⁊ dea est sciaꝝ.Oēs q̄t
alie scie magis necessarie sunt ea:dignioꝛ vero
nulla.hec ibi. Et.6.metaphi.dicit. Licet oēs
scie nobiles sint: tñ scia diuina nobilioꝛ est
alijs:rōne subiecti.Et Lact.li.3.diui. insti.ait
Ois sapiētia hois in hoc vno est:ut deū co-
gnoscat ⁊ colat.ꝙ si ut pz.veritas de ipo deo
nobilioꝛ est oium.nulla alia scientia delecta-
bilioꝛ est.propter qđ phs.x.eth.ait. Phia ha
bet mirabiles delectationes:puritate ⁊ firmi
tate.Et.12.metaphisi.ait: Delectatio q̄ est in
actu intellectꝰ eminētioꝛ est oi delectatione q̄
est in actu sensus:⁊ ꝑ ꝯsequēs opoꝛtet ꝙ ma
xima ⁊ pfecta sit intelligētia optimi: ⁊ ita seq
tur maxima delectatio.hec ibi. Et ꝓfecto nō
est mirū.si veritas increata tantā impꝛtiť de-
lectationē.cū etiā prout dicit Aug. in quodā
sermone ad heremitas. Quidā phs naturał
stetit ꝓpť delectationē ad ꝯtēplādā naturā ⁊
veritatē vniꝰ apis ꝑ annos.30.ꝯtinuos.Nō
eni sic stetisset nisi delectationē habuisset . qꝛ
ut diē phs.x.ethi.Delectatio tenet opantē in
opere. O si phs iste audisset nobiles ⁊ altas
atqꝫ sublimes veritates de diuina ⁊ increa-
ta scia:sicut vos audietis a me dietim:q̄ztam
queso creditis habuisset delectationē: ꝓfecto
impossibile eēt enūerare.ꝓpterea dicebat ꝓ-
pha.q̄z dulcia fau.m.elo.t.su.m.o.m.Et Ber.
sup verba eccłiast. Iocūditas coꝛdis.⁊c. ait:
Illud est solū ⁊ veꝝ gaudiū.qđ nō de creatu
ra:sed de creatoꝛe accipiť. qđ cū accepis ne-
mo tollet a te. cui cōparata ois aliūde iocūdi
tas meroꝛ est:ois suauitas doloꝛ est: oē dul-
ce amarū est:oē decoꝛū fedū est: oē postremo
qđ delectare potest molestuz ē. hec ille. Ex q̄
etiā rōne ꝯcluditur:ꝙ cū veritas q̄ de deo ha-
beť.sit nobilioꝛ q̄libet alia veritate: per conse
quēs est delectabilioꝛ ⁊ magis flectit ⁊ indu
cit aium ad ipsuz deū.¶ Tertio hoc idē pro-
bo distinctiōe.vz:ꝙ doctrina seu veritas di-
uina quā ego cōicabo vobis dietim est nobi
lioꝛ oi alia vsitata:sensibili ⁊ materiali scia.⁊
ꝑ cōsequens delectabilioꝛ ⁊ efficatioꝛ ad con
uertēdū ad deū.Nā Tho.j. pte sūme.q.j.ar,
5.in coꝛpe.q.dicit.Cū queriť an sacra ⁊ diui-
na doctrina sit dignioꝛ et delectabilioꝛ oi-
bꝰ alijs scijs.Rñdeť ꝙ sic.Nā ista scia q̄tuz
ad aliqđ ē speclatiua:⁊ pctica:⁊ ꝓpť h oēs ali
as scias tā speculatiuas q̄z pcticas trāscēdit.

Speculatiuaꝝ autē ſcientiaꝝ vna altera di-
gnioꝛ dicit̄:tum ꝓpt̄ certitudinē: tū ꝓpter di-
gnitatē materie. Et ꝗ̄ꝛtum ad vtrūqꝫ hec ſci
entia diuina alias ſpeculatiuas excedit ſꝫm
certitudinē quidem.qꝛ alie ſcientie habēt cer
titudineꝫ ex naturali lumine rōnis humane
que poteſt errare. hec autem ſcientia hēt cer
titudinem quidem ex lumine diuine ſcientie
que decipi non poteſt. Scđm dignitatē vero
materie etiā nobilioꝛ eſt:quia iſta ſcientia eſt
principaliter de his que ſua altitudine ratio
nem tranſcendūt. Alie vero ſcientie conſide-
rant ea tm̄:que rationi ſubdūtur. Practica-
rum vero ſcientiarū: illa dignioꝛ eſt: que ad
vlterioꝛē finem nō oꝛdinatur:ſicut ciuilis mi
litari. Nam bonū exercitus ad bonum ciui-
tatis oꝛdinatur. Finis autem huius doctri-
ne inꝗ̄ꝛtum eſt practica eſt beatitudo eterna:
ad quā ſicut ad vltimū finem oꝛdinātur oēs
alij fines ſcientiaꝝ practicaꝝ. propter qđ ꝓ-
uer.9. Salomon ait. Miſit ancillas ſuas vo
care ad arcem. Vnde manifeſtū eſt ſꝫm om
nē modum omnibus alijs ſcientijs hanc di-
gnioꝛē eſſe. Hec Tho. Quod melius idem
Tho. confirmās. vbi ſupꝛa. ar.6. in coꝛpoꝛe. q.
ait. Cum querit̄:an ſapientia de deo ſit nobi
lioꝛ. Reſpōdeo dicenduꝫ.ꝙ doctrina diuina
eſt maxime ſapientia inter omnes ſapiētias
humanas:ꝛ maxime delectabilioꝛ ꝛ efficati-
oꝛ nō quidem in aliquo genere tm̄: ſed ſim-
pliciter. Cum eni ut dicitur pꝛio metaphiſice
Sapientis ſit oꝛdinare ꝛ iudicare. Judiciuꝫ
autem ꝑ altioꝛē cauſam de inferioꝛibus ha-
beatur. ille ſapiens dicitur in vnoquoqꝫ ge-
nere. q ꝯſiderat cauſam altiſſimā illius gene
ris. ſicut in genere edificij artifex: q diſponit
formā domꝰ dicit̄ ſapiēs architectoꝛ reſpectu
inferioꝝ artificū:qui dolāt lapides ꝛ ligna vl̄
parant cemētū. Vn̄ dicit̄. j. coꝝ.13. Vt ſapiēs
architectus fundamētū poſui: ꝛ rurſus in ge
nere totius humane vite: pꝛudens: ſapiens:
dicit̄: inꝗ̄ꝛtum oꝛdinat humanos actꝰ ad de-
bitum finē. Vn̄ dicit̄ ꝓuer.10. Sapientia eſt
viro pꝛudētia. Jlle igitur q conſiderat ſim-
pliciter altiſſimā cauſam totius vniuerſi qui
deus eſt maxime ſapiens. Vn̄ ꝛ ſapia dicit̄
eſſe diuinoꝝ cognitio. ut pꝫ ꝑ Aug.12. de tri.
Sacra autē doctrina ꝓpꝛijſſime determinat
de deo ſꝫm ꝙ eſt cā altiſſima:qꝛ nō ſolū ꝗ̄ꝛtū
ad illđ qđ eſt per creaturas cognoſcibile. qđ
phi cognouerunt ut dicit̄ Ro.j. Qđ notū eſt
dei: manifeſtū eſt in illis. Sed etiā ꝗ̄ꝛtū ad il
lud qđ notum eſt ſibi ſoli de ſeipſo: ꝛ alijs ꝑ
reuelationem cōicatum: vnde ſacra doctrina
maxime dicit̄ ſapientia. h̄ Thomas ad lr̄am:
Ex qua etiam diſtinctione clariſſime pꝫ qua
liter doctrina quelibet p̄cipue ſicut ē diuina:
quāto altioꝛ eſt: tanto eſt nobilioꝛ: ꝛ per ꝯn̄s
efficatioꝛ ad diligendū deū ſeu ad bene ope-
randum. ¶ Quarto deniqꝫ ꝓbo vnica ſimi
litudine. Nam videmus ꝙ quāto potentia
auditiua ſentit dulcioꝛem melodiam: tanto
magis trahit̄ ad eam audiendam:ꝛ tāto ma
gis in ipſa delectat̄. h̄ patet per exemplū btī
patris noſtri franciſci qui vt habet̄ in eius le
genda. cum ſemel eſſet valde afflictus ob ni-
miam penitentiā: rogaretqꝫ deū: vt aliquam
ſibi dulcedinē ꝛ delectationē impēderet. ſtati
affuit angelus a deo miſſus habens citharā
cū arcu in manu quā ſemel trahens beatus
franciſcus quaſi pꝛenimia dulcedine defecit
adeo ꝙ ſi angelus ſecunda vice archū traxiſ
ſet beatus franci. penitus defeciſſet: ſicut ipſe
poſtmodū ſuis fratribus reuelauit. Vnde ꝛ
poſtmodum aſſeruit. ꝙ oēs pn̄s ſimul poſita
mundi dulcedo illi dulcedini ꝛ delectationi
quā habuit cōparata nulla eſt. ꝙ ſi potentia
ſenſitiua ſic trahit̄ a nobili ſuo obiecto. a foꝛ-
tioꝛi potentia intellectiua ꝛ volitiua. magis i
cōꝑabiliter trahunt̄:ꝛ ad intelligendū ꝛ amā
dū deū: cū eis ꝓponūt̄: ſicut ꝛ ego faciā vobis
veritatis ꝓfundiſſime ꝛ nobiliſſime: ꝛ ſic ex
pꝛedictis pꝫ p̄ma cōditio doctrine noſtre. vꝫ
conditio ſublimitatis.

¶ De ſcđa ꝯditione quā quelibet ſalutifera
doctrina reqrit q̄ dicitur conditio claritatis.

Secunda cōditio optima ꝛ excellens
quā iugiter habebit doctrina noſtra
dr̄ ꝯditio claritatis. Nō tm̄ volo ꝙ
doctrina mea iugiter ſit ſublimis: ſed inſuꝑ
ꝙ ſit valde clara. valdeqꝫ diſtincta adeo. ꝙ
qſqꝫ doctus ꝛ nō multū doctꝰ eā faciliter po
terit intelligē ꝛ accipe. Nā ſi alta ꝛ ſublimia
pꝛedicarē:ꝛ obſcuro mō ꝛ ꝯfuſo illa expone-
rē:ꝛ non clarificarē: ꝓfecto vituꝑabilis eēt ꝛ
auctoꝛ doctrine:ꝛ inſuꝑ ipa doctria. Nolo igr̄
ꝙ doctrina mea ſit ꝯfuſa ꝛ obſcura. Cū talis
doctria ſit inutilis ꝛ ifructifera, ꝑut fuit doctri
ego intromittã in vos spũ. vz grẽ ⁊ viuetis. Alia ponit similitudo Jo.xi. De suscitatõe lazari. Vñ clamauit dñs. Lazare veni foras: et statim prodijt viuus qui fuerat mortuus. ut ostendat: ꝙ animã quatriduanã. s. iamdiu in peccatis mortuam ⁊ diu sepultam. diuinum verbum spiritualiter resuscitat: ⁊ ista resurrectio facta. maior ⁊ nobilior est: materiali resuscitatione omniũ corporũ humanorũ dicente Greg. in. 4. dialogoꝝ. Si inuisibilia pensamus nimiꝝ constat: ꝙ maius est miraculũ p̃dicationis verbo atqz orõnis studio peccatorẽ cõuertere ad deũ: ꝗ carne mortuos suscitare. In illis enĩ suscitat caro iteꝝ moritura. In isto vero anima in eterna victura. hec ille. O igit peccatores in peccatis mortui currite ⁊ venite ad audiendũ verba diuina. Et sic vitam diuine gratie faciliter suscipietis.

¶ Quinto hoc idẽ figurat. Nã populo israeli die noctuqz deꝰ faciebat p̃cedere seu ab ãgelis portare. quandã columnã igneã. Exo. i3. Ex qua dũ filij israel illuminarẽtur egiptios fugabãt ⁊ maris precipitiũ euadebãt ipz transeundo. Quid enĩ figuratiue p columnã igneam nisi predicationẽ ignitã caritate accipimꝰ: quã dum peccatores audiũt ⁊ imitant vtiqz liberãt a precipitio maris. i. iferni: ⁊ manibus pharaonis atqz egiptiorũ. i. manibus luciferi atqz satellitũ suorũ. ¶ Sexto deniqz hoc idem probat exemplo. ⁊ attende queso cũ ꝗta reuerentia ⁊ deuotione quisqz debeat se preparare ad audiendũ verbũ dei. Nam videmus ad oculuz. ꝙ si aliqua dominatio seu aliquis dñs scribit aliquã litterã populꝰ suis. statim omnes cõuocant: ⁊ statim omnes se preparant ad audiendum litteras illas cum desiderio sciendi quid in eis cõtinetur. Cancellarius autẽ ascendit in altũ coram populo ⁊ extrabit sibi capuceũ seu byretũ cum magna reuerentia aperiendo dictas litteras. Et cum dñs noiatur in litteris seu dñatio omnes faciunt reuerentiã: ⁊ sic omnes cõgregati stant attenti ad audiendũ. nullus mouetur nullus loqtur. nullus dormit. nullus oculos hinc inde diuertit. Ibi totum cor apponitur ⁊ intellectus totus aperitur. Sed quid finaliter ibi legitur. Certe legitur plerũqz ꝙ dominus ponit vnam magnã taliaz toti populo: vel ꝙ habuit victoriam ⁊ sacomanauit terrã et multos fecit captiuos. multosqz fecit instrusta incidi: ⁊ expulit totã partẽ guelforum seu gebelinorũ. Et fecit eorũ vxores adulterari: ⁊ similia ibi legunt. Si igitur ut patet quisqz accedit ad audienduz tales litteras dñorum temporaliũ immo melius dicam tyrannorũ ꝗto libentius debet ⁊ tenet quisqz xp̃ianus accedere ad audiendum diuinũ verbum. O grandis confusio. O grande vituperium. O ignominia maxima xp̃ianorum: sic diligentis audientium litteras talium dominorũ. ⁊ non audire diuina verba: que ꝓprie sunt littere totius trinitatis. vz patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti. Quas pronũciat predicator tanꝗ cancellarius dei in persona totiꝰ trinitatis. He autem littere talẽ habent sententiã. ꝙ malefacientibus pena eterna dabit. ecõtra vero cõterentibus confitentibus ⁊ benefacientibus dabit ipse deus eternã vitam: infinitã gloriã: perpetuãqz beatitudinẽ. Et cum diuina verba sint maioris auctoritatis ꝗ omnes littere temporaliuz dominoꝝ: tamẽ vilipendunt ⁊ contẽnunt veluti essent vile quid: nec ea audire volunt: nec insup si audiunt nolunt ea reuereri sicut decet. Sed attendant tales: ꝙ sic contẽnere diuina verba grauissimã penã incurrũt. Et ꝗ sit graue peccatũ diuinũ verbũ vilipendere. audi quid dicat August. j. q. j. ca. interrogo. Interrogo vos fratres inquit ⁊ sorores dicite mihi quid vobis plus esse videt corpus xp̃i. an verbũ xp̃i. si vultis veꝝ rñdere. hoc dicere debetis: ꝙ nõ sit minus verbũ dei ꝗ corpꝰ xp̃i. Et ideo ꝗta solicitudine obseruamus. quando nobis ministrat corpus xp̃i. ut nihil ex ipso de manibus nostris in terrã cadat: tanta solicitudine obseruare debemus ne verbũ dei quod nobis erogat: dũ aliud cogitamus: aut loquimur de corde pereat: quia non minus reus erit qui verbum dei negligenter audierit: ꝗ ille qui corpus xp̃i sua negligentia in terrã cadere permittit. hec ille. Cogita ergo qualem penã meretur: q aut ex negligentia: aut ex malicia corpus xp̃i conculcaret: quoniã similem penam recepturi sunt quicũqz verbũ dei aut contẽnunt: aut audire negligũt. Cum insup grauissima pena danda sit nephandis sodomitis. Similis tñ ⁊ maior dãda est negligentibus diuinũ verbũ saluatore attestãte. Matth. io. vbi ait. Quicũqz nõ recepit. nec audierit sermones vestros: fugite in aliã ciuitatẽ: ⁊ excutite puluerẽ de pedibꝰ vestris. Amẽ dico vobis tollerabiliꝰ erit terre sodomorum ⁊ go-

morcoꝝ in die iudicij ꝙ̄ ciuitati illi.h.ꝫ ibi. Itē Clemēs papa terti⁹ di.c. Null⁹ ait. Qui eniꝫ rebellit viuit ꝛ addiscere atqꝫ agere bona re cusat magis diaboli:ꝙ̄ xp̄i mēbꝝ ostendit: ꝛ potius infidelis ꝙ̄ fidelis eē mōstrat. Et Isi. do. in li. sniaꝝ. Etiā de reprobatiōe taliū, cōtē nētiū audire verbū di dic: qd̄ trāsumptiue po nitur. 37. di. c. Ideo. Ignorās ignorabit. qd̄ de eo intelligēdū est qui noluit intelligere. ut bn̄ ageret. h ibi. Et di. 38. di. c. Qui ea inquit. Qui ea que dei sunt sapiunt a deo sapiunt. Et qui ea que dei sunt nesciunt a dn̄o nesci unt. Paulo attestante q ait. Siquis ignorat ignorabit. Idem quiqꝫ. Qui eni stultus est in culpa sapiens est in pena. Et August. 37. di. c. Non omnis. Non ois ignorans immu nis est a pena. Ille ignorans excusat a pena q ibi disceret nō inuenit. Illis autē hoc igno sci non poterit. qui habentes a quo discerent operā nō dederunt. hec ille. Et idem Aug. li. de predestinatione scōꝝ ait. Sicut nullū eui dentius est signū eterne salutis ꝙ̄ libēter au dire verbū dei. sic nullū euidentius est signū eterne reprobationis ꝙ̄ cōtemnere verbum dei. Deniqꝫ saluator Jo. 8. De audiētibus ꝛ non audiētibus verbū dei cōcludit di. Qui ex deo est verbū dei audit. propterea vos nō auditis. q: ex deo nō estis. Et statim adiun git di. Vos autē ex patre diabolo estis. Et sic ex predictis auctoritatib⁹, ratione. distictio ne. similitudine. figura. atqꝫ exēpla. pꝫ prima dispositio ad suscipiendam diuinā doctrinaꝫ ꝛ ꝑ cōsequēs diuinā grām que dicit disposi tio accessionis.

¶ De secūda dispositione necessaria ad au diendā doctrinā q̄ dr̄ dispositio festinatiōis.

Secūda dispositio in ordie dr̄ disposi tio festinationis. Non eniꝫ tm̄ opor tet ꝙ quisqꝫ ut informet de reali ve ritate sue salutis accedat ad audiendā doctri nam dei. Sed insup oportet ꝙ sit festinus in eundo: ut non tm̄ adsit medio vel fini ipsius sermonis: sed etiā principio. Et hoc dico con tra multos qui aut ex sensualitate plus dor miūt ꝛ sic non intersunt principio: vel medio sed solū fini. Aut insup ex quadaꝫ cupiditate reꝝ tempaliū retrahūtur ita ꝙ nolūt interēē principio: sed solū medio ꝛ fini. dicunt enim. Ego possum stare ꝑ dimidiā horā ad labo randū postea ibo ꝛ audiam predicatiōes. Ta les ꝓfecto sunt a demone valde decepti pro

eo ꝙ qui vult ꝑficere in cogitatione veritatꝭ oportet ut habeat principiū mediū ꝛ finē. Et ꝙ quisqꝫ festināter ꝛ solicite debeat studere interesse nō tm̄ fini: sed medio ꝛ principio tri pliciter ꝓbat. Primo auctoritate. Secūdo ratione. Tertio exēplo. ¶ Primo auctorita te. Nā seneca in suis ꝓuerbijs ait. Initia in qualibet re ꝛ arte laudabilia sunt ꝛ optia: sic finis. Phs etiā. 3. Thopi. Illud ex quo bonū sequit statim fieri debet. Illud autēꝫ ex quo malū nunꝙ̄. Itē primo posterioꝝ. Necesse ē marie habere ꝛ ꝑcognoscere pma pricipia: q: ꝓpter qd vnūquodqꝫ ꝛ illud magis. q: ꝓpter illd qd amam⁹: illud magis ē amādū. Sed oia posteriora scim⁹ ꝛ credim⁹ ꝑ priora: ergo illa magis oportet scire ꝛ hr̄e. hec ille. ¶ Se cundo hoc idē probo vnica rōne vꝫ remotio nis. Fundamētū rōnis ponit Cōmētator. io. Meth. di. Remotis principijs remouet ꝑfe cto ꝛ eēntia ab oib⁹ posterioꝛib⁹. pꝫ hec regla Cū eniꝫ sm̄ phm. j. phi. Principia reꝝ natu raliū sint tria. vꝫ materia priuatio ꝛ forma. si hec tria remoueant: nō dabit i mūdo ꝑfectō alicui⁹ eē: sicut exēpli grā. remota materia g̃ ni seu farine nō pōt dare forma panis: sꝫ vbi nō est forma ibi nō pōt esse eēntia alicui⁹ rei cū forma: ut dr̄. 2. de aia. Sit simplr̄ que dat esse rei. Silr̄ si non sit priuatio farine nunꝙ̄ poterit forma introduci: cū sic forma ꝑesset ꝑ uationi: qd fas nō est. Silr̄ si radix arboris deficeret: neqꝙ̄ possꝫ hr̄i ꝑfectō arboris: atqꝫ fruct⁹. Ecōtra vero habitis ꝑncipijs oim su pradictoꝝ exēploꝝ facile habent oia posterio ra eorū. Quo ꝑsupposito certū est. ꝙ a fili q̄ qs nō festinat ad habendū pricipia ipsoꝝ ser monū q fiūt in q̄dragesima. Impossibile ē ꝙ possit ꝑfecte hr̄e verā noticiā de fine ꝛ medio ipsoꝝ sermonꝭ: cū mediū ꝛ finis ꝑdicationis trahāt suā ꝑfectionē a ꝑncipio: ꝓpter qd Cō mētator. 3. phi. dic. Ignorato pricipio alicui⁹ rei ignorātur ꝛ sequētia. Et prio de ce. ꝛ mū. ait. Paru⁹ error in pricipio fit maxim⁹ i fine. Et. q. q. j. c. ꝑncipat⁹. Vix bono pagūt exitu q̄ malo sunt inchoata ꝑncipio. Et iō ꝑdentes ꝑncipiū ꝑdicatiōis faciliter cadent in diuer sos errores. Oppositū vero est de eo q acce dit ad ꝑncipiū: qm̄ facilr̄ appr̄hendit realē cō clusionē toti⁹ sermonis: ex q̄ postmodū facili ter diuinā grām acqrit. Pho attestāte q pmo Eth. ait. Pricipia qlibet marie valēt ad oia ꝯseqntia. Ex q̄ rōne pꝫ qlr̄ q vult ꝑficere i do

ctrina ⁊ grā dei dꝫ solicite festinare non tm̄ ut hēat mediū ⁊ finē. ſꝫ etiā ꝑncipiū ꝑdicationis. ℂ Tertio idē ꝓbo vnico exēplo. Nā legitur in vitis patꝝ: ꝙ dū monachꝰ qdā multis tētationibꝰ diabolicis deuictꝰ religſſet mōsteriū. ⁊ sic postmodū infinita mala fecisſꝫ. tāꝗ̄ desꝑatꝰ nulla bona faciebat. Accidit tñ ꝙ diuina inspiratōe ductꝰ iuit ad quēdā scm̄ prēꝫ ꝓ petēdo ꝯsilio salutis sue. Et dixit cum sim desꝑatꝰ videt̄ mihi īpossibile ꝙ possim aliqd bñ oꝑari ⁊ vnꝗ̄ saluari. Quid ad hec rn̄des pr̄. Qui leta facie cū ꝯfortās dixit. Fili mi ne despes: qꝛ oīa bona q̄ velles ⁊ necessaria sūt sil'r facere nō potes. Incipe tñ ⁊ fac aliqḋ paruū bonū: qm̄ virtute illiꝰ venies postea ad ꝑfectionē alioꝝ bonoꝝ opeꝝ. Vade igit̄ ⁊ incipe hodierna die facere aliqḋ bonū: etiā si sit ꝑuū: qm̄ ex virtute istiꝰ ꝑncipij facil'r ꝓficies vsqꝫ ad finē vite tue. Qui cū acqeuisset ꝯsilio nō venit trienniū ꝙ erat ꝑfectioꝛ mōchus ꝗ̄ eēt in toto mōsterio. Quo exēplo pꝫ ꝙ qui vult ꝓficere in aliquo bono seu incognitiōe salutis sue: dꝫ solicitꝰ eē ire ad ꝑncipiū ꝑdicationis: ⁊ sil'r se dispone'e ad faciēdū aliqḋ bonuꝫ cuiꝰ virtute poterit ⁊ in bonuꝫ. ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns in diuina gr̄a ꝓficere. Ex ꝑdictis igit̄ auctoritatibꝰ rōne ⁊ exēplo. pꝫ hec scḋa dispositio que dicit̄ dispositio festinationis.

ℂ De tertia dispositiōe necessaria ad audiēdū doctrinā sacrā que dr̄ dispō ꝯtinuatiōis.

Tertia dispō ex q̄ salutar' doctrina ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns diuina gr̄a ⁊ eterna gloria ꝯseqt̄ qs ex verbo dei solicite audito dr̄ dispō ꝯtinuatiōis. Nā ꝫm phm̄. 5. meth. Cōtinuū est simpl'r cuiꝰ motꝰ sꝑ est vnꝰ: Et iō nō tm̄ oꝫ ꝙ qlqꝫ accedat ad ꝑncipiū ꝑdicatōnū. Sꝫ oꝫ illḋ cōtinuare a ꝑncipio vsqꝫ ad finē. Et nō tm̄ oꝫ ire ad vnū sermonē si vult ꝓficere: ſꝫ oꝫ ꝙ vadat ad oēs sim'l sermones nisi ipedimētū aliqḋ occurreret nōbile. Cōtra hāc ꝯtinuationē faciūt illi q nō pn̄t stare ad sermonē nisi ꝑ mediā horā. Sil'r ⁊ illi q audiūt vnū sermonē: vel duos: ⁊ postea nolunt ampliꝰ ire: nec cogitāt ꝙ in. 3. sermōe vel in seq̄ntibꝰ maiorē recipiēt delectationē: qꝛ sepe ut dic̄ Auctoꝛ sex ꝑncipioꝝ. Aīa ꝯiūcta corꝑi imitat̄ passionē corꝑis. Et ꝓpter hoc accidit plerūqꝫ ꝙ vna die vnꝰ ibit ad vnū sermonē: ⁊ habens tūc corpꝰ indispositū nō delectat̄ de illo sermōe: ſꝫ potiꝰ recipit fastidiū. Dico ergo sil'ibꝰ qcūqꝫ vult ꝓficere: dꝫ a ꝑncipio sermonis vsqꝫ ad finē ꝑseuerare: nec dꝫ attēdere in hoc tediū corꝑis: nec cupiditatē diuitiaꝝ mūdanaꝝ: ⁊ ꝙ tal' ꝯtinuatio sit necessaria ad ꝓfectū doctrine ⁊ diuine gr̄e ⁊ salutis tripl'r ꝓbat̄. Prio auctibꝰ. Scḋo rōnibꝰ. Tertio exēplis. ℂ Prio ꝓbat̄ auctibꝰ. Nā Isiḋ. li. 2 de sūmo bo. ait: Inchoātibꝰ bonū ꝑmiū promittit̄: ſꝫ ꝑseuerātibꝰ dat̄: tūc eni placꝫ deo cōuersatō nulla: qñ bonū qḋ inchoamꝰ ꝑseuerāti fine ꝯplemꝰ. Itē auctoꝛ i li. de moribꝰ phorū ait: Licet non sit differēdū vnꝗ̄ bonū incipe. ⁊ magna ps bonitatis sit incepisse amplius tñ curādū est vsqꝫ ad finē perseuerare. hec ille. Et apo. ad Gal'. 6. ait. Bonū autem faciētes nō deficiamus: tempore eniꝫ suo metemus nō deficientes. Et Ber. in suis sentētijs ait. Non sufficit inchoasse bonuꝫ: nisi sit cōtinuatio: nec sufficit cōtinuatio: nisi sit ⁊ ꝑfecta cōsummatio. Seneca epl'a. 3. ad Lucillū. Necesse est inqt ut virtutū vitia exitusqꝫ cōueniant. Et in collationibꝰ patꝝ. li. 12. qdaꝫ de sanctis patribꝰ di. Nō debet eē mēs iusti in bonū ut cera mollis quālibet impssionem de facili suscipiēs: sed ut adamas. primā in ꝑpetuū retinēs impssionē. hec ibi. Hiero. etiam ad furiaꝫ ait. In xpianis nō q̄rūtur initia: sed finis. Paulꝰ male cepit ſꝫ bñ finiuit: Inde laudātur exordia: ſꝫ finis ꝑditōe dānat̄. Et Grec. de pe. di. 3. c. Incassū ait: Incassum bonū agit̄ si añ vite terminū deserat̄: qꝛ ⁊ frustra velociter currit: q ꝑusq̄ꝫ ad metas ꝑueneꝛit deficit. Et dn̄s Lu. 9. ait. Nemo mittens manū ad aratrū ⁊ aspiciēs retro aptus est regno dei. Itē Saluatoꝛ Matth. 10. ait. Nō q̄ incepit: sed qui ꝑseuerauerit vsqꝫ in finē hic saluꝰ erit. Deniqꝫ de consc. di. 1. c. Sacerdote. dicit̄. Sacerdote in ecclesia verbum dei faciente: qui egressus de auditorio fuerit excommunicetur. Ex predictis igitur auctoritatibꝰ patet. ꝙ quisqꝫ tenet̄ non tm̄ in predicationibus sed etiam in quolibet bono incepto vsqꝫ ad finem ꝑseuerare. ℂ Secūdo hoc idem ꝓbatur duplici rōne. Prio rōe ꝓponit̄ ꝑpositiōis. Scḋo rōe ꝑfectiōis. Prio ergo ꝓbat̄ rōe ꝑpositōis. Fūdamētū hꝰ rōnis ponit phs 8. phi. di. Dignius natural'r ꝑponitur minꝰ digno: ⁊ nobilius viliori: ⁊ prius posteriori. patet hec regula. Nam quia aqua est nobilius elementuꝫ ꝗ̄ terra: ⁊ aer ꝗ̄ aqua: ⁊ ignis ꝗ̄ aer: ideo naturaliter vnū precedit alterum Sil'r videmus ꝙ dn̄s respectu maioris di-

gnitatis preponit oibus seruis suis. Quo p-
supposito certum est q filii cum spiritualia
prout est doctrina euangelica sint icompabi
liter nobiliora oibus temporalibus z corpo-
ralibus bonis: ppter hoc merito quisqz tene
tur eam preferre oibus mundanis diuitijs:
atqz omibus sensualitatibus corporis qd cō
firmans Tho. scda scde. q. 32. ar. 3. in corpore
q. dicēs. Cum querit an spūalia bona seu spi
rituales elemosyne sint potiores z pferende
omnibus elemosynis z corporalibus bonis
Rńdetur q comparatio istaz elemosynarū
potest attendi dupliciter. Uno modo simpli
citer loquendo: z sm hoc elemosyne spūales
peminent triplici rōne. Primo quidem qr
id qd exhibet nobilius est. s. donum spiritua-
le: qd peminet corporali. sm illud pūerbi. 4.
Donum bonum tribuat vobis: legem meaz
ne derelinquatis. Scdo rōne eius cui sub-
uenitur: qr spūs nobilior est corpore. Unde
sicut homo sibiipsi magis debet puidē q̃ztū
ad spm̄ q̃z quantum ad corpus: ita z primo
quem debet tāq̃z seipsum diligere. Tertio
quātum ad ipsos quibus subuenitur: qr sunt
spūales actus qui sunt nobiliores corporali-
bus qui sunt quodammō seruiles. Alio mō
possunt comparari sm aliquē particularem
casum: in quo quedaz corporalis elemosyna
alicui spūali prefertur: puta quia magis esset
pascendū fame morientem: q̃z docen̄. sicut z
indigenti ditari q̃z philosophari: qm̄ hoc essz
simplr melius. h Tho. Et ppter hoc Sal.
Matth. 6. precipit dicens. Primum querite
regnū dei. z iusti. ei9. z h oia adijt. vobis. Et
ibidem ait. Dico autez vobis ne solliciti sitis
anime vestre quid manducetis. neqz corpori
vestro quid induamini. Nōne aia plus ē q̃z
esca: z corpus plus q̃z vestimētū. Nolite ergo
thesaurizare vobis thesauros i terra: vbi eru
go z tinea demolit: z vbi fures effodiunt et
furantur. Thesaurizate aūt vobis thesauros
scz virtutum z gratiaz in celo: vbi neqz eru-
go: neqz tinea demolitur: z vbi fures nō ef
fodiunt nec furantur. hec ibi. Ecce ergo o cu-
pide z auare: qliter teneris preponere diui-
nam doctrinam temporali lucro: cum sit no-
bilior in infinituz. Et ideo o paupercule plus
lucraberis in vna hora audiendo predicatio
nē q̃z si centū ānis tibi foderes aurum puris
simum. Et certe veniendo quotidie in qua-
dragesima per vnam horam ad predicatio-
nem non perdes nisi quadraginta horas: et
sic per consequēs quasi laborem duoz diez
in quibus simpliciter tres vel quattuor gros
sos lucratus fuisses. Perseuera igitur ad au
diendum verbum dei z mereberis: put dixi
infinitum thesauz eterne vite. ¶ Scdo h idē
probatur rōne pfectionis: vz q pseuerantia i
oi bona opatiōe z precipue in audiendo pre-
dicationes est cuilibet necessaria. Fundamē-
tum rōnis ponit Saluator Matth. 5. dicēs
Estote pfecti. s. in omni virtute: sicut z pater
vester celestis perfectus est. Quo presupposi
to peto qd sit simpliciter pfectū. Rńdit phus
5. metha. di. Perfectū est cui nulla suarum
partium deest. Et. 3. phisy. ait. Perfectuz est
cui nihil deest. q si sic est: claz est q qui non
habet pseuerantiā in suo opere caret vna pte
virtutis: ergo tale opus est impfectum: ergo
non est sm voluntatem saluatoris hoc preci
pientis. Sed cū nulli liceat facere contra vo-
luntatem z preceptum saluatoris: ergo qsqz
tenetur perseuerare in bono incepto z in pre
dicationibus vsqz in finē: qd egregie confir-
mans phs. 5. metha. ait. Perfectū est oē sim
pliciter qd finem attingit. ¶ Tertio deniqz
h idem pbatur exemplo. Nam videmus p
experientiā q miles strenuus qui agreditur
aliquā pugnā nūq̃z deficit in pugnādo q̃zuis
ppter hoc maximū laborē sustineat: quosqz
aut victoriā de inimico deportauerit: aut ini
micus sibi cedat cū ɔfusione z detrimento:
Sic ait Alexand. 3. vt habet ex de renun. c. j.
Indecens (inquit) oio pbatur prius soluere
militie cingulum q̃z cedat victori aduersitas
prelioz. Si hoc facit pro habenda victoria tē
porali: quāto fortius qsqz xp̄ianus dz ɔtinua
re in bonis operibus vsqz in finē vt habeat
victoriam eterne vite in qua postmoduz sibi
subijcit z creatorē z oēs creaturas. Habes
si vis etiā aliud exemplū. Nā vt legit gen̄. 29.
Iacob seruiuit laban iugiter. 14. ānis: vt ha-
beret Rachelē filiā eius q̄ certe erat vna pe-
cia carnis valde putrida z fetida. Et vt dicit
ibi textus. Videbāt ei dies pauci p amoris
magnitudine: q si Iacob. 14. ānis pseuera-
uerit in labore: vt acqreret filiā laban: quāto
magis dz quisqz pseuerare in bonis opibus
pro qbus meremur postmodum eternā vitā
heu o mūdani ceci. o mūdani iniqui. o vtiqz
mundani filij diaboli. O carnales spurcissi-
mi atqz sensuales: vos totū ɔtrariū facitis:

dum toto tpe vite vestre insudatis pro acq-rendis diuitijs:et pro fouendis vestris carnalitatibus:nec quasi est qui velit in quadragesima verba dei audire:nec confiteri pro quibus beatitudinem acquirerent et felicitatem. Ideo bene Grego.47.di.c.omnes. de talibus ait. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt:in celestibus debiles. Nam pro tpali gloria vsq3 ad mortem desudare appetunt:et pro spe perpetua:nec parum quidem in labore subsistunt. Nam pro terrenis lucris quaslibet iniurias tollerant. Et pro celesti mercede:vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Terreno etiam iudici tota die assistentes fortes sunt:in oratione vero coram deo vel vnius hore momento lassantur. Sepe nuditatem deiectionem:famemq3 pro acquirendis diuitijs atq3 honoribus tollerant:et earum rerum spe se per abstinentiam cruciant:ad quas adipiscendas festinant:superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant:quanto magis ea retribui tardius putant. Hi itaq3 quasi malarum arborum more deorsum vasti sunt.sursum angusti sunt:quia fortes in inferiora subsistunt et ad superiora deficiunt:at contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum qui nequaquam in terrenis rebus fortes sunt et in celestibus debiles. Sed longius atq3 distantius studiosos magis deo se exibent quam seculo fuisse meminerint.hec ille. ¶ Ex predictis auctoritatibus ratione et exemplis:patet qualiter qui vult proficere in diuina doctrina et gratia dei debet perseuerare in audiendo sanctissimas predicationes ex quibus illuminatur homo et saluatur. Et per consequens patet etiam tertia dispositio necessaria ad suscipiendum diuinam doctrinam.et per consequens diuinam gratiam que dicitur dispositio continuationis:quam continuationem:et perseuerantiam in auditione sacre doctrine et in ceteris operibus virtuosis:nobis concedat omnipotens deus qui est benedictus in secula seculorum.Amen.

¶ Feria quarta post dominicam septuagesime de reliquis quattuor dispositionibus necessarijs ad diuinam doctrinam sermo quartus.

Fides tua te

saluum fecit.Luc.7. Expletis tribus dispositionibus cuilibet necessarijs: ad hoc vt quis perfecte sumat fructum diuine doctrine seu sanctarum predicationum:necesse est vt quattuor sequentes conditiones:etiam declaremus que non minus necesse sunt:imo magis quam precedentes. Et vt ordinem seruemus:accipe nunc quartam dispositionem in ordine declarandam.

¶ De quarta dispositione declaranda ad audiendam doctrinam sanctam que dicitur dispositio attentionis.

Quarta igitur dispositio ex qua acquiritur salutaris doctrina:et per consequens diuina gratia dicitur dispositio attentionis. Clarum est enim et iugiter experientia docet: quod nullum exercitium siue sit spirituale siue corporale:vnquam consequitur bonum finem sine precipua attentione dicente Seneca in prouer. Nullum exercitium bonum reddit vbi est discursus et vagatio animi Sic a simili volo dicere de exercitio auditionis diuini verbi seu doctrine euangelice: quoniam non sufficit:vt quis vadat ad audiendum verbum dei sed festinanter. Sed etiam oportet quod singulariter dum est ibi singularissimam habeat attentionem ad veritates declarandas:aliter nullum de diuino verbo spiritualem fructum anima reportat. Qui enim vult proficere tam in ceteris quam etiam in doctrina diuina oportet quod leuet cor suum totum omnes sensus:omnem voluntatem:omnem itellectum et memoriam atq3 omnes vires suas:ad id quod dicitur et declaratur excludendo maxime pro tunc a se omnes vagationes:omnes circumspectiones:omnesq3 mundanas alias norias lasciuias atq3 vagabundas cogitationes. Dico tibi.o mulier que corpore stas ad predicationes: sed corde et fantasia es aut ad faciendum cognam aut ad laudandum pannos et huiusmodi. Heu dico tibi. O adolescens qui et si venis ad predicationem mens tua vagabunda semper discurrit per varia et diuersa inutilia. Dico igitur generaliter quod diuina doctrina sicut cetera exercitia precipue requirit: quod cor cuiuslibet sit attentum:sit directum:sitq3 totum eleuatum ad ea que dicuntur et non ad alias fantasias et norias cogitationes. Talis autem attentio ad diuinam doctrinam capiendam probatur esse necessaria quinq3.s. Primo auctoritatibus. Secundo ratione Tertio distinctionibus. Quarto similitudine Quinto exemplo. ¶ Primo probatur auctoribus quod quisq3 debet habere maximam attentionem ad ea que predicator dicit et declarat. Nam phus.4.pol. ait. Magnis negocijs oportet simpliciter animum ordinari ad vnum opus:quia maior est cura que est intenta circa vnum quam si circa multa.hec ibi. Item auctor.lib.de causis propositione.16.ait. Virtus omnis vnita fortior est et plus firma

ꝙ virtus dispersa ⁊ multiplicata: q᷑ oīs virt⁹
appropinquans vni vero est plus firma q̄ꝫ q̄
longinqua est ab eo: qū enim virtus incipit
multiplicari: tunc destruiť virtus eius ⁊ per
consequēs infirmať eius vehementia. hec ibi.
Item Boetius in lib. de disciplina scolariū
ait. Disciplinis qſqꝫ dꝫ esse beniuolus: doci-
lis atqꝫ attētus in exercitio. beniuolus ad au
diendum: in aīo attentus ad recipiendū: ⁊ in
se toto docilis ad intelligendū. Discolus aūt
discipulus qui currit per vicos ⁊ plateas: ⁊ q
aīo est vagabundus non ꝓficiet in doctrina.
hec ibi. Item Tulius in retho. ṗma que ars
vetus dicitur ait. Dociles eos facimus si ap
te ⁊ breuiter summā cause exponimus: cūqꝫ
docilem vis facere. simul ⁊ attentū facias oꝫ
Nam is maxime docilis est qui attentissi-
me paratus est audire. hec ibi. Idem quoqꝫ
ibidem li. 4. ait. Audienti discipulo intento
opus est aīo ne oīa dilabanť si vnū aliquod
effugit. Item Seneca ad Lucillū ait. Pri-
mum argumentū cōposite mentis existimo:
posse ꝯsistere ⁊ secū morari ⁊ assidua inten-
tione ad ea que referunť occupari. Et eccle.
28. diciť. Qui minorať actu ꝑcipiet sapientiā
Et idem. 29. di. Qui conatur multa agere in
cidet in ruinā. Et Grego. 4. dialogoꝝ ait.
Cum aīus diuidiť ad multa: fit minor ad sin
gula: tantoqꝫ ei minima res surripiť: quāto
latius in multis occupať. h ibi. Idem in pa-
storali ait. Impar quisqꝫ inueniť ad singula
dum ꝯfusa mente spargiť ad multa. Et qui
dam versificator dicit. Plurib⁹ intentus mi
nor est ad singula sensus. Item Cassio. lib. x.
epistolaꝝ ait. Duabus curis ingeniuꝫ simul
non debet occupari. Itē ꝓuerb. 28. Salomō
ait. Qui declinat aurem suā ne audiat legeꝫ
scꝫ dei: oratio eius erit execrabilis. Et ꝓuer.
j. diciť. Inuocabūt me ⁊ non exaudiam eos:
eo ꝙ exosam habuerūt disciplinam vꝫ legis
mee. Ex predictis auctoritatibus pꝫ qualiter
impossibile est veritatē diuini verbi accipere
nisi quis habeat summā attentionē ad audi
endū illam ¶ Scđo h idem probo vnica ra-
tione videlꝫ remotionis. Fundamentum ra
tionis ponit Aristoteles lib. j. de regi. princi.
dicens. Potentia remota ab obiecto priua-
tur virtute ⁊ influentia eiusdem obiecti. patet
hec regula. Certum est enim ꝙ sol est quod-
dam obiectum potentie visiue quem si ocu-
lus temperate directe respicit seu attendit in
fluentiam sue delectationis ⁊ cognitionē sue
pulchritudinis suscipit. dicente Ecclesiastes.
xi. Dulce lumen ⁊ delectabile est oculis vide
re solem. Econtra si potentia visiua respici-
at ex aduerso seu ad alia: non respiciendo ꝓ
prie solem clarum est: ꝙ oculus nullam in-
fluentiam delectationis ab ipso sole perci-
pere potest. Similiter si potentia visiua di-
recte respiciat seu attendat in aliquam pul-
cherrimam imaginem virginis gloriose et
non in aliam: clarum est: ꝙ ab eadem quan-
dam influentiam maxime delectationis re-
cipit. Econtra si oculus respiciat ad alia simť
diuersa obiecta impossibile est ꝙ de predicta
imagine accipiat cognitionem: ⁊ per conse-
quens delectationem. Quo presupposito cer
tum est ꝙ potentia intellectiua non potest si
mul ⁊ semel ferri in diuersas res: seu ī diuer
sa obiecta cum sit potentia simplissima: dicē
te pho. 3. de anima. Impossibile est eandem
potentiam pro nunc ferri in diuersa obiecta
Vnde ⁊ contingit intellectum multa scire.
intelligere vero non nisi vnum. Qđ si sic est
manifestum est ꝙ dum intellectus seu volū-
tas ad veritatem non attendunt: est per con
sequens omnino impossibile ꝙ tunc recipi-
ant veritatem diuini verbi seu ab ipso deo ī
fluentiam gratiarum quas appetunt ⁊ requi
runt. Vis igitur o fidelis anima fructū ora-
tionis: ⁊ q̄ꝫ maxime predicationis recipere ⁊
gratiam acquirere quā desideras: fac ꝙ di-
recte intellectus tuus atqꝫ voluntas solum
intendant ad deum seu ad veritates que di-
cuntur ⁊ declarantur. Hanc attentioneꝫ qa
plures non habent. ideo sine fructu diuine ꝑ
dicationis ⁊ gratie: a predicatione recedunt:
vnde contingit ꝙ aliqui vagantur: aliqui di
scurrunt per circuitum nec reperiunt locum:
sicut formice diaboli. Aliqui attendūt ad ap-
ponendum manus super caudam accipitris
quem ad predicationeꝫ portauerunt. Aliqui
auertunt oculos impudicos a predicatore ⁊
conuertunt ad vanas mulieres. Aliqui vo-
lunt numerare quot femine vel homines ad
predicationem venerunt. Alij murmurant:
Alij recedunt sine necessitate. Alij loquūtur
vana ad inuicem. Alij faciunt diuersa signa
cum oculis. Et alij aliquando dum habent
locum secretum in predicatione fornicantur
sicut contigit laude in quadam ecclesia dum
predicaret quidam pater conuentualis: vo-

catus magister paulus in die annunciatio-
nis virginis marie: eodem predicante qui-
dam ribaldus diabolica sugestione vexa-
tus mulierem in eadem ecclesia cathedrali
post altare sancte katerine postrauit prout a
pluribus visus fuit. Alij insuper impudicis
manibus mulieres venientes ad predicatio
nem stimulant ꝛ pungunt. Cũqꝫ talia ꝛ mul
ta similia miseri homines ꝛ mulieres faci-
unt in predicatione fructum predicationis ꝛ
ꝑ ꝯñs diuine grẽ penitꝰ ignorãt. Cõtra quos
Arist. 12. metha. ait. Intelligẽ bonũ ꝛ nobile.
Intelligere vana ꝛ vilia valde differunt quo
ad ꝑfectionẽ ꝛ nobilitatẽ intellectus: q꞉ valde
incõueniẽs videt̃ ꝙ aliqs meditetur subtilia
ꝛ operationẽ actus sui occupet circa vana ꝛ
vilia. Nobilitas igitur intelligẽdi ꝑtinet sim
pliciter ad nobilitatẽ intellectus cum opera
tiones circa obiecta ꝓpria specificent̃. hec ille.
¶ Tertio insuper probo intentum distin-
ctionibus. ꝛ vt per quendam similitudinem
loquar Thomas. xxij. q. 83. articu. 13. querit
An attentio requiratur in omni re ꝛ maxi-
me ad vocalem orationem. Respondit di-
cens. Attentio potest haberi ad tria. Pri-
mo ad verborum ordinem vel tenorem. vi-
delicet: ne ille qui orat erret in proferendo
verba. Secundo ad verborum significatio-
nem: vt scilicet ille qui orat verba orationis
ꝛ petitionis intelligat: ꝛ he due attentiones
non sunt necessarie: tũ quia simplices ꝛ idio-
te eas habere non possunt. tum quia si in sin
gulis verbis velit homo cogitare q̃liter ver-
ba sint formanda: ꝛ intelligenda mentis eua
gationem incurret. Tertio potest haberi
intentio ad finem: ꝛ hec maxime est necessa-
ria cuius ratio est: quia finis orationis ẽ du-
plex. scilicet deus qui orat̃: ꝛ illd̃ pro quo ora
tur: siue persona pro qua oratur. Et ista duo
siue hanc duplicem attentionem non solum
docti: sed etiaꝫ idiote ꝛ simplices habere pos
sunt. Immo ꝙ plus est attentio qua mens
fertur in deum quandoqꝫ intantum abun-
dat: vt etiam mens obliuiscatur omniũ alio-
rum: sicut dicit Vgo de sancto vic. h̃ Tho.
Aliam distinctionem egregiam ꝛ simileꝫ po
nit Ricar. mal. 4. distinc. 15. articu. 5. q. 6. in
corpore. q. dicẽs. Cuꝫ queritur an vocalis ora
tio sine mentali attentione sit meritoria vel
satisfactoria. Respondẽtur ꝙ orationis tri-
plex est efficacia. scilicet in merendo: ꝛ sic
est satisfactoria. Et i impetrando: ꝛ orantem
spiritualiter ꝛ experimentaliter reficiendo.
modo nullam istarum efficatiarum habet
vocalis oratio: si eam non precedat: aut non
concomitetur concors meditatio: aliter enim
non esset moralis actus: nam actus exterior
moralis non est nisi per comparationem ad
actum rationis interiorem: si autem adsit in
tentio debita ꝛ actualis in principio vocalis
orationis q̃uis postea non sequatur: tamen
oratio vocalis est meritoria ꝛ impetratiua ꝑ
virtutem prime intentionis nisi postea in-
terrumpatur per intentionem contrariam.
Sicut cum aliquis ex bona intentione inci-
pit peregrinari: vel elemosynam dare totus
actus sequens meritorius est virtute inten-
tionis prime q̃uis cesset sua intentio actua-
lis. Sed efficatiam spiritualiter reficiẽdi orã
tem non habet vocalis oratio: nisi quãdiu cã
comitatur intentio. Et sic intelligitur illud
verbum Apostoli. j. ad corinthi. 14. Si orem
lingua spiritus meus orat: mens autem mea
sine fructu est. Sciendu꞉ tamen est ꝙ potest
intentio conuenire vocali orationi triplici-
ter. s. aut apulicando eam ad verba que dicũ
tur: aut ad illud qd̃ petitur: aut ad illum cui
oratio porrigitur. Et quocũqꝫ istoruꝫ modo-
rum adsit: intentio non est inefficax ad satis-
faciendũ vocalis oratio: sed scd̃a intentio me
lior est q̃ prima: ꝛ tertia q̃ scd̃a. Vñ Vgo
in lib. de virtute orãdi inter ꝓncipiũ ꝛ mediũ
dicit pura oratio est: qñ ex abũdantia deuo-
tionis mens ita accendit̃ vt cum se ad deum
postulatura cõuerterit pre amoris eius ma-
gnitudine: etiam petitõis sue obliuiscat̃. h̃ ibi
Ex predictis distinctionibus arguo a siliꝰ: cũ
de silibus idem sit iudiciũ. ꝙ si oratio est vtilꝰ
sine attentiõe ꝓcipua ad id qd̃ dr̃ vel orat̃: a
sili doctria diuina: nulli põt ꝓficẽ nisi ꝑ ipaꝫ
audiẽs audiat eã cũ maria attentõe ꝛ reuerẽ
tia. ¶ Quarto h̃ idẽ ꝓbo siliťudie: expiẽtia. n.
docet ꝙ venator q sil' vult currẽ pꝰ duos lepo
res nullũ eoꝝ capẽ põt: quos tñ facili cepissꝫ
si sigillatiꝫ pꝰ vnũ illoꝝ cucurrisset. Qd̃ qdaꝫ
sapiẽs metrice loq̃ndo testat̃ di. Quis binos
lepores vna sectabit̃: hora vno qñꝫ: qñ quoqꝫ
carebit vtroqꝫ. A sili dico de sacra doctrina
ꝛ dina gr̃a quã mẽs neq̃q̃ acgrẽ p̃t: q̃ circa
mlta ẽ euagabũda ¶ Quito deniqꝫ h̃ idẽ ꝓ-
bo vnico exẽplo. Nã legit̃ i vita bti Syri epi
Januẽs. ꝙ cũ scl' eẽt i eccłia ꝛ ꝓdicãdo cebra

Ubiqꝫ etiā magna multitudo ppl'i: que vtiqꝫ
erat vagabunda: nec ad verbū diuinū erat at
tēta: ɔtigit q ipse sanct⁹ vidit in eadē ecclesia
quendā demonē habentē magnā cartam in
manibus et scribentē in ea omnes cogitatio
nes noxias ꝛ vagabundas: circa quas popu
lus ipse dū predicaret erat occupatus: ꝛ cum
carta deficeret: pro eo q tota iam conscripta
erat: ꝛ demon cum dentibus ipsam elonga-
re vellet. subito carta fracta caput eius ictu va
lido murū impetijt: ita ut sonitus collisionis
ꝛ vulnus capitis sentiret quo facto statī eua
nuit: qđ totum idem epus populo singillatī
reuelauit: seuere eos redarguens: q in ora-
tionibus ꝛ pdicatione sinebāt ingredi eorū
mentibus ꝛ cordibus. varias. supbas. mūda-
nas. carnales. atqꝫ dyabolicas cogitationes
ppter qđ indigni oino reddebant. ꝛ sacra do
ctrina ꝛ diuina gratia. Ex predictis igit om
nibus pꝫ quarta dispositio necessaria ad su-
scipiendū doctrinā sacrā ꝛ p cōsequens diui
nam gratiā que dicit dispositio attentionis.

¶ De quinta dispositione necessaria ad au-
diendū doctrinā sacrā q dr dispō creditoris.

Qinta dispositio ex qua acqritur sa
lutaris doctrina ꝛ p consequēs diui
na gratia ꝛ eterna gloria: dicit dispo
sitio creditoris. Non enim tm̄ opꝫ q qsqꝫ in
audiendo euangelicā doctrinā habeat dispo
sitiones suprapositas: sed sup oia necesse est
q simpliciter credat ea q sibi a doctore ꝛ p-
dicatore proponūtur: nec faciāt sicut faciūt q-
dam supbi inflati: arrogātes: atqꝫ curiosi ho
mines: q cū non intelligāt etiam naturā vni⁹
vermiculi: seu vni⁹ vilissime formice: tm̄ volūt
cōfutare: aut p falsas eorū opiniones: aut per
erronea eorꝫ iudicia ꝛ argumēta doctrinam
veritatis aliter volēdo intelligere: q a sacris
doctorib⁹ seu pdicatorib⁹ exponat. Tales igit
sacrā doctrinā sic audientes ꝛ decidētes: nō
tm̄ nō merētur diuinā grām: sꝫ qđ maius ē
merētur ex eorꝫ infidelitate eternas penas su
scipe. Dico igit q qcūqꝫ debet pficere in sa-
cra doctrina atqꝫ diuina gratia necesse ē: q
simplr credat: ꝛ simpliciter fidē adhibeat his
que dicuntur a doctore. vel predicatore pdi-
cant. Et q talis fides ꝛ simplr creditio diui-
ne scripture. atqꝫ predicatorib⁹ sit adhibenda
triplicit pbo. Prio auctibus. Scdo rōne
Tertio exēplo. ¶ Primo pbo auctoritati-
bus. Nam Boetius in li. de disciplina scola
riū ait. Qui non nouit se subijci in oībus nō
q audeat se magistrare: nec dign⁹ est scientia
ꝛ veritate: ille q sciētie ꝛ veritatis insurgit au
ctori. Hec ille. Apls etiā. 2. Cor. 10. In carne
etiā ambulātes non tm̄ sm carnē militam⁹.
Nam arma militie nostre nō sunt carnalia
sed potentia deo ad destructionē munitionū
cōcilia destruētes: ꝛ oēm altitudinē extollen
tē se aduersus scientiā dei ꝛ in captiuitatem
redigentes oēm intellectū in obsequm xpi: et
in pmptu habētes vlcisci oēꝫ inobediētiā cū
impleta fuerit obediētia nostra. hec ibi. Ideꝫ
quoqꝫ Apo. ad Eph. 4. ait. Hoc igitur vo-
bis dico ꝛ testificor in domino ut iā nō am
bulet: sicut ꝛ gētes ambulant in vanitate sen
sus sui: tenebris obscuratum habentes intel
lectum: alienati a via dei p ignorantiam: que
est in illis: per cecitatē cordis ipsorū: qui de-
sperantes semetipsos tradiderunt impudici
cie in operationē immūdicie omnis auaricie
hec ibi. Cepherinus papa di. 38. c. sicut stellas
ait: Sicut stellas celi nō extiguit nox: sic mē-
tes fidelium inherentes simpliciter firmamē
to sacre scripture non obscurat mundana ini
quitas. hec ille. Et Hyero. sup ysa. ꝛ ponitur
37. di. c. vnio. ait: Sed tropologiā pseudo p-
phetas eos debemus accipere qui alter scri-
pturarū verba accipiunt q spiritussanctus so
nat. Et diuinos eos qui coniectura mentis
sue incerta futurorum: quasi vera pronūciāt
absqꝫ diuinorū auctoritate verborum. hec il-
le. Ideꝫ quoqꝫ Hiero. sup epistolā ad Gal.
Et ponitur. 24. q. 3. c. heresis. ait: Quicumqꝫ
autem aliter scripturam intelligit ꝛ sacrā do
ctrinam q sensus spiritus. scꝫ flagitat a quo
scriptura est: licet ab ecclesia non recesserit. ta
men hereticus appellari potest: ꝛ de carnis
operibus est eligens que priora sunt. hec ibi.
Deniqꝫ leo papa. 24. q. 3. c. q autē. ait: Quid
autē iniquius est: q impia sapere ꝛ sapiētio-
ribus doctoribusqꝫ non credere: Sed in hāc
insipientiam cadūt quicūqꝫ ad cognoscēdaꝫ
veritatē aliquo impediūtur obscuro: non ad
propheticas voces. non ad apostolicas litte-
ras. nec ad euangelicas auctoritates: sed ad
semetipsos recurrunt: ꝛ ideo magistri erro-
ris existunt: quia veritatis discipuli non fue-
runt. hec. ibi. Ex predictis auctoritatib⁹ patꝫ
qualiter quisqꝫ tenet pure ꝛ simpliciter crede
re ꝛ fidem exhibere ꝛ scripture diuine: ꝛ do-
ctis predicatoribus eam pronūciantibus. cō-

tra multos cervicosos et bestiales: qui quoti-
die volunt audire subtilia de prescie͂tia dei de
prestinatio͂e et reprobatio͂e: et postq͂ veritates
audierint: eis nequaq͂ credunt: sed in diver-
sos errores propter suas dyabolicas fantasi
as incidunt: qui et si habeant nomen xp̄iano
rum: tamen no͂ habent substantia͂ veri xp̄ia-
ni: que consistit in simpliciter credere: et fidez
adhibere dictis sacrorum theologoru͂: et illa
in predicatione eoruz predicantibus et decla
rantibus. ¶ Secu͂do hoc idem probo unica
ratione. vz processionis. Fundamentu͂ ratio-
nis ponit Co͂mentator super. 8. Metaph. di.
Quando aliquis effectus convenit uni tan-
q͂ cause: et alteri tanq͂ causato. per prius at-
tribuitur cause q͂ causato. patet hec regula.
Cum enim lux stellarum. ut dicit Co͂mentator
2. de anima. Procedunt a sole tanq͂ a p̄ma
causa. Et ab ipsis stellis tanq͂ a secunda cau
sa: debet magis attribui laus illius lucis stel
larum ipsi soli q͂ ipsis stellis. quia ut dicitur
2. de aia. Denominatio in qualibet re semp̄
debet fieri a nobiliori. Similiter si aliqs gra
tias agit aliquibus ambasiatoribus: pro eo
q͂ sibi detulerunt aliquod egregium donum
nomine alicui⁹ ducis: multo magis ille gra-
tie debent referri ipsi duci a quo donum ip-
sum principaliter processit. Quo presupposi-
to certum est. q͂ sacra scriptura seu doctrina
licet procedat ab ore ipsius predicatoris qui
est quasi quoddaz instrumentu͂ dei: tame͂ in
veritate principalius et immediatius proce-
dit ab ipso deo: seu ab ipsa sanctissima trini-
tate patre. s. et filio et spirituisancto. Quod co͂-
firmans Ambros. super verba pauli. Nemo
potest dicere dominus iesus: nisi in spiritu-
sancto ait: Omnis veritas a quocu͂qz dica-
tur a spiritusancto est. Et propheta dicit do-
minus dabit verbum euangelizantibus ver
ba euangelica virtute multa. Et Ysa. 59. di-
citur. Spiritus meus vite est et ego posui ver
ba mea in ore tuo. Et prio ad Thess. 2. Apo.
ait. Cum accepistis a nobis verbum auditu
dei accepistis non verbum hoim. Sed sicut
est vere verbum dei qui operat̄ in vobis: que
credidisti. hec ibi. Et Hiere. j. dicitur. Ecce
ego dedi verba mea in ore tuo. Deniqz et sal
vator. Matth. 10. ait. Cum steteritis ante re-
ges et presides nolite cog. quo͂ aut quid. lo. no͂
enim. u. e. q. lo. sed s. p. u. qui loquitur in vobis.
Quod si ut pz doctrina p̄dicatoris imediate p̄
cedit ab ipso deo clar̄ e͂ q͂ tal̄ doctrina a deo
ita est vera: qd no͂ pot ee͂ falsa. Sic enim dicit
phus primo priorum. Ex falsis ver̄: sed ex ve
ris nunq͂ sequitur nisi verum: ergo per con-
sequens quisqz tenetur pure simpliciter et si-
ne aliqua dubitatione credere ei et fidem ad-
hibere si vult veraciter ab ipso deo illumina
ri. Quod si quis non credit simpliciter verbo p̄
dicatoris utiqz deum ipsum co͂temnit: qui de
veritate linguam predicatoris informat. pro-
pter quod Salvator Math. 10. ait. Qui vos
recipit me recipit: et qui vos spernit me sper-
nit. Et qui recipit propheta͂ in nomine pro-
phete: mercedem prophete accipiet. Et co͂fir-
matur ista ratio. Nam extra de fide instru-
mentorum. c. scripta. dicitur. Quod datur ma-
gna fides bulle et creditur firmiter in qua est
verum sigillum et auctenticu͂ alicuius princi-
pis: seu collegij: seu pape: vel pontificis. Quod
si sic est: q͂. s. firmiter creditur litteris ipsoru͂
et principium: seu privilegijs summi pontifi-
cis: et scriptoribus imp̄atoru͂: et cartis notario
rum iam mortuoru͂. a fortiori tenetur quisqz
credere et fidem adhibere dictis scripturaruz
celitus infusarum. et verissimis testibus: qui
pro confessione veritatis scripture sacre san-
guinem effuderunt. Et tanto plus debet ei fi
des adhiberi: q͂to in infinitum nobilior et ve
ratior est ipse deus: a quo ipsa doctrina pro-
cedit: ipsis principibus imperatoribus domi
nis atqz notarijs: et huiusmodi. pro eo q͂ ut
dicitur. j. de anima. Quelibet scientia trahit
suam nobilitatem et veritatem a suo subiecto
q͂ si fuerit nobilius nobilior est: et per conse-
quens ipsa scientia. ¶ Tertio deniqz probo
exemplo. Nam Socrates philosophus atte
niensis in suis sente͂tijs ait. Auctoritas ma-
gistri etiam sine alia ratione est digna fide et
veneratione. Et est sibi fides adhibenda. pa-
tet hec sententia. Nam videmus q͂ datur fi
des indubitanter Aristoteli de rebus natu-
ralibus que dicit: et sine inquisitione alicuius
rationis similiter et medici adhibent fide͂ in
dubiam Ypocrati Galieno Avice͂ne: et Me
sue. Similiter et oratores aphibent fide͂ Tu-
lio Cyceroni. Similiter et legiste adhibent
fidem conditoribus suaru͂ legum. Et hi om-
nes predicti autoritatibus suarum legum sic
simplicem fidem adhibent: q͂ nequaq͂ pos-
sunt credere q͂ in suis sententijs erraverint.
Quod si predictis tanta datur fides q͂ pro su-

stinenda vna conclusione earum: nequaq̃z ex-
posuissent non tm̄ vitam. sed nec solam etiaz
guttam sanguinis. a fortiori tenet̃ quisq̃z fi-
dem verbis euangelicis dare: quoruz auctor
xp̄us fuit: et scriptores quattuor euangeliste:
⁊ expositores sacri theologi atq̃z doctores: q
omnes pro defendenda vna sola euangelij
veritate mortē libentissime suscepissent. Pre-
terea refert Valerius qui erat paganus .li.
primo. Q̄d Simmonides poeta nauigans
per mare ad littus applicuit. et ibi mortuum
corpus humanū inhumatum reperiens se-
peliuit: ⁊ cum ipsum sepeliret. ab eo admoni-
tus fuit ne die proximo sequenti nanigaret:
qui acquiescens monitis eius in terra remā-
sit. Alij vero qui nauigauerunt ipsa die pro-
cellis et fluctibꝰ maris omnes submersi sunt
Ecce ꝙ datur fides Valerio qui fuit paga-
nus talia referenti. ⁊ sic de multis dicere pos-
semus. ꝙ si dictis paganorum ⁊ infidelium
simpliciter fides adhibetur: q̃zto magis quis-
q̃z simpliciter debet fidem adhibere dictis p̄-
dicatorum atq̃z sententijs sanctorum docto-
rum. Sicut igitur cecus vel cecutiens acqui-
escit fideli ductori: sic sapiēs xp̄ianus debet
simpliciter credere euangelice veritati. Sed
multi sunt in hoc peiores ipsis cecis: qui cum
nolint credere doctoribus a spiritu sancto il-
luminatis: iugiter permanent in errore sue
damnationis. di. Seneca epistola. 50. ad Lu-
cillum. Ceci ducem querunt: nos autem sine
duce erramus: ⁊ ideo difficulter ad sanitatez
peruenimus: quia nos egrotare nescimꝰ. hec
ille. Ex predictis auctoritatibus ratione atq̃z
exemplo. patet quinta dispositio necessaria
ad suscipiendum diuinam doctrinam. et per
consequens diuinaz gratiam que dicitur di-
spositio creditionis.

¶ De sexta dispositione necessaria ad audi-
diendum doctrinam sacram que dicitur di-
spositio susceptionis.

Sexta dispositio quam requi-
rit salutaris doctrina: ⁊ per
consequens diuina gratia et
eterna gloria: dicitur dispo-
sitio susceptionis. Non tantum quisq̃z chri-
stianus qui vult proficere in sacra doctrina ⁊
per consequens in diuina gratia: debet habe-
re omnes supradictas dispositiōes. Sz sum-
me ⁊ necessariū est ꝙ alacriter ⁊ libenter su-
scipiat admonitiones atq̃z correctiones ip-
sius predicatoris: ⁊ consentiat inspirationibꝰ
bonis quas suscipit: dum audit sacram do-
ctrinam. Et dico contra multos qui cum au-
dierint vnuz solum verbū in predicatione q̄d
eis displiceat. confestim dedignantur ⁊ post-
modum contemnūt amplius predicationes
audire: hi tales nunq̃z possunt proficere in sa-
cra doctrina ⁊ diuina gratia. cum non acqui-
escant diuinis inspirationibus. nec insup san-
ctis admonitionibus ⁊ caritatiuis correctio-
nibus quas ab ipsis predicatoribus alacri-
ter suscipere debuerant. Et ꝙ susceptio talis
admonitionis ⁊ correctionis. (Et si aspera vi-
deatur) sit cuilibet necessaria ad proficienduz
in sacra doctrina et diuina gratia tripliciter
probo. Primo auctoritatibus. Secundo
ratione. Tertio similitudine. ¶ Primo pro-
bo auctoritatibus. Ait enim Hierony. super
Amos propheta. Grande peccatum est odis-
se corripientem: ⁊ correctionem non tollera-
re: maxime cum te non odio: sed amore cor-
ripiat. hec ille. Item Salomon Prouer. 4.
ait. Audite filij disciplinam patris vestri ⁊ at-
tendite ut sciatis prudentiam. Donum bo-
num tribuam vobis. Et Prouerbio. 15. ait.
Stultus irridet disciplinam patris sui: qui
autem custodit increpationes sapientior fiet.
Et idem dicit. Non amat pestilens euz: qui
se corripit: nec ad sapientes gradit̃. Cor au-
tem sapientis accipiet correctionez. Et Pro-
uer. 12. ait. Qui diligit disciplinam diligit sci-
entiam. Qui autem odit increpationes insi-
piens est. Item psal. sc̄d̄o. Apprehendite di-
sciplinam. nequando irascatur dominus et
pereatis de via iusta. Et Prouerbi. 9. dici-
tur. Argue sapientem ⁊ diliget te. Qui au-
tem acq̄escit arguenti glorificabitur. Et Gre-
gorius libro. 10. Moralium ait. Sicut re-
cti quibusdā que ab eis non recte gesta sunt
correctionis vocem ministeriuz caritatis exi-
stimāt: sic peruersi contumeliam derisionis.
Et philosophus. 4. Ethicorum ait. Nequa-
q̃z vtiq̃z cogitur magnanimus fugere com-

monentem. Et Tulius libro de amicitia. Et monere et moneri velle propriũ est vere amicitie: et alterum libere facere non aspere: et alterum libere accipere non repugnant. Idem quoqz in primo de offi. ait. Ut pictores et hi qui singula fabricant. et veri etiam poete suum quisqz opus a vulgo considerari volunt si q reprehendẽdus sit a pluribus id corrigatur. sic aliorum iudicio multa nobis et facienda et non facienda: et mutanda et corrigẽda sunt. Deniqz Seneca libro tertio de Ira sic dicit. Admoneri et corrigi semper boni gaudent. pessimus autem quisqz asperrime patitur correctionem. Ex predictis auctoritatibus patet. Qualiter qui vult proficere et doctrinam dei atqz diuinã gratiã et salutez propriam consequi: necesse est ei q alacriter et libenter suscipiat admonitionem et correctionem ipsius predicatoris. contra multas mulieres vanas que cum audiunt q predicator detestatur vanitates superfluas caudas cornua bellettum: et huiusmodi. statim indignantur et se trãsferunt ad alium predicatorem qui predicta omnia laudat: vel nihil de ipsis tangit: aut stant domi et non volunt amplius ire ad pdicationes. Tales omnes diabolus portabit. Hoc idem faciunt vsurarij seu falsi officiales. seu concubinarij: qui cum audiunt etiaz in genere aliquid qd eos tangat statim per totam quadragesimã predicationem relinquunt. ¶ Secundo hoc idem probo vnica ratione. videlicz bonificationis. Fundamentum rationis ponit philosophus tertio Thopicorum. et secundo phisycorum dicẽs. Cuius finis melior ipsum quoqz melius. patet hec regula. Cum enim finis salutis anime sit nobilior fine salutis corporis clarum est. q dare consilium de salute anime est magis nobile q̃ȝ dare consilium de salute corporis. Quo presupposito certuz est q si quis corporaliter esset infirmus libenter et alacriter medicinam quãlibet amaraz assumeret ut corporis sanitatẽ recuperet. ergo a fortiori cum anima sit nobilior corpore incorporaliter. dicente philosopho. 16. de animalibus. Anima nobilior est omni corpore animatum inanimato. viuum mortuo. ens non ente. Et primo ethicorum dicit. Bona anime maxime sunt bona. Et sexto politicorum dicit. Anima melior est corpore: et anime bonum omnibus bonis. Propter hoc tenetur quisqz in infinitum libentius et alacrius suscipe admonitiones atqz correctiones quas predicator facit pro salute ipsius anime. Nã tales admonitiones et correctiones sunt q̃dam spirituales medicine ipsius anime.

¶ Tertio deniqz probo similitudine. videlicet q quisqz volens proficere in sacra doctrina et diuina gratia tenetur libenter suscipere et non bestialiter seu superbe fugere admonitiones predicatoris. Nam videmus p experientiam q infirmus qui odit presentiaz medici et fugit suam medicinam non recipit corporis sanitatem sed potius mortez incurrit. Econtra si medicum diligit et eius cõsilia suscipit seu medicinam. licet videantur sibi amara et penosa facere recipit sanitatez. Sic a simili est de anima spiritualiter infirma que si libenter audit predicatorem tanq̃ȝ spiritualem medicum et suscipit eius doctrinam et admonitionẽ: faciliter a deo p cõtritionem recipit sanitatem anime: id est veniam de peccatis. econtra vero si predicatorem odit et eius doctrinam et admonitionem fugit et contemnit: certum est q incurrit sententiam eterne mortis. Sic enim ait Apostolus ad Romanos scdo. Secundum duritiaz tuam et impenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. quod confirmans Augustinus in libro de verbis domini ait. Precipuum et magnum signum diuine reprobationis est correctionem fraternam deuitare. Et Salomon prouerbi. 15. ait. Qui increpationes odit morietur. scilicet fm glosam triplici morte. videlicet nature: gratie: et glorie. Et Prouerbi. 29. ait. Uiro qui corripientem se dura ceruice contemnit: repentinus superueniet interitus. Et Sapieñ. tertio dicitur Sapientiam enim et disciplinam qui abijcit infelix est: et vacua est spes illorum: et labores sine fructu: et in vtilia opera illorum sunt. hec ibi. Et ideo in figura Exod. quarto ca. loquitur. Qd Moyses proijciens virgaz id est correctionem in terram. i. in terrenis hominibus versa est in colubrum. quia scilz qui has correctiones non suscipit: in futuro a serpẽtibus infernalibus deuorabitur et punietur.

Ex predictis autoritatibus:ratione: et simile: patet sexta dispositio necessaria ad suscipiendam diuinam doctrinam. et per consequens diuinam gratiam que dicitur dispositio susceptionis.

¶ De septima dispositione necessaria ad audiendum doctrinam sacram que dicit dispositio operationis.

Septima postremo dispositio ex qua acquiritur salutaris doctrina: et per consequens diuina grã et eterna gloria dicitur operationis seu executionis.vltra predictas omnes dispositiones:quicũqʒ vult proficere in sacra doctrina et diuina gratia. necesse est omnino ꝙ habeat executionem.i. ꝙ exequatur et operetur ea que ab ipso predicatore operanda intellexit. quoniam sine tali operatione oẽs predicte dispositiones omnino essent inutiles tam ad anime salutem: ꝙ̃ ad diuinam gratiã et eternam gloriam ꝓmerendam.quod quinqʒ modis probo. Primo auctoritatibus. Secundo ratione. Tertio distinctione. Quarto similitudine. Quinto exemplo.¶ Primo probo auctoritatibus.Nam Jac.j.dicitur. Estote factores verbi et non auditores tm̃: fallentes vosmetipsos:quia si quis auditor est verbi et nõ factor. hic compabitur viro cõsideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se et abijt.et statim oblitus est qualis fuerit.Qui autem perspexerit in lege ꝑfecte libertatis et permãserit in ea.Non auditor obliuiosus factus:sed factor operis. hic beatꝰ in facto suo erit.hec ibi.Item philosophus scđo ethi. Virtutes scire parum aut nihil prodest ad felicitatem.et ibidem dicit.Qđ nõ ꝑscrutamur de virtutibus ut sciamus. sed ut operantes boni efficiamur.Et.io.ethi.ait: Non sufficit virtutes scire nisi quis operetur ꝯm illas.Et.io.methaphi.dicit.Ex priuatione actꝰ a potentia siue habitu sequitur maluʒ quod est bono oppositum.et secũdo ethi. ait: Operantem et non tm̃ discentem laudamus:utputa.Edificantes et non edificatores.et.j.ethico. Dupliciter est ratio potentialis et actualis.actualis autem est perfectio hominis: sicut bene citharizans bonus citharedus est. et sexto ethi.etiam dicit.Prudens non est quis in scire solum:sed in eo ꝙ practicus est et operatur ꝯm rectam rationem.Item Beda super Lucam. Scire inquit bonum et non facere non pertinet ad beatitudinem : sed ad condemnationem.sicut scriptum est. Scienti bonum et non facienti peccatũ est illi.et Grego.nazanzenus in appologia sua ait.Ille mihi videtur esse sapiens : qui pauca de virtutibus deserens plura vero suarum operationum auctoritatibus ostendit.Item Sene.in prouer. suis dicit.Nihil prodest facienda didicisse et nõ facere.et Matth.7.Saluator ait.Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur.et Crisost.in quadã omelia dicit. Nam plura scire neqʒ plura miracula facere valent ad salutem . sed tm̃ operatio virtuosa.felicem animam facit.Deniqʒ Grego.in primo dyalogoꝝ. et transumptiue 23.q.4.c.optineri. ait:Ipsa quoqʒ perhẽnis regni predestinatio . ita est ab omnipotente deo disposita:ut ad hanc electi ex labore perueniant: quatenus laborando et orando mereantur accipe quod eis omnipotens deꝰ ante secula disposuit donare. Ex predictis igit auctoritatibus patet qualiter ad diuinã gratiam et salutem promerendam inter ceteras dispositiones operatio virtuosa requiritur.

¶ Secundo hoc idem probo in vnica ratione. videlʒ acquisitiõis eterne felicitatis. Fundamentum rationis ponit philosophus. io. ethicorũ. di. Felicitas est premium virtutis. Quo presupposito certum est ꝯm eundẽ philosophũ.7. phisicorũ. Qđ virtus simpliciter est dispositio perfecti.s. habitus ad optimum scʒ ad actum.et propterea.2.ethicoꝝ.dicit. Ad perfectionem virtutis tria requiruntur.scire velle: et operari. Qđ si ut patet operatio est de essentia virtutis: clarum est ꝙ si quis nõ operatur que operanda intelligit. non habet in se perfectam virtutem: quia sicut dicitur. 6.Thopicoꝝ.A quocũqʒ remouetur diffinitio remouetur et diffinitũʒ.et Cõmentator. 9. Methaphi.ait.Qui tollit a rebus suam propriam operationẽ. tollit ab eis suam essentiam. ꝙ si quis non habet operationem nec ꝑ consequens virtutem . Cum igitur felicitas simpliciter sit premium virtutis . concluditur necessario ꝙ talis non operans que intelligit,nunqʒ poterit beatificare: et eternam felicitatem sibi acquirere.¶ Tertio hoc idem ꝑbo vnica distinctione.s. domini Bonauenture.qui super prohemio primi sententiaꝝ. q.3. querit. An scientia tradatur simpliciter a spiritu scõ propter scire et intelligere tm̃. et Ri-

dit di. Q̄d perfectibile a scientia est ipse intellectus: qui tripliciter habet considerari. Primo q̄tum ad se. Secundo q̄tum ad affectionem. Tertio q̄tum ad opus. Et concludit ꝙ spiritussanctꝰ nō tradit simpliciter scientiam intellectui ut tm̄ intelligat. Sed ut referatur ad voluntatem ut velit ⁊ amet quod intelligit: ⁊ precipue ut referatur ad opus. videlicet ut quisqꝫ operetur quod cognoscit ⁊ intelligit. Ex qua distinctione infert ꝙ nullus vnq̄ȝ est verus theologus: licet sciat omnes cōclusiones theologie: nisi velit: amet: ⁊ operetur actualiter ex charitate ſm possibilitatem suam omnia que ipsa sacra theologia demonstrat. hoc idem intelligitur de ceteris omnibus scientiis: et sic patet idem quod supra.

¶ Quarto etiam probo similitudine. operationem fore necessariam ad gratiam ⁊ salutem acquirendam. Nam primo de celo et mundo philosophus ait. Q̄d natura tria exigit ad perfectionem vniuscuiusqꝫ rei. videlicꝫ substantiam. virtutem. ⁊ operationem. quod sic patet: quia si arbor haberet substantiaꝫ arboris similiter ⁊ potentiam fructificandi: et non fructificaret: vtiqꝫ vituperabilis foret. ꝙ si natura requirit operationem in rebus naturalibꝰ: a fortiori diuina gratia ⁊ eterna gloria requirunt. ꝙ quisqꝫ actualiter in se habeat spirituales et materiales operationes. Similiter ⁊ medicus. vt dicitur. j. et. 2. Metha. Non dicitur medicus simpliciter propter scire ⁊ speculari. sed simpliciter propter operari. seu practicā exercere. quia iste est finis principalis. propter quem talis scientia acquirit. Quod cōfirmans philosophus. 3. de anima dicit. Finis in operabilibus est quasi principium: ⁊ licet sit vltimū in executione: tamen est primū in intentione. Quod sic patet. Nā scientia medicine nihil prodesset ipsi medico q̄tum ad lucrum. nec insuper ipsi egroto q̄tum ad sanitatem: nisi practice actualiter exerceret. que scientia docet exercēda: ergo a simili est de anime sciētia: nihil prodesset ei talis scientia ad saluteꝫ. Similiter etiā videmꝰ ꝙ parum prodesset mulieri videre seu intelligere maculaꝫ faciei sue in speculo. nisi actualiter eam abstergeret. ergo a simili parum prodesset anime per sacram doctrinam cognoscere ⁊ intelligere maculas peccatorū suorum nisi eas actualiter elemosynis: contritione: confessione: atqꝫ satisfactione purgaret: ⁊ abstergeret.

¶ Quinto deniqꝫ probo exemplo operationeꝫ fore necessariam. Nam videmus ad oculum: ꝙ quando aliquis rex: vel dominus facit fieri bandum quo districte mandatur ut fiant alique exactiones: vel alia huiusmōi. statim omnes aut amore aut timore conantur sine mora actualiter opere complere omnia quecumqꝫ precepit rex fore adimplenda. Et hoc ideo faciunt: ne perdant gratiam regis: seu ne incurrant in maliuolentiam suam. ꝙ si hec faciunt mundani pro mundanis dominis. a fortiori quisqꝫ verus xp̄i seruus et fidelis tenetur actualiter implere ⁊ facere omnia que xp̄us precipit facienda: ⁊ hoc ne incurrat sententiam sue maledictionis: q̄ȝ in extremo iudicij die. prout habetur Math. 25. daturus est di. Discedite a me maledicti in ignem eternum. qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Et insuper se debent in operibus virtuosis exercere. ad hoc ut sibi acquirant diuinam gratiam. Et insuper obtineant paruam benedictionem quam idem xp̄us in eadem iudicij die. ut habetur Matthei. 25. bene operantibus daturus est. dicens. Venite benedicti patris mei possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Et sic ex predictis auctoritatibus ratione: distinctione: similitudine: atqꝫ exemplo patet septima dispositio necessaria ad suscipiendum diuinam doctrinam ⁊ diuinam gratiam que dicitur dispositio executionis. Et per consequens patet etiam. scd̄us respectus quo faciliter quisqꝫ poterit percipe remissionem peccatorum ⁊ diuinam gratiam in quadragesima futura. In quo respectu septeꝫ dispositiones monstrate sunt necesse ad salutem ⁊ diuinam gratiaꝫ promerendā. Quas omnes dispositiones simul cum gratia ⁊ salute vobis et mihi clargiri dignetur ipse largitor salutis et gratie dominꝰ Jesus. qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat deus per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria quinta post dominicam septuagesime de triplici respectu principali. videlicet influxionis diuine clemētie quo apparet q̄d quisqꝫ faciliter saluari potest.

Sermo quintus.

Ides tua te saluam facit. Luc. 7. Post q̄ declarauim⁹ duos respectus principaliores ex quibus maximam fidem firmamq; spem habeo: q̄ in quadragesima futura ꝛ diuinā gratiā ꝛ peccatorum remissionē accipietis: tum deo propitio ex nostra instructione: tum respectu optime dispositionis vestre volens ordinate ꝓcedere: habeo nūc in spē declarare tertiū respectum: quo credo firmiter ꝛ spero in proxima quadragesima vos ꝛ gratiā dei: ꝛ peccatorū remissionē faciliter consecuturos. Qui dicitur respectus diuine influxionis, seu respectus diuine clementie atq; misericordie. Pro cuius respectus declaratione loco exordij dico: q̄ deus q̄tum est in se generaliter vult cōmunicari ꝛ cōmunicabit omnib⁹ nobis tam diuitibus q̄ pauperibus: tam nobilibus q̄ ignobilibus: tam magnis q̄ pusillis: tam masculis q̄ mulieribus gratiam suam gratum facientem: ꝛ insup plenariā omnium peccatorū remissionē. deus q̄tum est in se velit omnibus nobis. Et q̄ generaliter concedere ꝛ hoc impriri quadrupliciter ꝓbo. Primo auctoritatibus. Secundo ratiōe. Tertio distinctione. Quarto exemplo.

¶ Et primo probo auctoritatibus. Nā apo. primo thi. 2. ait. Deus vult omnes homines saluos fieri ꝛ ad agnitionem sue virtutis venire. Et. 2. pe. 3. Petrus ait. Non vult deus aliquos perire: sed omnes ad penitentiā cōuerti. vbi glo. qua. s. mediate quisq; saluatur. Et Apost. ꝓmo Thessalo. 4. ait. Hec est voluntas dei sanctificatio nostra. Dyo. aūt lib. de di. no. ait. Sicut noster sol non ratiocinās neq; eligens equaliter diffundit radios suos in corpora inferiora: sic sol iusticie diffundit radios omnes bonitatis sue. Salomon etiā Sapien. xi. ait. Diliges omnia que sunt ꝛ nihil odisti eorū q̄ fecisti. Et Sapien. 6. dicit. Pusillū ꝛ magnū diligit deus: ꝛ est ei equaliter cura de omnibus. Deniq; Ysa. 55. generaliter vocat omnes ad gratiā suam dicens. Omnes sitientes venite ad aquas. scz gratie mee ꝛ qui nō habetis aurū ꝛ argentū properate emite ꝛ bibite. Et eccl. 24. omnes etiā inuitat di. Transite ad me omnes q concupiscitis me ꝛ a generatiōibus meis: videlz gratie mee adimplemini. Et Matth. xi. dicit Uenite ad me omnes qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiam vos. s. gratia mea.

¶ Secundo etiā probo vnica ratione. vz ob iectionis. q. s. deus generaliter vult gratiam suam oibus impriri. Fundamentū rōnis ponit phs sentētialiter. 2. de anima di. Quelibet potentia habet propriū obiectū ꝛ adequatum a quo nō pōt diuerti. patet hec regula. Nam adequatū obiectū potentie visiue. ut dicit. 2. de anima. est color. Et ideo naturaliter potētia visiua nō potest se diuertere quin appetat videre actualiter spēm pulcherrimā ꝛ coloratā: hec idem faciunt naturaliter oēs alie potētie hois sensitiue. Similiter cū obiectū potentie volitiue sit beatitudo eterna: ꝓut ponūt omnes theologi. in. 4. di. 49. ꝛ di. 50. Hinc est q̄ etiā ipsi damnati nō possunt facere quin naturali appetitu ipsam appetāt ꝛ desiderēt. Quo supposito peto quod est obiectū propriū ꝛ adequatū volūtatis diuine: et certū est quod est sua bonitas: a quo obiecto deus nequaq̄ se potest diuertere. q: non potest nō velle omne bonū: sed cū dare gratiā non tm̄ vni sed oibus sit quedā bonitas. ergo ꝓ consequēs non potest deus dimittere: q̄tum in se est quin det omnib⁹ gratiā suam affluenter. q̄ si vni simpliciter ꝛ nō alteri gratiam dare vellet. cum talis cōmunicatio bonitatis esset particularis ꝛ non vniuersalis: vtiq; voluntas humana. que fm̄ Tho. scda scdē. q. 2. ar. 2. ꝛ fm̄ phm̄. 2. Metha. Que habet pro obiecto bonū vniuersale pfectior eēt volūtate diuina: que simpliciter respiceret in cōmunicatione sue gratie bonū particulare. Sed cum sit falsissimū q̄ humana voluntas sit pfectior voluntate diuina: ideo si volūtas humana respicit bonū vniuersale. ergo a fortiori diuina voluntas q̄tum in se est vult omnibus gratiā suam cōmunicare.

¶ Tertio h̄ idē probo distinctione dn̄i Bonauenture in. 4. dist. 17. arti. 1. q. 3. Et in. 2. di. 27. ar. 2. q. 3. di. Cum querit an facientibus q̄ in se est deus omnibus gratiā suam largiat necessario. R̄ndit q̄ duplex est necessitas. scz

An facien̄ qd̄ in se ē deus dat suā grām necc°

coactionis:& hec non cadit in deum: nec hac neceſſitate tenetur deus alicui gratiam ſuā dare. Alia eſt neceſſitas ſeu obligatio mere pactionis & ſponſionis: qua ex ſua mera benignitate ſpopondit: pepigit: atq; promiſit: omnibus facientibus quod in ſe eſt gratiam ſuam ſe daturū: ſicut promiſit Abraam Geneſ.15.c.di. Ego ſum protector tuus & merces tua magna nimis. nimis ſc; per gratiam & hac ſecunda neceſſitate neceſſario vult deus: & immutabiliter gratiam ſuā omnibus exhibere. ¶ Quarto deniq; etiam probo ſimilitudine. qualiter deus vult quantum in ſe eſt omnibus gratiam dare. Nam.8. Ethicorū philoſophus ait. Generātis ad genitum naturalis eſt amicitia: patet q: naturaliter omnes genitores non tm̄ rationales: ſed etiam irrationales: filios ſuos fouent & nutriunt: et eis neceſſaria impendūt. et propter hanc naturalem amicitiam filius prodigus. ut habetur Luc.15. quāuis diſſipaſſet cum meretricibus omnem ſubſtantiā: tamen a patre dulciter eſt ſuſceptus. ꝙ ſi parētes ſupradicti cōmunicationem ſue gratie & voluntatis naturaliter omnibus filijs ſemper impendunt. a fortiori deus ipſe qui eſt pater omniū hominū. Ipſo dicente Matthei.23. Unus eſt pater veſter qui in celis eſt quem omnes orare iubet. Matthei.6. di. Cum orabitis dicite: pater noſter qui es in celis. gratiam ſuam omnibus cōmunicabit: cum ſit cunctis genitorib⁹ in charitate pfectior: qđ bene ipſe ſaluator promittit ſe facturū. cum Matth.5. di. Eſtote perfecti. ſ. in cōmunicatiōe veſtre gratie et bonitati. ſicut pater veſter celeſtis perfectus eſt: qui ſolē;. ſ. o. facit ſuper bonos & malos: & pluit. ſ. gratiam ſuam ſuper iuſtos & iniuſtos. Ex predictis igitur clariſſime patet q̄liter deus vniuerſal'r vult oib⁹ gratiā ſuā impartiri. Et quoniā ſm Ariſtotelem ab effectu cauſe cognoſcūtur. ut patet primo & ſcđo poſterioꝝ. Quia ex fructibus cognoſcitur arbor eſſe bona vel mala: ſeu ſterilis: et fructifera. prout ait Saluator Matth.7.c. Idcirco ut poſſitis clarius & euidentius cognoſcere: ꝙ deus noſter omnipotens & glorioſus vult nobis omnibus largiri ſalutem & gratiam ſuā accipite inter ceteros ſeptem ſpūales effect⁹ diuine clementie: quibus euidentiſſime apparebit ſicut predixi. qualiter gratiam ſuam et ſalutem vult deus ipſe liberaliter vobis cōcedere. Quorum.

¶ De ſeptem effectibus diuine clementie et primo de duobus primis.

¶ Primus dicitur effectus preſeruationis.
¶ Secūdus dicitur effectus purificationis.
¶ Tertius dicitur effectus intentionis.
¶ Quartus dicit' effectus cuſtoditionis.
¶ Quintus dicit' effectus inſtitutionis.
¶ Sextus dicit' effectus conceſſionis.
¶ Septimus dicit' effectus interceſſionis.

p Rimus igitur effectus diuine clemētie quo clare cognoſci poteſt ꝙ omnipotens et glorioſus deus vult omnibus quantum in ſe eſt gratiam ſuam cōmunicare & vitam eternam impendere: dicitur effectus preſeruationis. Signum profecto euidentiſſimū ꝙ deus vnicuiq; vult gratiam & gloriam exhibere in hoc apparet. ꝙ licet anima ſponte cōmittat grauiſſima & quaſi innumerabilia peccata: tamen deus non ꝑmittit. ꝙ habilitas & poſſibilitas liberi arbitrij ita corrumpatur: obſtinetur: & induret': & ꝑuertatur: quin ſemper faciliter poſſit de malo ad bonum redire: et ad deum ſe conuerti. Quem effectum clementie et pietatis nequaq; deus concedere voluit angelis apoſtaticis quolibet homine per naturam nobilioribus: qui cum in ſolum ſuperbie peccatum inciderint. Prout dicit Bonauentura in ſcđo diſtinctiōe ſexta arti. pmo. q. prima. Tamen eorum libertas tota arbitrij ex hoc peruerſa & corrupta fuit: ita ꝙ impoſſibile eſt. Prout idem dn̄s Bonauentura in ſcđo diſtinc.7. arti. pmo. q. j. dicit. Ipſum ad deum iterato conuerti ipſum amando ut ſummū bonum Ratio eſt inter cetera. quia angelus naturā ſimpliciſſimam ab omni corpulenta materia remotiſſimā habet. Ideo ad quod ſemel ſe conuertit totaliter ſe conuertit. & ſic macula que in intellectu angelico et voluntate cecidit nulla poteſt vnq; vlterius penitentia expiari. quia per talem maculam tota habilitas ad bonum penitus eſt corrupta. Econtra vero clementiſſim⁹ deus hanc grām hoī pſtitit. ꝙ ſi infinities caderet in pctm̄ infinities habet adhuc habilitatem poſſibilitatem

atqꝫ libertatem faciendi bonum ⁊ diuinam gratiam recipiendi. Hec igitur proprietas habilitatis atqꝫ libertatis est signum magne clementie dei: ⁊ est valde vtilis homini ad salutem: immo intantum vtilis: ꝙ si eam demones habere possent: nullas penas sustinerent. Sic enim legitur in vitis patrum: videlicet ꝙ quidam sanctus pater cum obuiaret demoni: inter multa que locuti sunt: dixit sanctus pater ad demonem: qd faceres si adhuc ad regnum perditum peruenire posses? Respondit: si haberem habilitatem ad bonum ⁊ simul carnem ⁊ ossa sicut tu habes: vellem ꝙ millies in die vsqꝫ ī diē iudicij caro mea minutim ⁊ membratim incideretur: ⁊ in puluerem redigeretur: dum tamen sic faciendo ad regnum beatitudinis in quo semel fui redire possem. hec ille. Qd̓ etiam hodie facerent ceteri homines damnati pro habendo illo beatissimo regno quo propter ipsorum scelera sunt priuati: si haberent habilitatem ad bene faciēdum quam in hac vita iam habuerunt. Sed iam ad propositum redeamꝰ. Dico igitur ꝙ quisqꝫ peccator: etiam post grauia ⁊ innumera peccata habet habilitatem: possibilitatem: atqꝫ libertatem penitendi ⁊ benefaciendi: ⁊ ad deū redeundi: qd̓ vtiqꝫ est signum euidentissimum maxime clementie: atqꝫ diuine pietatis: qui propter hoc vult omnes saluare quantum in se est: ⁊ omnibus gratiam suam impendere: ⁊ qd̓ talis libertas: habilitas: atqꝫ possibilitas penitendi: ⁊ ad deum redeundi: sit etiam in quolibꝫ maximo peccatore. q̄drupliciter ꝓbo. Primo auctoritatibꝰ. Secūdo ratione. Tertio distinctione. Quarto exēplo. ¶ Primo probo auctoritatibus Nam Ber. lib. de gra. ⁊ libe. arbi. sic ait. Humana anima in libero arbitrio constituta: quod semel accepit nunq̄ȝ aliqua iniquitate perdere potest. Philosophus etiam in. 3. de regimi. princi. ait. Liberi sumus omnes vsqꝫ in finē ad hoc: ⁊ ad illud. videlicet ad bonum ⁊ malum: ad vitia ⁊ virtutes. hec ille. Et glo. super verba prophete. Anima mea in manibus meis semper est ait. lꝫ voluntas hominis obliquetur per peccata: tamen salus sua semper est in manibus libertatis sue. Hieronymus in questionibus ad helbidiam ait. Deus equali cunctos nos sorte generauit: ⁊ dedit singulis vsqꝫ in finem arbitrij voluntatem vt faciat vnusquisqꝫ quod vult siue bonum siue malum. hec ille. Et ibidem dicit. Oēs homines vsqꝫ in finem suo arbitrio derelicti sunt: neqꝫ enim bonum necessitate compulsi faciunt sed voluntate: vt credentes coronam accipiant: ⁊ increduli proprio arbitrio supplicijs mancipentur eternis. hec ille. Deniqꝫ ecclesia. 15. dicitur. Deus ab initio constituit hominem ⁊ reliquit eum. scilicet vsqꝫ ad mortem in manu consilij sui. Ante hominem bonum ⁊ malum: vita ⁊ mors: qd̓ cūqꝫ voluerit dabitur ei. ¶ Scd̓o etiam probo vnica ratione: videlicet proprietatis. ꝙ. s. anima semper est libera ⁊ habilis ad benefaciendū: ⁊ si sit per peccatum corrupta. Fundamentum rationis ponit Cōmentator super. 9. methaphisy. ⁊ etiaꝫ ponit. s. Thomas in. 2. di. 25. di. Manente semper natura rei: necesse est eius naturalia non moueri. patet hec regula. Nam si substantia lapidis duraret in eternum: etiam grauitas que est eius proprietas naturalis duraret vtiqꝫ in eternum: ꝙ si talis naturalis ꝓprietas a lapide auferretur: nequaq̄ȝ amplius lapis diceretur dicente eodem Cōmentatore vbi supra. Qui tollit a rebus suam proprietateꝫ tollit ab eis suam essentiam. Exemplifica de ceteris ꝓut vis. Quo presupposito certum est: ꝙ substantia anime rationalis ⁊ intellectualis est incorruptibilis ⁊ imortalis. dicēte philosopho 2. de anima. Intellectus videlicet rationalis videtur esse alterum genus anime: ⁊ solum contingit ipsum separari: sicut perpetuū a corruptibili. Et. 3. de anima dicit. Intellectus est perpetuus ⁊ immortalis. Et. 12. methaphysi. ait. Anima non omnis sed intellectualis manet post compositi corruptioneꝫ. Quod confirmans Saluator Matth. 10. ait Nolite timere eos qui occidunt corpus. animam autem non possunt occidere. hec ibi. ꝙ si vt patet substantia anime est incorruptibilis: igitur per consequens necesse est ꝙ eius naturalis proprietas que est libertas arbitrij ad bonum ⁊ ad malum sit incorruptibilis. dicente philosopho. 7. ꝑhisycorū. ⁊. 9. methaphi. Potestates nālēs se hn̄t vno modo potestates vero rōnales se hn̄t ad opposita.

Sʒ si per peccata talis libertas totaliter cor-
rumperetur: nequaq̄ʒ extūc qui nunc est ho-
mo posset dici homo: ergo cum semper ut ꝓ
batuʒ est talis proprietas libertatis sit in ho-
mine. sequitur ꝙ semper habet posse in hac
vita. et penitendi ⁊ ad deum redeundi. et di-
uinam gratiam recipiendi. ¶ Tertio hoc
idem probo distinctionibus. Et primo disti-
ctione beati Thome prima parte summe. q.
83. articulo primo in corpore questio. dicētis
Cum queritur an in homine semper rema-
neat vsqʒ ad finem habilitas ⁊ libertas li. ar.
ad bonum. Respondeo ꝙ sic. Alioquin fru-
stra essent consilia: exhortationes ad peniten
tiam: receptiones: prohibitiones: et huiusmo
di. ¶ Ad cuius euidentiā scienduʒ est ꝙ que
dam agunt absqʒ iudicio sicut lapis moue-
tur deorsum: ⁊ similiter omnia cognitione ca
rentia. Quedam agunt iudicio: sed non libe-
ro. sicut animalia bruta. Judicat enim ouis
videns lupum esse fugiendum naturali iudi
cio: sed non libero. quia non ex collatione ra-
tionis. sed ex naturali instinctu hoc iudicat.
Similiter est de quolibet iudicio auium seu
brutorum animalium. Homo vero agit iu-
ditio quo per vim cognoscitiuam iudicat ali
quod esse fugiendum vel prosequendū. Sed
quoniam iudicium istud non est ex naturali
instinctu ⁊ particulari operabili: sed ex colla-
tione quadam rationis. Jdeo magis potens
est in diuersa: ratio enim circa contingentia
habet viam ad opposita. ut patet in dyalecti-
cis syllogismis: et rethoricis persuasionibus
particularia autem operabilia sunt quedam
contingentia. ⁊ ideo circa ea iudicium ratio-
tionis ad diuersa se habet: ⁊ non est determi
natum ad vnum tm̄. Et pro tanto necesse est
ꝙ homo ex quo rationalis est. sit semꝑ vsqʒ
in finem in libro arbitrio ad bonum ⁊ ma-
lum. seu ad vitia et virtutes. Hec Thomas.
ad litteram. ¶ Ex qua distinctione patet q̄
liter peccata q̄uis multa et grauia nunq̄ʒ sic
corrumpunt bonitatem anime: quin semper
diuina clementia habeat plenam libertatem
a malo ad bonum se conuertendi. Aliam di
stinctionem egregiam. et valde notabilem.
ponit dominus Bonauentura in secūdo. di
stinctione. 35. arti. 2. questio. 3. quā etiaʒ ponit
Tho. diuersimode libro tertio. Cōtra genti-
les capi. xi. Et etiam in questionibus de ma
lo. in questione Utrum peccatum diminu-
at bonum nature: Sed formaliter in prima
parte summe questione. 48. articulo quarto.
Cum queritur (inquit dominus Bonauen-
tura) An diuina bonitas permittat per pec-
catum totam habilitatem et bonitatem libe
ri arbitrij corrumpi: ne possit aliquis ampli-
us benefacere et diuinam gratiam accipere
Respondeo ꝙ triplex est bonum. scilʒ natu-
re: gratie: ⁊ habilitatis: seu potentie. Bonum
nature in tribus precipue consistit ſm Augu
stinum in libro de natura boni. videlʒ in mo
do: in specie: et in ordine. seu ſm Salomoneʒ
Sapieñ. vndecimo. Jn numero pondere et
mensura. Quorum sufficientia sic intelligit
Nam modus: species: ⁊ ordo: seu mensura.
numerus: et pondus. sunt quedam dispositio
nes que conueniūt cuilibet bono seu cuilibet
rei create. per respectum ad causam efficien-
tem. formalem. et finalem. Jnde modus vel
mensura est dispositio rei prout defertur ad
causam efficientem. que dat esse terminatuʒ
et mensuratum cuilibet rei. Species autem
et numerus est dispositio rei prout refertur
ad causam formalem: ſm quam quelibʒ res
per formā specificatur et ab alia re distingui
tur. Pondus vero vel ordo est dispositio rei
prout refertur ad causam finalem. Unde di
cit Augustinus super Genes. ad litteram.
Mō mensura modū prefigit quo ad primuʒ
Numerus omni rei speciem prebet quo ad
secūdum. Pondus vero in suo loco ordinat
et quiescere facit quo ad tertium. Hoc auteʒ
triplex bonum nature. nec tollitur nec dimi-
nuitur q̄ʒtum ad essentiam per aliquod ma-
lum culpe: quod tali ratione ostendo. Jllud
enim bonum non tollitur nec diminuitur ꝑ
peccatū. quod nō opponitur peccato ⁊ ꝑ con-
quens in eo existit peccatum. sed bonum na-
ture non opponitur malo culpe: immo in ta-
li bono consistit maluʒ vt in subiecto vel cau
sa. quod patet: quia peccatum non tollit vo-
luntatem. immo in voluntate consistit pec-
catum. Jgitur q̄ʒuis triplex bonum predictū
nature per peccatum aliqualiter deformetur
Non tamen propter hoc tollitur nec cor-
rumpitur. seu diminuitur. Et sic q̄ʒtum ad
hoc dicit Augustinus. ꝙ fallit regula dyale-

ticorum: dum malum est in bono. Aliud est bonum gratie: et hoc bonum tollitur et corrumpitur per peccatū: qd tali ratione ostendo. Nam vnum oppositorum naturaliter tollit et excludit reliquū sicut tenebra excludit lucē sibi oppositam. Sed clarum est quod peccatum tanquam tenebra spiritualis opponitur luci gratie: igitur per consequens peccato aduenienite in anima tota gratia gratum faciens que erat in ea corrumpitur. ¶ Tertio deniqz dico quod est bonū potentiale seu habilitatis anime ad bonum et ad diuinam gratiam: et hoc bonum per peccatum non omnino tollitur et corrumpitur: sed bene notabiliter diminuitur: et tanto plus quāto plura peccata perpetrantur: quod tali similitudine ostendo. Quare creatura rationalis se habet ad gratiam: sicut oculus ad lumen: sed oculus in tenebris existens fit minus habilis ad videndum lucem: ergo a simili quanto plus anima peccata multiplicat: et in peccato manet tāto fit minus habilis ad percipiendum lumen diuine gratie. licet autem talis habilitas anime ad diuinam gratiam per peccata quasi in infinitū diminuatur: nūquam tamen tale bonum habilitatis totaliter tollitur manente natura anime: etiam si peccata in infinitum multiplicentur: sicut verbi gratia. Si in infinitum interponantur corpora opaca vel obscura inter solem et aerem: diminuitur in infinitum habilitas aeris ad susceptionem luminis: nunquam tamen totaliter tollitur manente aere: similiter in infinitum potest fieri additio in peccatis: per que semper magis ac magis minuitur habilitas anime ad susceptionem diuine gratie. Nam peccata sunt quedam obstacula inter animam et deum. Sic enim dicitur Isa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos et deum vestrum: propter talem tamē multiplicationem nunquam totaliter tollitur habilitas anime ad bonum licet diminuatur. Et ratio est. quia non minuitur anima alicuius partis ablatione: sed elongatione non secundum id quod est sed secundum illud. s. gratiam ad quod est: hoc enim modo illi habilitati opponitur: et ideo per hunc modum a culpa diminuitur. Hoc sententialiter Tho. in supradictis locis Sed formalius Bonauentura. Ex qua etiā distinctione patet: qualiter per diuinam clementiam nunquam sic corrumpitur anima per peccatum quin semper habeat habilitatem possibilitatem: atqz libertatem redeundi ad deum: et diuinam gratiā recipiendi. ¶ Quarto deniqz probo exemplis. q. s. post peccatum per diuinam clementiam remanet in quolibet peccatore etiam maximo habilitas bene faciendi: et diuinam gratiam suscipiendi.

¶ Primum exemplum habemus de latrone pendente ad dexteram saluatoris: qui pro ut tradunt hystorie: cum quasi toto tempore vite sue perseuerasset in perpetratiōe quasi innumerabilium peccatorum. tamen vt habetur Luc. 23. Et diuinam gratiam suscepit et saluatus est. Vnde cum dixisset. Memento mei domine dum veneris in regnum tuū statim audiuit a domino. Amen dico tibi: quoniam hodie mecum eris in paradiso. Clarum est igitur quod hic latro ideo dignam gratiam suscepit: quia a malo ad bonum se conuertit: sed quomodo de malo ad bonum se conuertisset nisi habilitatem et possibilitatem et ad bonum conuertendi habuisset. O peccator: tu quoqz fac simile. Aliud exemplum habemus de superbissimo Nabuchodonosor Rege: qui cum deum diu per superbiam offendisset: eo quod tanquam deū se adorari iussisset: tū ad deum tandem se conuertit: et a superbia ad humilitatem rediit: quod nequaquam fecisset nisi possibilitatem ad hoc faciendum per diuinam clementiam habuisset. totum oppositum fecit Pharao Rex egipti: quem cum Moyses ex precepto dei admoneret vt populum israhel dimitteret: et sic beneplacito diuine voluntatis et gratie se subiiceret: totum contempsit: cum tamen libere facere potuisset. Ideo non immerito a deo extitit reprobatus. Que simul duo exempla ponit Aug. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. di. Nabuchodonosor penitentiam meruit fructuosam. Nonne post innumeras impietates flagellatus penituit et regnū qd perdiderat rursus accepit. Pharao autem in ipsis flagellis durior est effectus et periit. hic mihi rationem reddat qui diuinum consilium nimium alto et sapienti corde diiudicat: cur medicamentum vnius medici confectum: alii ad salutem: alii ad interitum valuerit: nisi quia Christi bonus odor aliis est odor vite in vitā: aliis est odor mor-

23. q. 4. c. nabucdonoso[r]

tis in mortem. Quantum ad naturam ambo homines erant. quantum ad dignitatem ambo reges: quantum ad culpā ambo populum dei captiuum tenebant: quantum ad penam: ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fecit fines eorum esse diuersos: nisi quia vnus manum dei supra se sentiens in recordatione proprie iniquitatis ingemuit Alter vero libero contra dei misericordissimam bonitatem pugnauit arbitrio. hec ibi. Ex preditis igitur auctoritatibus ratione distinctione atqꝫ exemplis patet primus effectus diuine clementie quo clare cognoscitur ꝙ deus omnibus quantum in se est vult gratiam dare: qui dicitur effectus preseruatiōis.

De scd̄o effectu diuine clementie qui dicitur effectus purificationis.

Secundus effectus diuine clementie quo clare cognosci potest ꝙ omnipotens deus vult omnibus gratiaꝫ impendere: dicitur effectus purificatiōis: videlꝫ peccatoruꝫ. Quia enim parum prodesset aie sua libertas ⁊ habilitas se conuertendi ad deum: nisi mundaretur a maculis peccatorū Idcirco cognoscens deus ꝙ anima per peccatum corrupta ⁊ maculata: non potest introduci ad celestem gloriam nisi purgata prius fuerit ab omni sorde peccatorum. dicente Joan. Crisosto. de consecra. distinc. 4. c. Nō potest. Non potest quis vite celestis gloriaꝫ accipere: nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati. Et cognoscens insuper deus ipse ꝙ anima q̄uis libera sit: nulla tamen virtute sua potest a se expellere sordes peccatorum. Hinc est ꝙ nimia victus pietate: cum quadam luce gratie incausate effectiue: ⁊ etiaꝫ cū quadam luce gratie create formaliter deus ipse tam misericorditer q̄ꝫ pie expellit ab ipa anima omnes maculas peccatorum: eāqꝫ integraliter purificat. Que vtiqꝫ gratia tante ē virtutis ⁊ efficatie atqꝫ potētie. ꝙ etiam siqs tot annis stetisset in peccato quot fuerint āni Matusalē qui fuerunt. 969. vt habet Gen. 5. c. Et insuper in annis ipsis tot peccata perpetrasset quot sunt stelle celi. Et vltra hoc cō misisset omne peccatum etiam in spiritū sanctum quod teste Saluatore est irremissibile. Matth. 12. Tamen predicta gratia tante virtatis est: ꝙ simul ⁊ semel ingrediens animā expellit ab ipsa in instanti maculas omniuꝫ delictorum. Et ꝙ diuina clementia cum predicta gratia animam purificet a maculis peccatorum. Quintupliciter probo. Primo auctoritatibus. Scd̄o rationibus. Tertio distinctionibus. Quarto similitudinibus. Quinto exemplis. Primo probo auctoritatibus Nam Crisosto. diffiniens gratiam s̄m effectum: prout ponit Bonauentura in. 2. distin. 26. in questionibus circa litteram ait. Gratia est sanitas mentis: purgatio criminis: et delectatio cordis. Similiter glosa super epistolas Pauli: vt ibidem ponit Bonauentu. dicit. Gratia est perfecta iustificatio ⁊ remissio peccatorum. Apostolus etiaꝫ ad Roma. 3. ait. Omnes enim peccauerunt ⁊ egent gratia dei. Justificati igitur sumus gratis p̄ gratiam ipsius: ⁊ per redemptionem que est in Christo iesu. Et ad Ro. 5. dicit. Vbi abundauit delictum superabundauit ⁊ gratia: vt sicut regnauit peccatum in morteꝫ: ita ⁊ gratia regnet per iusticiam ⁊ vitam eternaꝫ. Et ad Ephe. 2. propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos deus cum essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in xp̄o: cuius gratia saluati estis ⁊ iustificati. Deniqꝫ Hieronymus de peniten. distinc. j. Ex his omnibus ait. Quia diuinitatis natura clemens ē ⁊ pia magisqꝫ ad indulgentiam q̄ꝫ ad vindictam prona: que non vult morteꝫ peccatoris sed vt magis cōuertatur ⁊ viuat. si quis post lapsum peccatorum ad penitentiam se cōuerterit cito a misericorde iudice veniam impetrabit. Hec ille. Ex predictis igitur omnibus patet intentum auctoritatibus. Secundo hoc idem probo duplici ratione. Primo ratione oppositiōis. Scd̄o ratōe obiectiōis. Primo ergo ratiōe. oppositionis. Fundamentum huius ratiōis ponit ph̄s. 10. metha. di. Priuatio non remouetur ab aliquo subiecto nisi per habitus positioneꝫ. patet hec regula. Nam tenebra que nihil est aliud nisi q̄dam priuatio lucis: vt dicit. 2. de anima. Nō expellitur ab aere nisi per aduentum seu habitū (vt sic dicā) ⁊ positionē ipsius lucis: que aduenīēs fugat tenebras ab aere tāq̄ꝫ q̄dā contrariū. Nam habitus ⁊ priuatio (vt dicit idem ph̄s. 10. metha.) sunt radix ꝯtrariorum Item priuatio castitatis expellitur per aduētum ⁊ habitum ipsius castitatis. Quo pre-

suppofito:certum est fm Augustinū in libro de nā boni.q peccatū nō est aliq̄ substantia sed simpliciter nihil est nisi quedam priuatio boni:q si sic est: necesse est q expellatur per habitum sibi contrarium. Sed talis habitus fm Theologos est gratia: ergo gratia tam creata q̄ increata:est anime purificatiua:τ expulsiua omnium peccatorum. Et confirmatur ista ratio sic. Clarum est enim q nullum peccatum dimittitur alicui sine caritate:quoniam omnia peccata operit caritas.vt dicitur Prouerbio.io.Et prima Pe. 4.Sed manifestum est fm sententiā Theologorū:q caritas sine gratia dei haberi nō potest: immo aliqui tenent quod ad presens non teneo(q caritas τ gratia dei sunt idem per essentiam:sed solum differunt relatione sicut lumen τ radius.) q si sic est q caritas non sit sine gratia quia sic est. cōcluditur vt prius q gratia simul cum caritate est anime iustificatiua.¶Scdo hoc idem probo ratione obiectionis. Fundamentum rationis ponit phus.2.de anima dicens. Inter potentiam τ obiectum necessario requiritur proportio.patet hec regula.Nam si medicina debz expellere infirmitatem ab egroto: requiritur necessario q sit tante fortitudinis τ maioris quāte malitie τ grauitatis est ipsa infirmitas.q si medicina eēt minoris potentie nūq̄ sanaret egrotum.Quo presupposito: certum est q culpa qua deus offenditur est infinita: non subiectiue:cum a subiecto finito:nō egrediatur actus infinitus:sed simpliciter obiectiue:eo q culpa cōmissa sit contra deum qui est infinitum bonum.Sed clarum est q bonitas liberi arbitrij est simpliciter virtutis finite:τ per consequens non sufficit per se ad expellendum infinitam maliciam ipsius peccati:quod deus videns misericorditer infundit in ipsam animā gratiam suam: que cum sit infinite virtutis τ bonitatis:faciliter purgat animā ab infinita malicia omnium peccatorum.¶Tertio idem probo distinctionibus:q diuina clementia cum gratia sua creata τ increata tanq̄ prorsus necessaria expellit ab anima omnem maculam peccatorum Et prima distinctio est Ricar.in.4.distinc. 17.articu.4.qōne.2.in corpore qōnis. dicēs. Cum queritur an ad iustificationem impij vltra bonam habilitatem liberi arbitrij requiratur gratie infusio. Respondeo q sic: vnde sicut quando ex vno elemento fit aliud concurrunt quattuor.scilicet vnius forme corruptio: τ alterius generatio: τ dispositio ad corruptionem illius forme:τ dispositio ad generationem alterius. Sic cum de impio fit iustus:necessario requiruntur quattuor: scilz impietatis destructio:que est culpe remissio: τ gratie infusio:τ dispositio ad destructionez impietatis:que est culpe detestatio. Et dispositio ad susceptionem gratie: que est libe.ar. ad deum conuersio. Et sic patet q gratie infusio necessario requiritur ad impij iustificationem.h Ricardus ad litteraz.¶Aliam distinctionem ponit Thomas p̄ma scde.qōne 109.articu.7.dicens.Cum queritur an ad iustificationem impij diuina gratia necessario requiratur. Respondeo q sic.Nam per peccatū homo tria mala icurrit. Primo āmittit decorem:quia per id anima maculatur. Scdo āmittit ordinem eo q per peccatum mortale anima a deo separatur. Tertio incurrit pene horrorem:quia per peccatum aīa cruciatur.hec autez tria reparari nō possunt nisi per auxilium diuine gratie in anima infuse:quod sic patet.¶Primo enim decor et nitor mentis non reparatur nisi per lumen diuine gratie.¶Scdo ordo mentis ad deuz obliquatus non rectificatur nisi per gratiam dei trahentem mentem τ ordinantē.¶Tertio horror pene eterne non potest remitti nisi a deo: qui sui gratia potest peccatum contra se cōmissum:τ penam peccati remittere. h Thomas sniatur. Aliam deniqz egregiam τ auream distinctionem ponit seraphic⁹ dominus Bonauentura in.2.distinc.28.arti. j.q.j.in corpore qōnis dicens. Cum queritur an gratia gratum faciens requiratur ad expulsionez culpe. Respondeo q sic. Sed in huius questionis determinatione aliter senserunt philosophi:aliter heretici: τ aliter recti tatores catholici. Philosophi enim ignorantes qualiter peccato offendatur diuina maiestas:τ qualiter per ipsum adimitur habilitas potentiarum:dixerunt q homo per exercitationē potest fieri iustus sicut p inordinationem a recta ratione factus fuerat iiustus Unde phus dicit. Prauus ad meliores

exercitationes deductus a natura:aut multū proficiet:aut perfecte in contrarium habituꝫ restituet. Heretici vero aliqͩ lumē fidei habentes cognouerunt ꝙ per peccatum offenditur maiestas diuina ⁊ quodāmodo dānificatur. Excecati tamen non considerauerunt qualiter ex culpa natura infirmatur. Et ideo dixerunt ꝙ ad hoc ꝙ liberum arbitriū a culpa resurgat:nō est sibi necessaria aliqua gratia curans:sed sufficit sola gratuita dei misericordia:qua inclinatur ad remittenduꝫ peccata nostra propter satisfactionem quā xp̄s sibi facere voluit dum se in cruce pro nobis obtulit. Sed hec positio non tm̄ a veritate deficit:sed etiam dum contraria implicat seipsam destruit. Dicit enim ꝙ ad hoc ꝙ lib.ar. a culpa resurgat:necesse est ꝙ deus remittat sibi culpam:⁊ tamen non est necesse ꝙ aliqͩ sibi tribuat:vel circa ipsum faciat. Si enim deus non mutatur:⁊ ipse in tm̄ iustus iudex est:vt nihil acceptet nisi tantum quantum valet. Ad hoc ꝙ culpa remittat̃ ⁊ peccator deo reconcilietur:necesse est ꝙ aliquid ipsi peccatori tribuatur:per quod morbus peccati sanetur catholicoꝝ. Catholici vero tractatores et luce fidei ⁊ auctoritate scripture cognouerūt: ꝙ peccatum est ⁊ dei offensiuum ⁊ quodam modo dānificatiuuꝫ dum homo se transfert a seruitio dei ad seruitium diaboli:est etiam imaginis deformatiuum. Et ideo dixerunt ad hoc ꝙ liberum arbitrium resurgat a culpa:necessaria est gratia dei: non solum ſꝫ ꝙ gratia dicitur gratuita voluntas dei.nec etiā ſm quodꝰ dicitur liberalis passio xp̄i :sed etiā ſm ꝙ dicitur habitus animi. Gratuita enī voluntas dei ad hoc concurrit:vt fiat offense remissio.volūtarie enim nobis condonat offensam. Liberalis autem passio christi ad hoc concurrit:vt fiat dāni satisfactio.habitus autem gratie infusus ad hoc concurrit vt fiat morbi curatio:⁊ imaginis deformate reformatio. Et ideo ad hoc ꝙ homo purget̃ a culpa:multum per omnem modum necessaria est sibi gratia dei infusa. Hic Bonauentura ad litteram. Ex predictis igitur distinctionibus patet qualiter deus per suam clementiam cum gratijs tam creata ꝗ̄ increata:expellit ab anima maculas omnium peccatorum. ¶ Quarto ħ idem probo vnica similitudine. Clarum est enim ꝙ lumen corporis non potest naturaliter recuperari vel reⸯ haberi a ceco per virtutem totius nature: dicente pħo.in post predicamentiſ. Ab habitu in priuationem fit mutatio. A priuatione vero in habitum impossibilis est regressus per naturam.hec ille. Nō si talis cecus debet illuminari:requiritur ad hoc virtus supranaturalis. Manifestum est autem ꝙ per peccatū anima spiritualiter fit ceca dum priuatur lumine ⁊ cognitione veritatis: dicente Augu. in lib.de natura ⁊ gratia. Preuaricatoreꝫ diuine legis:lux deserit veritatis:qua desertus vtiqꝫ fit cecus. hec ille. Et sapientie scd̄o. Salomon ait. Excecauit eos malicia eoruꝫ Et Sophonie.j.dicitur. Ambulabunt vt ceci quia domino peccauerunt. Sed talis cecitas anime que fit per peccatuꝫ maior est ⁊ peior omni cecitate corporali:igitur ad illuminandum animam requiritur a fortiori virtus supernaturalis diuine gratie infuse. Hoc etiaꝫ patet per similitudinem mortis. Sicut enim aliquis potest naturaliter ab habitu in priuationem incidere:vtputa:de vita ad mortem non tamen econtrario:nisi per virtutem supernaturalem. Sic quilibet potest a gratia cadē in peccatū per quod anima spiritualiter moritur:dicente. Eze.28.c. Anima que peccauerit ipsa morietur. Non autem a statu culpe ad vitam gratie naturaliter ⁊ per se potest redire:sed necessario requiritur supernaturaliter a diuina gratia excitari. Ex qua similitudine patet idem quod supra. ¶ Quinto deniqꝫ ħ idem probo vnico exemplo:videlꝫ peccatricis Magdalene:de qua vt dr̃ Matth. vltimo. Dominus eiecit septem demonia.i. septem peccata mortalia. Unde Grego.in Omel.super Luc.dicit. Quod per septeꝫ demonia nisi vniuersa peccata designātur. Septem igitur demonia Magdalena habuit: quia vniuersis vitijs plena fuit.hec ille. Sed omnia peccata saluator ab eius anima tunc expulit:quādo existens in domo Symonis leprosi.vt habetur Luc.7. Et videns eius lachrymas:de illa dixit. Remittūtur ei peccata multa.s.per gratiam: qm̄ dilexit multum. ¶ Ex predictis igitur auctoritatibus rationibus:distinctionibus:simile:⁊ exemplo. patet etiam effectꝰ secundus diuine clementie quo clare cognoscitur ꝙ deus vult omēs saluare dum per gratiam suam animam purificat a cunctis maculis peccatorum qui dicitur effectus purificationis. Quā anime purificantē

& peccatorum remissionem nobis concedat dominus Jesus in presenti per gratiam & in futuro per gloriam qui est benedictus in secula seculorum.

¶ Feria.vj.post dominicam septuagesime. Iterum de qualitate fidei.sermo sextus.

f Ides tua te saluam fecit.Luc.7. Declaratis duobus effectibus diuine clementie. Nūc enim in supradicto precedenti sermone tertiuȝ declaraui ne sermo prolixior esset. Habeo in presenti sermone duos alios effectus eiusdem clemētie simpliciter declarare. Nec mireris si ſm aliorum morem trinario articulo aliquando non vtar in sermonibꝰ meis:qm̄ magna rerum substantia atqȝ efficax ꝓbatio veritatū me sic interdum facere cogunt. Poteris tm̄ tu tali modo vti.vel iuxta consuetudinem vsitatam tres particulas seu tres articulos pro quolibet sermone fiendo:duas tamē seu duos tm̄ declarando: duos igitur in hodierno sermone:sicut & in hesterno diuine clemētie effectus simpliciter declarabo:quorum pmꝰ imo tertius in ordine talis erit.

¶ De duobus alijs effectibus diuine clementie seu de tertio qui dicitur effectus inductonis.

t Ertius igitur effectꝰ diuine clementie in ordine declarandus quo clare cognosci potest ꝙ omnipotens & gloriosus deus vult omnibus quantum in se ē: & suam gratiam & eternam gloriam imparti ri dicitur effectus inductionis: videlȝ ad bonam operattionem. Non enim ad salutem requiritur tm̄ & precipue in adulto peccatorū delectio:sed insuper requiritur bona operatio & virtuosa volitio. Duplex tamen operatio ē cuilibet hōi seu iusto seu peccatori necessaria ad salutem.prout expresse ponit Ricar. i suo quolibeto.videlicet opatio elicita & intra manens:atqȝ operatio imparata & extra eriens De qua duplici operatione formaliter loqtur phus.9.methaphisy.dicens. Duplex inquit est actio:quedam manēs in agente que est perfectio operantis: & quedam transiens scilicet in exteriorem materiam que est perfectio operati:quandam duplicis actionis & operationis distinctionem possumus tripliciter declarare. Primo per exemplum artis. Scđo per exemplum nature. Tertio per exemplum ipsius dei.¶ Primo per exēplum artis. Videmus enim ꝙ duplex ē actio artis. Vna est considerare de artificio. Alia est producere illud artificium ab extra. Ipsa enim cōsideratio dicitur actio manēs in agente. scilicet in intellectu & voluntate. Et ideo nō est in re extra.sed simpliciter manet in intellectu artificis considerantis. Ipsa autem edificatio que est in edificato & transit in exterioreȝ materiam dicitur actio seu operatio extra transiens.he autem actiones sic se habent:ꝙ vna dependet ex alia. Vnde actio transiens:presupponit actioneȝ nō trāseūtem:& sine ista esse non potest. ¶ Scđo hec distinctio duplicis actionis & operatiōis declaratur per exemplum ipsius nature. Bene verum est ꝙ si hanc distinctionem volumus adaptare ad naturam:oportet nos extendere non actionis. Nam si vellemus actionem proprie summere:nullum agens naturale:sic nullum corpus habet actionem imanentem seu non transeuntem: quia non habet actionem ad se conuersiuaȝ:vt probat Proculus phus in lib.suo de causis. Sed si volumus accipere actionem large pro ipsa perfectione & actu:sic concedi potest ꝙ etiaȝ insensibilia:& agentia naturalia:habent actionem imanentem:quia ignis & calet & calefacit.Et ab eadem forma caloris competit sibi calere & calefacere:& tunc calefacere est actio transiens in exteriorem materiam vt in rem calefactam.calere vero est actio vel perfectio manens in igne calefaciente. Exempla alia nature potes hic ponere prout vis. ¶ Tertio deniqȝ hec distinctio duplicis actionis & operationis declaratur per exempluȝ ipsius dei seu per actionem diuinam. Sed cum dicimus ꝙ est actio diuina manens in agente: & est actio transiens in exteriorem materiaȝ oportet ꝙ illa exterior materia accipiat large pro omni exteriori substantia. Nam actio diuina se extendit ad omnia creata: & nō solū ad materialia sed etiā ad imaterialia. Vnde dicimus ꝙ est quedam actio diuina manens in agente. Et hec est ipsum intelligere diuinum & ipsum suum velle: quo-

De actione i[n]ma-
nente & transeunte

nomi

rum quodlibet est idem qd ipsum diuinum esse. Alia est actio diuina transiens in exteriorem materiam: ⁊ ista est ipsa creatio rerum. Et per quamlibet istarum actionum producuntur alique: quia per actionem diuinā non transeuntem producunt persone diuine: vt pater intelligens se producit filiuz: pater ⁊ filius diligendo se producunt spiritū sanctum. per actionem vero transeuntē producuntur creature. His duabus actionibus seu operationibus declaratis: dico ꝙ hāc duplicem operationem ⁊ actionem manentem ⁊ transeuntem quisqz habere tenetur. Nam actio manens est quidam habitus cognitionis luminis increati ⁊ supernaturalis: vel habitus diuini amoris: vel habitus cuiuslibz alterius virtutis: qui habitus est quedam actō simpliciter manēs in ipsa anima. Actio vero transiens est operatio separata a voluntate que fit ab extra: sicut est facere elemosynam proximis indigentibus: actualiter scienz sanctificare. parentes honorare: seu actualiter cōfiteri. Et cetera huiusmodi que cum id requirit locus ⁊ tempus: quisqz tenetur facere: nec sufficit ad salutem hominis solus habitus interior: seu sola actio intrinseca manens in ipsa anima: sicut non sufficit ad bonitatem aut perfectionem ignis ꝙ calorem intra se retineret nisi in res alias actualiter ab extra calefaceret. Quod volens insinuare faciendu𝔷 saluator de seipso dicebat Luce. 12. Ignem veni mittere in terram id est habitum amoris ⁊ caritatis in cordibus terrenis. Et quid volo nisi vt ardeat: id est ꝙ in operationem exteriorem exeat vel egrediatur. Quod confirmans Gregorius in Omel. pentecost. dicit Probatio dilectionis exhibitio est operis. Et amor dei nunꝙ est ociosus. operatur enim magna si est. hec ille. Et lz vt patet he due actiones cuilibet sint necessarie ad salutem: ⁊ insuper ꝙ voluntas hominis etiam si fuerit corrupta per diuersa peccata sit libera ⁊ habeat habilitatem ad predictas duas operationes saluti necessarias. ipossibile tamen est vt per se moueat ad se exercendum in predictis necessarijs actionibus: nisi specialiter diuina clementia per gratiam suam inducat: seu stillet ⁊ inspiret ipsam voluntatem hominis ad hoc faciendum. Ex quo profecto apparet in deo maximus zelus nostre salutis. Et ꝙ deus moueat ⁊ inducat ⁊ inspiret voluntatem cuiuscūqz hominis ad faciendum predictas duas operationes per clementiam suam: cum sine eius gratia impossibile esset aliquam hominis voluntantem etiam talia operari: seu se conuertere ⁊ dirigere ad predicta faciendum. quintupliciter probo. Primo auctoritatibus. Secundo rationibus. Tertio distinctionibus. Quarto similitudine. Quinto exemplo.

acerbitate omnes ſimul penas pñtis vite.di
cente Augu.25.di.c. Qui in aliud ſeculum di
ſtulit fructum conuerſionis: ꝓus purgabitur
igne purgationis. Hic ignis ⁊ ſi eternus nõ
ſit:miro tñ modo grauis eſt:excedit eni oẽm
penam quã vnq̃ʒ aliqs paſſus eſt in hac vita
vel pati põt nũq̃ʒ in carne tanta eſt inuenta
pena lʒ mirabilia paſſi ſint martyres tormẽ
ta:tñ in eius comparatione nulla ſũt.hec ille
Et idem Augu.prout ponit do.Bonauen.i
4.di.20.ar.j.q.7.etiam dicit. Ignis ille pur-
gatorius durior eſt:q̃ʒ quicqd i hoc ſeculo pe
narum:aut videre:aut cogitare:aut ſentire qſ
poſſit.hec ille. Cogitauit ex abũdantia chari-
tatis ſue:etiam aliud remedium humano ge
neri impendere:quo ſimul cũ eterna pena ẽt
euaderent oẽm temporalem ⁊ purgatoriam
penam:vt ſic aie munde tam ab oi culpa q̃ʒ
ab oi pena recto tramite aſcenderent ad glo
riam vite eterne. Conceſſit igitur ꝓpter hoc
clementiſſimus deus Petro ⁊ ſucceſſoribuſ
eius auctatem plenariam:vt non tm̃ remit-
tant oẽm culpam per ſacr̃m penitentie:verũ
etiaʒ indulgentias tribuãt: quibus oĩs pena
temporalis ⁊ purgatoria peccatis debita in-
tegre remittat. Et ꝙ realiter ꝑ diuinã clemẽ
tiam omnis pena purgatorij que ſi quis i eo
ſtare deberet vſqʒ ad diem iudicij :auctorita
te ſummoꝝ pontificũ realiter ⁊ integre remit
tatur tripliciter probo. Primo auctorita-

tibus Secundo ratione. Tertio distin-
ctione. ¶ Primo probo auctoritatibus.
Nam vt habetur Matth.16. dñs Jesus di
xit Petro. Tu es Petrus & super hanc pe-
tram edificabo ecclesiam meam: & porte infer
ni non preualebũt aduersus eam. Et tibi da
bo claues regni celorum. & quodcũq3 ligaueris su
per terram erit ligatum & in celo. Et quodcũq3
solueris super terram erit solutũ & in celo. h
ibi. Augu. insuper de pe. dist. j. c. Que penitet
ait. Dixit dñs sacerdotibus. Quecũq3 solue-
ritis super terram erunt soluta & in celis: hoc
est. Ego deus & omnes celestis militie ordi-
nes: & oẽs sancti in gloria mea laudant vo-
biscũ & confirmant: quos ligatis & soluitis sup
terram. hec ille. ¶ Scdo h idem probo vnica
ratione v3 causalitatis. q. s. per indulgentias
a summis pontificibus concessas integre re-
mittitur ois temporalis & purgatoria pena.
Fundamentũ rõnis ponit phs. 5. metha. di.
Effectus naturaliter semp sunt proportiona
ti suis causis. p3 hec regula. Nam si aliq̃ ar-
bor habeat radicem amaram vel dulce3: na-
turaliter eius effectus ab ea progrediens qui
est fructus est dulcis vel amarus. Similiter
ex quo substantia solis est incorruptibilis. Et
ideo eius effectus qui sunt solares radij icor
ruptibiles erunt. Econtra vero ois cã gene-
rans si sit corruptibilis: & effectus erit corru-
ptibilis: sic est de aia brutorum sensitiua & vege
tatiua: que cum similiter egrediatur: & generet
ex cã corruptibili: per cõñs corrupta illa carne
corrumpitur & aia brutorum. Non sic est de rõna
li aia: que cũ generet ex carne: sed imediate &
similiter egrediatur a deo per creationem.
Nam intellectus vt dicitur. 3. de anima. seu
anima intellectiua prouenit nobis ab extrin
seco: propter hoc corrupto corpore: ipa anima
non corrumpitur. Quo presupposito certum
est q̃ auctoritas remittendi omnem penam
purgatoriam concessa est Petro & eius suc-
cessoribus per xpm dei filium: qui vtiq3 deus
est & homo. sed cum deus essentialiter sit cã
incõmutabilis. Sic enim dicitur. 22. q. 4. c.
Incõmutabilis deus idemq3 semper existẽs
Et phs. j. de celo & mundo dicit. Diuinum
esse est esse intransmutabile pmu3 & summũ
Et auctor in li. de causis. dicit. Prima causa
& superior immutabilis est: & sine vlla varia-
tione. Et Jaco. j. dicitur. Apud deum non est
trãsmutatio nec vicissitudĩs obũbratio. Quod si
sic ẽ q̃ deus sit cã incõmutabilis: ergo effectus
eius qui est auctoritas data pastoribus eccle-
sie semper erit vera & incõmutabilis vsq3 ad
finem mundi. Propter hoc Saluator Luc.
22. dicebat Petro. Ego rogaui pro te vt nõ
deficiat fides tua: id est veritas tua. Et alibi
dicit. Ego ero vobiscum cunctis diebus vsq3
ad consumationem seculi. Et Joan. 14. dice-
bat. Ego sum via veritas. s. immutabilis et
vita. Quod si sic est: ergo sequitur: q̃ quando
summus pontifex dat indulgentiam plena-
riam infallibiliter: veru3 est q̃ remittitur hõi
si tamen dispositus est: omnis pena tempo-
ralis & purgatoria: quod si hoc non fieret: se-
queretur q̃ ecclesia erraret: & per consequẽs
Christus mutabilis fuisset: & insuper falsitate
plenus: quod non tm̃ dicere sed etiam velle
cogitare nephas esset. Et propter hoc Aug.
in quodam sermone dicit. Cum enim spi-
ritus sanctus regat ecclesiam: sequitur q̃ ec-
clesia nunq̃3 errabit: cum habeat ductorem &
magistrum virtutis: qui Apostolis dixit.
Ego ero vobiscum vsq3 ad consumationem
seculi. hec ille. Item distinc. 19. dicitur. c. Sic
omnes apostolice sedis sanctiones accipi-
ende sunt tanq̃3 ipsius Petri diuina voce
formate. Item Hieronymus. 24. q. j. c. h est
fides. ait. Sancta Romana ecclesia que sem
per vera & immaculata permansit: domino
prouidente & beato Petro apostolo opem
ferente in futuro manebit sine vlla heretico-
rum insultatione preualente: atq3 firma & im
mobilis in veritate omni futuro tempore p-
sistet. hec ille. ¶ Tertio deniq3 hoc probo di
stinctione. Nam Ricar. in. 4. distin. 20. arti.
3. q. j. in corpore questionis. Et domin9 Bo-
nauentura eadem distinc. articu. vlti. q. vlti.
Et Alexan. de ales in quarta parte summe
q. 209. in corpore. q. Et insuper Tho. in. 4. di.
20. articu. 3. q. j. sententialiter sic distinguũt.
Cum queritur inquiunt an indulgentie non
tm̃ a culpa: que per contritione3 charitate in
formatam remittitur: sed insuper a pena in
purgatorio debita animam liberent: Respõ
detur q̃ sic. Nam absolute omnes fideles
concedunt indulgentias tm̃ valere quantum
sonant simpliciter: aut verba. aut bulle sum-
morum pontificum: & aliter tenere impium
esset et hereticum: quia hoc eẽt dicere. q̃ ec-

clesia vniuersalis erraret exquo indulgẽtias daret ⁊ nihil valerent. valent igitur. Sed ad quid valeant. Dicunt quidã ꝙ non valẽt ad absoluendũ a reatu pene quã quis in purgatorio meretur ſm iudicium dei: ſed simpliciter valent ad absoluendũ a pena qua sacerdos obligat penitentem ad penã aliquã: vel ad quã obligaret penitens ex statutis canonũ: siue sint a iure: siue a iudice. Sed opinio falsa est ⁊ erronea: cum sit contraria priuilegio dato petro. Matth. 16. vbi dicitur. Quodcumqȝ. ⁊c. Quod priuilegiũ etiã successoribꝰ eius fuisse datum intelligitur: Et ideo absolute tenendũ est ꝙ indulgentie valent ad remissionẽ totius pene residue post cõtritionez ⁊ confessionẽ ⁊ absolutionẽ: siue illa pena sit iniuncta a iure: vel a iudice: siue non sit iniũcta: sed daretur a deo in purgatorio. Triplici enim ratione indulgẽtie realiter efficatiã habent. Quarum. Prima est meritũ passionis xp̄i: ⁊ pene sanctoꝝ. Secunda est charitas illius cui indulgentie dantur. Tertia vero est potestas ipsius dantis ad illum indulgentias applicãtis. ¶ Pria ratio igitur q̄re indulgentie valent est abundantia meritorũ xp̄i atqȝ sanctorũ. Nam tantũ fuit meritum xp̄i. quod sufficeret ad infinite pene solutionẽ. Similiter ⁊ sancti multo plus de passionibus sustinuerunt q̄ȝ peccata eorum merẽtur. Et ideo magis super abundãtia meritorum xp̄i ⁊ sanctorum est thesaurus ecclesie: quem ecclesia cõmunicat cõmuniter omnibus existentibus in charitate. ¶ Secunda ratio q̄r indulgentie valent: est charitas suscipientis. pro eo ꝙ nõ existẽs in charitate non potest participare de istis indulgentijs. Sicut nec membꝝ precisum a corpore potest percipere de bonitate capitis seu membroꝝ ipsius corporis. Econtra. sicut membra corpori coniũcta participant de eius bonitate: sic a simili. qui per charitatẽ cõuicti sunt corpori ecclesie participant de eius meritis atqȝ indulgẽtijs. Vnde August. in li. de penitẽtia. sic ait. Credendum est ꝙ orationes ecclesie vel elemosyne ⁊ opera iusticie succurrant recognoscenti mortẽ suam ad conuersionẽ. Et propheta dicit. Particeps sum omniũ timentium te et cu. mã. tua. Et de conse. di. 4. c. ecclesie. dr̄. Ecclesie charitas diffundit̄ in cordibus eorũ qui participes sui sunt. ¶ Tertia ratio q̄r indulgentie valent est potestas indulgẽtias instituentis ⁊ applicantis ad istum vel ad illuȝ. Nam ſm ꝙ papa et eius vicarius applicat supradicta. s. meritum xp̄i. ⁊ meritum passionum sanctoꝝ ad istum vel ad illum vel ad illam remissionez pene consequit̄ realiter iste vel ille. Hec omnia sentẽtiatur in locis preallegatis supradicti doc. dicunt. Ex predictis igitur omnibus patet sextus effectus diuine clementie qui dicit̄ effectꝰ concessionis. Quo clare monstratuȝ est qualiter deus omnibus q̄ȝtum inest eternam gloriã vult impendere. Exquo non tm̄ instituit ꝑ sacm̄ penitentie omnia peccata relaxari: sed insuꝑ auctoritatẽ cõcessit pastoribus ecclesie: ꝙ indulgentias ꝓbeant: quibus omnis pena tam temporalis q̄ȝ purgatoria vere realiter atqȝ integraliter relaxatur.

¶ De septimo effectu diuine clementie qui dicitur effectus intercessionis.

[S]Eptimus postremo effectus diuine clementie quo clare cognosci potest. ꝙ omnipotens deus vult omnes saluare: ⁊ omnibus suam gratiam ⁊ eternã gloriam impendere. dicitur effectus intercessionis. Quantum clementissimꝰ deus salutem ⁊ gloriã oium. et precipue peccatoruȝ appetat in hoc ostendit̄. quoniã multos peccatores: q ex meritis suis nunq̄ȝ saluarẽtur. sed potius pro demeritis damnarent̄ saluauit: saluat: ⁊ saluabit: ex merito intercessionis. seu charitatiue orationis iustoꝝ virorum atqȝ sanctoꝝ. Et quod maius est. dico ꝙ nisi iusti ⁊ boni viri pro peccatoribus intercederent et orarẽt arbitror ꝙ pauci vel quasi nulli saluarentur. Et ꝙ mediãtibus orationibus seruoruȝ dei: seu iustarum personarum: etiam in hac vita existentium peccatores saluari possint. et diuinam gratiam accipe. quadrupliciter probo. Primo auctoritatibus. Secundo ratione. Tertio distinctione. Quarto exemplo. ¶ Primo probo auctoritatibus. Nam Jaco. quinto dicitur. Oratio fidei: id est hominis fidelis: saluabit infirmum id est peccatorem: ⁊ alleuiabit eum dominus: et si in peccatis sit remittentur ei. Et infra subdit. Orate pro inuicem ut saluemini. multum eniȝ valet deprecatio iusti assidua. hec ibi. Itẽ Augustinus ad heremitas ait. Orate pro inuicem dulcissimi fratres ut saluemini: quia si

Stephanus non orasset.hodie Paulum ec
clesia non haberet. Idem quoqꝫ Augustinꝰ
in lib.de correctione ⁊ gratia ait.Nulli ē de-
negandum orationis beneficiū: exquo ⁊ ple-
runqꝫ obstinatis possumus salutis beneficiū
impetrare.Item glo.super verba Matth.9.
Vidēs Iesus fidem illoruꝫ dixit paralitico.
Confide fili remittuntur tibi peccata tua ait.
Pensate quantū valet apud deum fides ꝓ
pria ⁊ oratio.si tm̄ valuit fides ⁊ oratio alie-
na:vt hominē sanaret in corpore ⁊ aīa.h glo.
Item Saluator Luc.16.hortat̄.di.Ego dico
vobis facite vobis amicos de mamona ini-
quitatis.i.de diuitijs superfluis:vt cum defe
ceritis recipiant vos.s.ipsi iusti per orationeꝫ
suam i eterna tabernacula.Et Matth.10.dr̄
Amen dico vobis. Qui recepit prophām in
noie ꝓphe mercedem ꝓphe accipiet:⁊ q re-
cipit iustū in noie iusti:mercedē iusti accipiet
id est gratiam dei per eius orationem. Et q
dederit potuꝫ calicem aque frigide tm̄ i noie
discipuli.Amen dico vobis non perdet mer
cedem suam.hec ibi.Item Alex.papa.1.q.1.c.
Ipsi sacerdotes.ait.Sacerdotes iusti ꝓ po-
pulo interpellant: ⁊ populi peccata comedūt
quia precibus suis ea delent atqꝫ consumūt
qui quanto digniores fuerint tanto facilius
pro quibus clamant exaudiūtur.hec ille. De
niqꝫ de pe.di.1.c.ex p̄missis.dicit̄. Passiōes
⁊ vitia peccatoꝝ non sanant̄ nisi orationibꝰ
ecclesie.Ex quibus auctoritatibus pꝫ idem
qđ supra.¶Scđo probo etiam vnica ratiōe
videlꝫ amicabilitatis.ꝙ.s.ex oratione iustorū
plures peccatores diuinam gratiaꝫ recipiūt
Fundamentum rōnis ponit phs.9.ethi. Et
etiam Tulius in lib.de amicitia dicēs. Pro
prium amicoruꝫ est idem velle ⁊ idem nolle.
Impossibileqꝫ est amicitiam esse inter eos q
non eisdem gaudent.hec regula per experien
tiam est clara:quia vt videmus si Petrꝰ vult
album ⁊ Ioānes nigrum: statim si fuerunt
amici dissoluitur inter eos concordia mutue
amicitie:⁊ hoc respectu diuersitatis volunta
tum.Econtra vero si ambo album aut ni-
grum volunt generatur in eis amicitia si
non fuit:aut si fuit auget̄:quod totum proue-
nit ex respectu conformitatis voluntatum.
Quo presupposito certum est ꝙ si vera ami
citia ⁊ charitas ē inter animam ⁊ deuꝫ:ergo
in eis est idem velle ⁊ idem nolle. Si igitur
anima vult ꝙ per orationem suam gr̄a dei
isti peccatori.Congruum est ꝙ ipse deus ei-
dem gratiam suam impendat aliter non vi-
deretur ꝙ inter animam ⁊ deum esset cōfor
mitas voluntatum.Et profecto de hoc non
est dubitandum:qr deus magis inclinat̄ ad
volendum illđ quod vult anima iusta q̄ꝫ oēs
amici inclinentur ad volendum quod volūt
amici.Qđ bene confirmās ꝓpha dicit. Vo
luntatem timentium se faciet:⁊ deprecatione
eorum exaudiet ⁊ saluos faciet eos.¶Tertio
h idem probo vnica distinctione. vꝫ Alexan.
de ales in tertia pte sūme in tractatu de gr̄a
qui dicit.Cum queritur.An aliquis iustꝰ pos
sit mereri p̄mam gratiam peccatori.Rn̄deo
ꝙ ſm ꝙ de merito proprie loquimur:nullus
purus homo potest alteri mereri primā gra
tiam:quia vnicuiqꝫ homini particulari dat̄
gratia ad mensuram sue salutis procurande
per informationem suaꝝ potentiaꝝ:⁊ per di
rectionem ⁊ ordinationem suoꝝ actuum in
debitum finem:ideo nullius gratia se exten-
dit ad merendum salutem alteri proprie de
condigno:nisi solius domini nostri Iesu xp̄i
cui non fuit ſm ꝙ dicitur in Io. Datus spi-
ritus ad mensuram:sed habitat ſm Aplm̄
in eo tota plenitudo diuinitatis corporaliter
Et ideo solius eius gratia est sufficiēs de cō
digno ad ꝓmerendā cuilibꝫ oēꝫ gratiam et
salutem. Cōiter tamen distinguitur triplex
meritum.s.digni:cōdigni:⁊ ꝯgrui. Meritū
condigni est:qn̄ est iusta ⁊ equalis cōpensa-
tio obsequij ⁊ remunerationis. Et hoc meri
tum condigni ponit ꝙ gratia detur necessa-
rio:vꝫ necessitate imutabilitatis non coactio
nis.Meritū digni dicit̄ qn̄ aliquis est dignꝰ
sui ratione:sed non rōne eius pro quo petit:
sicut cum iustus orat pro peccatore. Meritū
vero congrui dicitur qn̄ nulla dignitate pe-
tentis:sed sola dignitate dantis conceditur
postulatum:vt cum peccator orat pro seipso.
vnde meritū condigni est sufficiens disposi-
tio ad remunerationē.Sed orituꝫ digni et
congrui est insufficiens. Vir igitur iustꝰ pōt
alteri mereri p̄mam gratiā merito digni:ſꝫ
non condigni. h Alex.snialiter. hanc distin-
ctionem etiam confirmat Scotus in.3.dist.
18.di.Quilibet iustus meretur de congruo a
deo optinere peccatori p̄mam gratiā. Quid
aūt sit p̄ma gratia.Ber.in lib.de gratia ⁊ li.
arbi.declarat di.Hec tria operatur deus in
nobis:cogitare:velle:⁊ operari:seu perficere.

¶ Primum.s.cogitare sine nobis:⁊ ista vocatur prima gratia. De qua etiam ps.dicit. Et mia eius preueniet me. Et hec cogitatio impetrata est:vel donata est merito alicuius sui dei:qui orauit pro illo peccatore. Unde Apostolus.2.corin.3. Non sumus sufficiētes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est.s.oratione alicuius vel iusti. Aut im̄ediate ex merito xp̄i. qui meruit nobis de condigno prefatam p̄mam gratiā. Hic Scotus sententialiter. Ex qua distinctione clare patet qualiter diuina clementia per orationem iustorū peccatoribus gratiam prebet:⁊ per consequens gloriam.

¶ Quarto h̄ idē probo vnico exēplo. Greg. eni in.4.dialo.ait. Is de quo in omelijs me coram populo iam narrasse memini.inquietus valde Theodorus noīe fuit:qui i momē to in monasterium fratrem suum necessitate magis q̄z voluntate secutus est:Cui nimium erat graue si quis pro sua aliquid salute loq̄retur:bona autem non solum facere sed etiā audire non poterat. Nūq̄z se ad sancte conuersationis habitum venire:iurando:irascendo:⁊ deridendo testabatur. In hac autem pestilentia que nuper huius vrbis populū magna ex parte consumpsit:ꝑcussus infirmitate perductus est ad mortem. Cumq̄z extremum sp̄m ageret:conuenerunt fratres vt egressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema parte premortuū i solo tm̄modo pectore:vitalis adhuc calor anhelabat:cuncti autem fratres tanto pro eo ceperunt anxius orare:quāto cum videbant iam sub celeritate discedere. Sed repente cepit eisdem fratribꝰ existentibus clare atq̄z cum magnis vocibꝰ orationes eorum interrumpere dicens. Recedite recedite: quia draconi ad deuorandū datus sum:qui ꝓpter vestram penitentiam ⁊ orationem deuorare me non potest. Caput tamen meū in suo ore obsorbuit: date ergo locum orationi vt me amplius non cruciet: sed faciat cito q̄ facturus est:quia ꝓpter vos moras patior:tunc fratres ceperunt ei dicere quid est quod loqueris frater. Signū tibi sancte crucis imprime. Respondebat ille cū magnis clamoribus dicens. Volo me signare sed non possum:quia squamis huius draconis premor. Cum hoc fratres audierent ꝓstrati in terram cum lachrymis ceperunt feruentius orare. Et ecce oratōis virtute subito eger cepit cum magnis vocibus clamare dicens:gratias ago deo. Ecce draconem q me ad deuorandū acceꝑat fugit:Et orōnibꝰ vr̄is expulsus stare non potuit:pro peccatis meis modo intercedite:quia conuerti paratꝰ sum ⁊ secularē vitā funditus relinquere. Et postq̄z mutatus mente diu est flagellis attritus: tunc eius anima carne soluta in pace quieuit h̄ Grego. Ex predictis igitur omnibus clarissime patet qualiter per orationes iustorū diuina clementia peccatoribus in p̄nti gratiā suā prebet:⁊ in futuro eternā gloriā. Et ideo quisq̄z peccator quātum potest se orationibꝰ seruorum dei atq̄z iustarum personaꝝ recōmendare dz: qm̄ vt patuit ꝑ propria merita nunq̄z saluaretur. Sed contemplare queso anima quātū saluator tuus tuam cupiat salutem. Non enim tm̄ peccatores vult saluare per orationes iustaꝝ personaꝝ in hac vita existentium:sed insuper saluat quasi innumerabiles peccatores:per merita ⁊ oratōes beatorum atq̄z sanctoꝝ:iam in celesti patria residentium. Nam ipsi iugiter pro nobis intercedunt ad dn̄m vt saluemur.quod intelligēs ecclesia vt feruentius pro nobis intercedant orat:dicēs. Sancta Maria ⁊ omnes sancti intercedant pro nobis ad dn̄m: vt nos mereamur ab eo adiuuari ⁊ saluari: qui viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ amen.

¶ Proinde letanie hac de causa decantant̄. Ubi suffragia Angeloꝝ: Patriarchaꝝ:Apl̄oꝝ: Martyrum:Confessoꝝ:Doctoꝝ: ⁊ sanctaꝝ Virginū postulant̄. Angeli nāq̄z vt humilitatem contra superbiā: Patriarche largitatē: ɔtra auariciam:Apl̄i caritatem:cōtra inuidiam: Martyres patientiā:cōtra iracōdiā: Doctores solertiam ⁊ studiū ɔtra ignorantiā: Confessores sobrietatem contra ventris ingluuiē Virgines ⁊ vidue cōtinentiam ⁊ castitatem contra luxuriā suis meritis nobis acgrāt. Et q̄ pro nobis orent vt saluemur:testat̄ Ric.in 4.di.45.ar.7.q.2. Et clarius.s.Bona.ibidē arti.3.q.2.di. Cum querit̄ an sancti orent pro peccatoribus ⁊ pro iustis qui viuūt in terra. r̄ndeo q̄ sic. Nam orāt pro nobis dupliciter scz oratione expressa:dum votis suis pro nobis diuinā clemētiā pulsant. Similiter orāt pro nobis orōne interpretatiua:dū coꝝ merita in ɔspectu dei existētia:nō solū ipsis cedūt ad gl'iam:sz etiā sunt nobis in orōnes ⁊ suffragiū:sicut sanguis xp̄i fusus ꝓ nobis:dr̄ ꝓ

nobis veniã petere. Triplici tñ respectu orãt pro nobis sci. Primo qr vidẽt nostrã necessitatẽ: p eo. idigem9 ab ipsis reuelari. Scđo qr vidẽt dei voluntatẽ: q vult q vnũ mẽbrũ releuet aliõ in necessitate. Tertio pp adimpletionẽ celestis curie: q̃ cõpleta adimplebit glia eoꝝ. Seu orant ppter augmẽtationẽ numeri ciuiũ supnoꝝ: ex qua crescit in eis aliqđ singlare gaudiũ ꝛ accñtale. ¶ Premisso igit vt pꝫ q sci ex charitate pro nobis orãt vt saluemur si querit. An qsqꝫ ꝛ precipue peccator debeat spãliter scõs exorare: vt ipsi orent p eo corã diuina maiestate. Rñdit dñs Bon. in. 4. di. 45. ar. 3. q. 4. i corpore. q. di. Cũ qrit an sit vtile ꝛ necessarium rogare scõs vt ipsi deũ rogent p nobis. Rñdeo q sic: qr de9 decreuit ꝛ voluit q scõs rogem9 triplici rõne. s. propter nrãm inopiã: ppter scõꝝ gliam: ppt dei reuerentiã. ¶ Primo ppter nrãꝫ inopiã in merendo: vt vbi nrã nõ suppetunt merita patrocinent aliena: ppter inopiã in cõtẽplãdo: vt q nõ possum9 summã lucẽ aspicere i se aspiciamus in scis: ppter etiã nrãm inopiaꝫ ꝛ miseriã in amando: qr miser hõ aliqñ sentit se magis affici circa vnũ scm q̃ꝫ etiaꝫ circa deũ: ꝛ iõ cõpassus nrẽ inopie voluit nos rogare scõs. Ac per hoc pꝫ pmũ argumentũ q ille q ante indign9 erat grã dei rogãdo scõs eius eoꝝ patrocinio efficit dign9. ¶ Scđa cã est scõꝝ glia: qr de9 vult ipsius scõs glificare ꝛ per eos miracula facere in corporib9 ꝛ salutem in aiabus: vt ipsos laudem9. Et hoc nõ tm̃ per summos scõs: sꝫ etiã p infimos. Vñ sicut aliqs saluat corporaliter inuocãdo Linũ ꝛ non inuocando Petrũ. Alius ecõuerso: sic fit etiã spũaliter. ¶ Tertia cã est dei reuerentia: vt peccator q deũ offendit p scõꝝ patrociniũ audeat a deo grãm iplorare: q i ppã psona non audẽt ad deũ itercedere. h Bona. ad lrãm. Dꝫ igit qsqꝫ aliquẽ scm inter ceteros spãliter habere in deuotione: ad quẽ fundat preces suas. Sic enim ɔsulit Job. 5. vbi dr. Voca ergo si est qui tibi rñdeat: ꝛ ad aliquẽ scõꝝ cõuertere. h ibi. Si vlteri9 quereres an sci obtineant a deo grãs: quas ab eis postulans presupposito q sint nrẽ saluti expedientes. Rñdit Bonauẽtura vbi supra ar. 3. q. 3. di. Obtinere aliqđ põt quis dupliciter: Aut per viam iustitie ꝛ meriti. Aut per viam grẽ ꝛ supplicationis: sicut in curia summi pontificis: quedam beneficia obtinent de gratia tm̃ quedam merito: ꝛ isto vtroqꝫ modo sci obtinent pro nobis orantes: qr iuuant nos merito qđ meruerunt in carne: ꝛ iuuant nos voto vel oratione: quã nunc pro nobis fundũt ad deum. Et ex his duobus semp est efficax intercessio eoꝝ. Sed eoꝝ intercessio per modũ meriti: est oratio interpretatiua: ꝛ semp exauditur quãtum est de se. Non tñ semp impedientibus demeritis nostris. Intercessio vero per modũ voti: est oratio vera ꝛ semp exauditur: qr non optant nisi qđ sciunt deum velle fieri: vel simpliciter: vel eis orantib9. h Bon. ad litteram. Concordat Ricar. e. di. ar. 7. q. 3. in corpore. q. Et lꝫ oẽs sci debeant orari: tñ spãlissime dꝫ quisqꝫ iustus ꝛ peccator habere gloriosissimã virginẽ Mariam in suã deuotam: cui dictim fundat preces suas: qm̃ ipsa sola est potentior ad impetrandũ gratias: et salutem oibus alijs sanctis. Cuius oratio añ deũ nunq̃ꝫ est vana: sꝫ semper exaudit: dicẽte Ber. super cant. Securꝰ habes o homo accessum ad deũ: vbi habes matrem ante filium filiũ ante patrẽ: filius ostendit patri lat9 ꝛ vulnera. Mater ostẽdit filio pect9 ꝛ vbera: nulla ergo poterit ibi esse repulsa: vbi sunt tot caritatis insignia. hec ille. ¶ Ex predictis igit pꝫ qualiter diuina clementia non tm̃ saluat peccatores per orationem hominũ iustorum adhuc in hac vita mortali existentiũ: sed insup eos magis saluat per orationes btõꝝ: seu ciuium supernoꝝ: ꝛ sic etiam ex omibus supradictis: vt correlarie loquar. pꝫ pma diffinitio gnãlis de sacratissima fide: ꝛ per ɔñs etiam pꝫ tertius respectus. vꝫ diuine influxiõis seu clemẽtie: in quo clare monstratũ fuit p. 7. effectus ipsius diuine clemẽtie qualr qsqꝫ i futura quadragesima faciliter poterit grãꝫ dei recipere. Et remissionẽ peccatoꝝ: quas septẽ clemẽtias simul cũ grã ꝛ remissione peccatorũ: nobis largiri digneẽ actor ois clemẽtie ꝛ grẽ: Jesus xpus dñs nr: q in trinitate pfcã viuit ꝛ regnat de9: p infinita scla sclo. Amen.

¶ Dñica in sexagesima de qditate essentiali sacratissime fidei sermo pmus.

Semen cecidit

i irã bonã: ꝛ ortũ fec fructũ cẽtuplũ. Luc. 8. ꝛ i euãgelio occurrẽtis dñice. P9 expõnẽ lrãlẽ sacri euãgelij ꝛ isup moralẽ q̃ꝫ Salua. ponit. possum9 et sr hãc pabolã q̃dã facẽ spũalẽ expõnẽ

vel significationem. Spiritualiter igitur hãc
parabolam intelligendo per semen materia
le habitus sanctissime fidei itelligi potest. per
agrum in quo seminatur: cor humanum in
quo habitus infunditur. Per seminatorem
huius seminis nõ imerito sanctissimam tri-
nitatem intelligimus. patrem vz: ꝛ filium: et
spm̃ sanctum. tamen trinitas simpliciter est
vnus deus. Sic enim dicitur prime Joã. 6.
Tres sunt qui testimoniũ dant in celo. Pr̃
verbum ꝛ spũs sanctus. ꝛ hi tres vnum sunt
Hic ergo seminator semen suũ in quattuor
partes dispersit ꝛ seminauit: seu semẽ a deo
seminatum in quattuor partes est dispersuz
Prima pars seminis cecidit secus viam: et
conculcatum est ab hominib⁹ ꝛ volucres ce-
li comederunt illud. Hoc modo semen sacra
tissime fidei per similitudinem cecidit super
viam. Et volucres celi comederunt illud: et
ꝙ ab hominibus dicitur conculcatum: hoc ẽ
fides q̃z apostoli seminauerunt in ierusalem
in saracinea: in turchia: ꝛ in ceteris partibus
Asie: pro eo ꝙ sic eis preceptum fuerat a se-
minatore xp̃o Matth. vlti. Euntes inquit in
mundum vniuersum predicate euangeliũ oi
creature: qui crediderit. i. fidem meam susce-
perit: ꝛ baptizatus fuerit saluabitur: qui autẽ
non cerdi. condẽ. Hec ibi. Qđ etiam fecerũt
dum per omnes mundi partes Christi fidez
predicauerunt: ꝓpha attestante: q ait. In oẽz
terram exiuit sonus eorum: ꝛ i fines or. terre
verba eoꝝ. Huius aũt pars seminis dicitur
conculcata ab hominib⁹: insuper consumpta
a volucribus. Per volucres intellige demo
nes qui ſm Apostolũ vsqz ad diẽ iudicij vo
lant. i. discurrunt per mediam regionem hu-
ius aeris caliginosi: per omnes vias homies
conculcantes. vel per volucres comedentes
hoc semen fidei: intellige iniquissimum Ma
chometum cuz sequacibus suis: qui simul cũ
operatione demonũ totam fidem quã apli i
partibus illis predicauerant: conculcauerunt
ꝛ desperserunt: ꝛ aliam: sed falsam seminaue-
runt. Ecce iam ꝙ spiritualiter prima pars se
minis seminati. i. sacratissime fidei totaliter
conculcata est. Ita ꝙ cũ essent. 5. patriarcha-
tus. videlz Jerosolo. Constantinopolitanus:
Anthiochenus: Alexandrinus: ꝛ Romanus
fides sanctissima soluz viget in patriarchatu
romano. In ceteris vero quattuor totaliter
conculcata est. ¶ Scđa pars seminis dicitur
cecidisse super petram ꝛ natum aruit: qꝛ non
habebat humorem. Per semen autem qđ
cecidit super petram: intellige fidem sacram
quã seminauit xp̃s simul cum apostolis i ꝑpe
trosis cordibus populi iudeoꝝ: qui principa-
liores ꝛ doctiores in lege: cum per veram fi-
dem ꝛ doctrinam xp̃i cognouissent ip̃z xp̃m
esse verum dei filium: tñ inuidia ꝛ superbia
excecata lumen iam acquisitũ ab coꝝ cordi-
bus totaliter est eradicatum: ꝛ in tanta duri
cia ꝛ obstinatione perstiterunt. ꝙ extũc vsqz
nunc nunq̃z veram xp̃i fidez suscipere volue
runt: nec insuper in xp̃m postea voluerũt cre
dere. Sed nouũ Messiam venturum expe-
ctant. Cum tñ alius Messias minime sit vẽ
turus: nisi ille qui iam venit: vz xp̃s domin⁹
Et ideo de ipsoꝝ duricia in qua aruit semen
vere fidei ꝓphetauerat. Job. 41. c. Cor eius. s.
iudaici ppl'i indurabitur quasi lapis: ꝛ strin-
getur quasi malleatoris incbus. Et Zach. 7.
de ipsis dicitur. Posuerũt cor suũ sicut ad-
amantem. Super que verba Hieronymus
ait. Adamas est lapis fortissimus: ꝛ intantuz
durus vt omnia metalla confringat: ꝛ ipse a
nullo confringatur. Vnde a grecis indoma
bilis dicitur. Sed ꝛ si durissimus sit hircino
tamen sanguine frãgibilis est. Cor aũt obsti-
nati adamante durius est: qđ a nullo frangi
tur: nec etiã emoliri põt sanguine xp̃i. hec ille
¶ Tertia ps seminis dr̃: ꝛ exorte spine suf-
focauerũt illud. Per spinas itellige iniquas
hereses xp̃ianoꝝ diuersoꝝ. Qui cũ in baptis
moꝝ semen fidei susceperint: tñ postmodũ
in adulta etate crescentes hereses in cordib⁹
eorum suffocauerunt ꝛ perdiderunt omne lu
men vere fidei: ꝛ sic hec tertia ps seminis. s.
vere fidei simul cum ceteris duabus prece-
dentibus nullum fructum boni operis dicit
fecisse. ¶ Quarta deniqz pars huius vere fi-
dei dicitur cecidisse in terram bonã. i. in cor-
dibus bonoꝝ xp̃ianoꝝ. Et sic ortum fecit fru
ctum centuplum. i. humana aia repleta ẽ oi-
bus virtutibus ꝛ gratia dei. Et insuper me-
ritis copiosis: qm̃ simpliciter talis fides facit
opera meritoria apud deum. Post hanc igit
spũalem sacri euangelij expositionẽ: exquo i
precedenti hebdomada declarauimus vnaz
significationẽ siue diffinitionẽ non essentialẽ
sacratissime fidei. volens prosequi tractatum
nostrũ hoc mane deo dante declarare inci-
piam ipsius sacratissime fidei qdditatem et

diffinitionē essentialē: que profecto simul est valde vtilis & delectabilis. Et insuper valde subtilis & speculatiua: de qua tractare intendens: non incōgrue assumpsi suprapositū thema. vz. Semen cecidit in ter. bo. & or. fe. fruc. centuplū. Quod vtiqz thema per totam hebdomadā sequentem congrue assumi poterit. Sup que verba ponens essentialem diffinitionē ipsius sanctissime fidei. ceteris obmissis diffinitionibus: dico cū paulo ad hebre. xi. Fidem ipsam diffiniente. ꝙ fides est substantia rerum sperandarū: argumentū non apparentuz. In qua diffinitione quattuor articuli precipue sunt declarandi. ¶ In primo articulo declarabitur quid significat per illa verba Fides est substātia. ¶ In secūdo articulo declarabitur quid significatur p illa verba. rerum sperandarum. ¶ In tertio articulo declarabit. quid significat per illud verbū argumentuz. ¶ In quarto articulo declarabit. quid significatur p illud verbū non apparētiū. Quib9 articulis declaratis sufficiēter apparebit substantia & essentia qdditatis & diffinitionis ipsius sacratissime fidei.

¶ De quattuor articulis ex quibus daclaratur tota essentia diffinitionis ipsius fidei: & p̄mo de primo.

PRim9 igitur articul9 hoc mane simpliciter: & solum declarandus: est videre quid significetur p illud verbum diffinitionis ipsius fidei. vz. Fides est substātia. et certum est ꝙ substantia sm phm simpliciter dicitur a substando: quēadmodum p similitudinez etiam fundamentū dom9 dicit substare parietibus et tecto. Triplici igit respectu pro nunc Apo. fidem substantiā appellat. seu fides substantia dicit: quorū videlicet. Primus dicit respectus causalitatis. Secundus dicit respectus necessitatis. Tertius dicit respectus conseruabilitatis.

¶ De triplici respectu quo fides substantia dicitur. Et primo de primo qui dicit respectus causalitatis.

PRimus igitur respect9 quo fides ab Apost. substantia esse dicit est respectus causalitatis. Sicut enim & infra clarius patebit substantia per accidens dicit esse causatiua accidentiū. Et fundamentū domus dicit per accidens esse substantia causatiua tecti et parietū. Sic fides dicitur esse q̄dam spiritualis substātia causatiua ceterarū virtutū: tam moraliū q̄ theologicarum & precipue infusarū. ꝙ autez fides sanctissima dicat esse substantia seu fundamentū ceterarum virtutū causatiuū: seu a qua cetere virtutes non immerito descendant: quadrupliciter probo. Prio auctoritatib9. Secūdo rōne. Tertio distinctione. Quarto silitudine. ¶ Primo dico ꝙ fides dicit substantia seu fundamentū: ex quo cetere omnes virtutes creant. Seu est fundamentū omnis gratie gratū facientis: ois meriti: atqz omnis future glorie. & hoc probat auctoritatib9. Nā Aug. in li. de fide ad petrū ait. Fides est bonorum oim fundamētū: humane salutis initiū: sine qua nemo potuit vnq̄ ad filiorum dei numerū peruenire. hec ille. Paulus etiā. i. cor. 3. ait. Vt sapiens architector fundamentū posui. i. fidez. Et paulopost dicit. Fundamentū aliud nemo potest ponere preter id qđ positū est: quod est xp̄us iesus. Vbi Gregori9. & ponit. j. q. j. c. Cū paulus. ait. Cū paulus dicat ꝙ fundamētū aliud nemo potest ponere p̄ter id qđ positū est. cōsequēter pbat. ꝙ vbi xp̄s non est fundamentum fidei: nullū potest esse boni opis edificiū. hec ille. Item Jo. Cri. sup Matth. ait. Fides est xp̄iane religionis cūctarūqz virtutū p̄mū & stabilissimū fundamentū. August. etiā li. de verbis dn̄i. ait. Fides est substantia & fundamentū totius boni sp̄ualis: preterquā nihil ē quod bonū sit. Idem quoqz Aug. sup Jo. ait. Quicqd gratie: qcquid meriti. qcquid virtutis: quicqd beatitudinis aia susceptura est: totū ex fidei substātia fundamētoqz pcedit. hec ille. Dyon. insup in sentētijs suis dic. Fides est manēs credentiū fundamētū atqz substātia: collocās eos in virtute. Deniqz magistraliter etiā fides sic describit. Fides est virtus qua ea q̄ ad fundamentū religionis ptinent recte firmiterqz credūtur: & sic ex p̄fatis auctoritatibus pz intentū. ¶ Scđo idez sic probo vnica rōne. vz. pcessionis. Fundamentū rōnis ponit phs scđo Metha. di. In nullo genere causarum ɔtingit ire in infinitū: Sed ē deuenire ad aliqđ primū in illo genere. ex quo etiā oia illius generis descendāt. Vn̄ est deuenire ad primū efficiens: & ad primū finem. hec ibi. Dicit aūt precipue ꝙ in oib9 est deuenire ad aliqđ primū in illo genere: & non ire in infinitū: qr si aliquis vellet ire & procedere in infinitū: & nullū principiū ponere seu cām ex q̄ effectus rerum descēdat. Talis apud phos

tanq̄ȝ ignarus ⁊ insipiens censeretur ꝓpter quod phs.j. Phisicoꝝ dicit. Cōtra negantes principia nō est disputandū. Et Cōmē. super 5. Meth. ait. Qui negauerit primū principiū in oī genere reꝝ: impossibile est eū pbari. Et qꝛ ſm phȝ. xi. Meth. Diuersoꝝ diuersa sunt principia. Et .j. Posterioꝝ. ait. Impossibile ē oium eadē esse principia. Hinc est ꝙ duodecim modis snia phi verificat̃. vȝ. ꝙ in oī genere reꝝ est inuenire vnā primā causaȝ a q̄ oēs illius generis descendūt. patet ergo p̄mo numeraliter. vȝ in numeris. Nā innumeris ponitur prima vnitas: a q̄ oēs cetere sequētes ꝓcedūt. Vn̄ phs de celo ⁊ mūdo. ait. Vnū est prius multis: a quo ⁊ multa descendūt. sicut etiā simplex prius est cōposito. hec ibi. Et .io. Meth. dicit. Numerꝰ ē vnitatū pluralitas: et numerꝰ est multitudo vno mēsurata. Scd̄o patet materialr̄. Nā radix arboris ē prior stipite. ramis. frondibus. floribus. a qua tanq̄ȝ a causa pricipaliori predicta omnia descendāt. ¶ Tertio nāliter Proinde phus. io. Meth. ait. Prima principia reꝝ oium naturalium sunt tria. vȝ materia forma ⁊ priuatio. Et primo phisycoꝝ dicit. Tria sunt principia q̄ nō fiunt ex alijs: nec fiunt ex alterutris. Sed ex his dicūtur fieri alia. hec ibi. Et nota: ꝙ p̄uatio dicit̃ etiā esse vnū principiū nature: qꝛ priuatio ut dicit̃. 3. de aia. Cognoscit̃ p habitum ⁊ habitus quodāmodo fundat̃ sup priuatiōe Vnde habitū pietatis p̄cessit priuatio ipsius ¶ Quarto virificat̃ regula phi scialiter: seu subtiliter ⁊ speculatiue. Vn̄ phs. 4. Metha. dicit. Principia speculatiua sunt de quolibȝ dicit̃ esse vel nō esse: ad que sequūtur termi ⁊ q̄ōnes. Quod cōfirmās Tho. scd̄a scd̄e. q. 4. arti. j. in corpore. q. dicit. Qd̄ prima principia indemōstrabilia sunt subiecta sciētie. s. primū quod est in nobis de scientia sunt huius principia: ⁊ in coꝝ virtute continet̃ omnis scientia: ⁊ omnes questiones. propter qd̄ phus primo posterioꝝ. ait. Omnis scientia presupponit subiectū ⁊ principiū a quo ē. ¶ Quito virtualiter seu moraliter id est p q̄ttuor virtutes cardinales ⁊ morales. Vn̄ phus. 6. Eth. ait. Virtutes omnes inerūt prudentia existēte: quaꝝ nulla erit prudentia non existente: qꝛ prudentia est recta ratio agibiliū. sine q̄ nulla virtus recte opatur. ¶ Sexto virificat̃ artificialiter. Nam videmus ꝙ fundamentū domus est p̄us suis ptibus ⁊ tecto super qd̄ partes domꝰ ⁊ tectū fundant̃. ¶ Septimo ciuiliter. qd̄ sic patet: quia dominꝰ precedit seruos ⁊ est causa ipsoꝝ: serui vero dn̄m subsequūt̃. Item videmꝰ ꝙ ab aliquo dn̄o seu dn̄atione procedit ꝙ aliquis sit in arte militari capitaneus generalis: sub quo ordinat̃ caput squadre: deinde armigeri: postmoduȝ saccomani ¶ Octauo ꝓcessionaliter. ꝓ eo ꝙ nō tm̄ qd̄libet genus animaliū processit ab vno principio. Sed etiam totū genus humanuȝ ꝓcessit ab vno hoie. s. Adā ⁊ Eua. qd̄ sic pȝ. Cū enīȝ ſm phm. 2. de aia. Nihil generet seipsum. ergo vnus generat̃ ab alio: ⁊ alius ab altero: et sic successiue oportet ꝓcedere vsqȝ ad Euam ⁊ Adam: a quibus totū genus humanū ꝓcessit: qd̄ in genere ꝯfirmans auctor. 6. p̄ncipiorū dicit. Omnis cōitas ex quadā singularitate descendit. ¶ Nono potētialiter ꝓ eo ꝙ cōiter oēs actus cuiuslibet creature: a potentia descendūt: ⁊ originē trahunt ab illa. Vn̄ phs. 9. Metha. ait. Actus prior est potētia ratione ⁊ substātia. Tpe vero est qdem ut sic ē aūt non. Ratione enim ⁊ noticia actus prior est: utpote edificator: potente edificare. Tēpore etiā priora sunt actu entia. ex quibus fiunt que potentia sunt. hec ibi. Itē ibidē dicit. Actus prior est potentia tpe. preaccipit̃ enim actus alius ante aliū. vsqȝ ad eū qui est mouentis primi. Oppositū vero est quando potentia ⁊ actus sunt in eodē: quia tunc actꝰ ꝓcedit a potētia tanq̄ȝ a suo principio. propter qd̄ etiā ibidem. vȝ. 9. Metha. ait. Actus simpliciter prius est potentia ad actum: potentia semper precedit actionē. i. opationem tpe: nō natura. hec ibi. ¶ Decio mobiliter. i. ſm motum. vnde phs. 7. Phisicoꝝ dicit. In mouētibus ⁊ motis: non est processus in infinituȝ; sed est venire ad aliquē primū motorē a quo ceteri motus omnes descendant. ¶ Vndecimo verificat̃ sermocinalit̃. i. in sermonibꝰ ⁊ orationibꝰ faciendis: quia cū in arte oratoria diuerse simul ptes cōcurrūt: necesse est ꝙ omnes ptes descendant seu originē trahāt a ꝓhemio tanq̄ȝ a suo pricipio. Vn̄ phs. 3. rethorice sue ait. Prohemiū est principiuȝ totius orationis. Et ibidē ait. Qui aliquid magnuȝ dicturus est, ꝓhemiari debet. Et ibidem inqt ait. Prohemia veluti principia totius orationis facere debent auditores: dociles: beniuolos: optimos: ⁊ attētos. ¶ Duodecio postremo verificat̃ regula phi generabiliter. i. q̄tuȝ

ad generationẽ corporis humani. Nam pri-
ma pars: seu primũ membꝝ ex quib⁹ post-
modũ omnes alie partes ⁊ oia membra cor
poris humani descendũt ⁊ generant: est cor.
di. pho in. j. de iuuentute ⁊ senectute. Et etiã
primo de aialibus. Cor est primũ ꝙ generat
in aiali. Unde ẽ ꝑncipiũ venaꝝ ⁊ membroꝝ
motus ⁊ sensus in omnib⁹ animalib⁹ sangui
nem habentib⁹. Uel dicas qꝺ etiã regla phi
supernaturaliter verificari potest pro eo ꝙ a
causa supnaturali que deus est omnes crea-
ture supernaturaliter processerũt: sicut effect⁹
naturaliter a sua causa procedit. Qꝺ confir-
mans phs ꝑmo Metha. dicit. Deus videt
oium rerum esse causa ⁊ principiũ. Et Pla
to in thimeo ait. Deus est oium rerum au-
ctor maximus. Et ibidẽ dicit. O dij deorum
id est angeli: quorum opifex ⁊ pater ego sum.
Uos opera mea estis sed dissolubilia natu-
ra: volũtate tamẽ mea indissolubilia. hec ibi.
Ex premissis igit. i2. exemplis patet euidẽter
ꝙ regula phi que dicit. ꝙ in omni genere re
rum est inuenire primã causam. ex quib⁹ om
nes effectus illius generis descendunt. vtiqꝫ
verissima est. Quibus ꝑmissis arguo a simi
li: ꝙ vꝫ in omni genere virtutũ cardinaliũ in
fusaꝝ. q̄ ſm Tho. ꝑma scꝺe. q. 63. ar. 4. sunt
alterius speciei. ꝑcipue respectu finis a virtu
tibus acquisitis ⁊ necessario ſm eũdẽ Tho.
vbi supra. ar. 3. Cum ceteris virtutibus theo-
logicis in anima infunduntur. oportet oino
concludere aliquã esse virtutẽ priorẽ: seu ꝑn-
cipaliorẽ omnib⁹ alijs virtutib⁹: tam theologi
cis q̄ꝫ etiam alijs moralibus infusis: a q̄ vir
tute tanq̄ꝫ a priori causa ⁊ fundamẽto. cetere
omnes virtutes tam theologice q̄ꝫ morales
infuse trahant originẽ seu procedãt. ꝙ si sic q̄
ritur que sit prior ⁊ principalior virt⁹ seu cau
sa a qua cetere procedãt. ⁊ sup quã omnes si
mul fundẽt. Certe rñdeo ꝙ nõ ẽ spes: nec ca-
ritas nec aliqua ceteraꝝ virtutũ moraliũ in-
fusaꝝ. sꝫ simpliciter: hoc priuilegio: hac ꝓro-
gatiua: hac dignitate: hac deniqꝫ nobilitate
⁊ excellentia gaudet sola ⁊ sanctissima fides.
Nam ipsa certe prior est ⁊ principalior inter
omnes predictas virtutes. Ipa sola tanq̄ꝫ re
gina ⁊ ducissa ducatũ tenet ⁊ principatũ. pro
eo ꝙ ipsa ut immediate declarabit est ꝑor ce
teris omnib⁹ virtutibus: dico natura: ⁊ rõne;
sed nõ tempe. Et insup ipsa sola hoc mõ di-
citur causatiua ⁊ generatiua oium aliarũ vir
tutum: ⁊ ꝙ sic sit practice loquendo ptꝫ. Naꝫ
fides est causatiua spei in anima. Unde pri-
ma inchoatio reruꝫ sperandarũ in nobis. est
ꝑ assensum fidei que virtualiter in se cõtinet
omnes sperãdas res. prout ad litteram dicit
Tho. scꝺa scꝺe. q. j. ar. j. in corpore. q. ꝙ. s. spes
causetur ex fide. Et rationẽ assumit ab Au-
gusti. in encheridion dicẽte. Spes non potest
haberi de beatitudine. nisi per fidem creda-
tur possibile: eo ꝙ impossibile non cadit sub
spe. Credit autem quisqꝫ esse possibile beati-
tudinem habere ex diuina bonitate per fidẽ
ergo. ⁊c̃. Similis fides est causatiua charita-
tis dei. vꝫ ⁊ proximi. Et ratio est quia vo-
luntas non potest deũ amare: nisi prius inte
rius rectam fidem habuit de xp̄o ⁊ deo. Si-
militer est causatiua fides ceterarũ virtutum
moraliũ. quoniã ex charitate a fide generata
generãtur per consequẽs operationes virtu
tum moralium. utputa. Prudentie: fortitudi-
nis: iusticie: temperantie: et huiusmodi. q̄ ope
rationes sine coꝝ habitibus nequaq̄ꝫ haberi
possunt. Ex qua ratione libet cõcludere ꝙ si-
cut ſm philosophũ. 4. Metha. Substãtia di
citur esse primũ ens: seu prima causa. ex qua
omnia alia dependent. Ita a simili: fides san
ctissima est causa primaria. ex qua acquiritur
spes: charitas: virtutes morales: gratia gra-
tum faciens. ⁊ per consequens beatitudo.
¶ Tertio etiam probo distinctione. vꝫ ꝙ fi-
des dicitur esse substãtia: seu causa principa-
lior inter ceteras virtutes. ex qua per conse-
quens etiam cetere virtutes in anima cau-
santur ⁊ ganerãtur. Et dimissis distinctioni
bus quas phs ponit. 8. phisy. ⁊ in post ꝑdica
mentis. In q̄bus diuersimode demonstrat
vnũ esse ꝑus altero: seu vnã causam eẽ prio-
rẽ altera: simplr̃ accipiã distinctionẽ Augus.
tanq̄ꝫ clariorẽ: ⁊ magis substantialẽ. Distin-
guit igit Aug. sup gẽn. ꝙ causa vna dicit esse
prior altera: ⁊ ꝑ cõsequens aliaꝝ causatiua.
Prio eternitate. Scꝺo tpe. Tertio ꝑfe-
ctione. Quarto origine. Prio dr̃ aliquid
prius eternitate: ⁊ sic soi⁹ de⁹ ꝑcedit oia crea-
ta. Nõ loquor de ideis. que etiã eterne sunt
⁊ que nihil aliud sunt nisi ipe de⁹: sed loquor
q̄ꝫtum ad substantiam suam que fuit ab eter
no ante omne tempus. Ecõtra vero substan
tie omniũ creaturarum sunt ⁊ fuerũt non in
eternitate ante temp⁹. Ideo isto modo fides
nõ ꝑcedit ceteras virtutes: q2 fides ifundit in

animabus nostris et etiã cetere virtutes in tempore ⁊ nõ in eternitate. ¶ Secundo aliquid dicitur prius tpe simpliciter. Et sic flos simpliciter precedit fructũ. Isto etiã secundo modo fides non dicit͛ esse prior ceteris virtutibus: infusis immo omnes virtutes tã theologice q̃z etiam morales infuse: simul ⁊ semel in eodem instanti tempe in aia rationali ab ipso deo infundũtur. ¶ Tertio aliquid dicit͛ prius altero ꝑfectione seu electione. Et sic fructus precedit florem: ⁊ merces laborez. Hoc autẽ tertio modo fides nequaq̃z prior est charitate: immo simpliciter charitas ipsa ꝓor est fide: ⁊ spe: ceterisq̄z omnibus virtutibus infusis. eo ꝙ fides ⁊ spes ceterecq̄z virtutes perficiuntur ꝑ charitatẽ: que est mater ⁊ finis omniũ virtutum. dicente Aplo. j. ad Thi. j. Finis precepti est charitas. Et. j. corin. iz. ait. Nunc autez manent fides: spes: charitas. tria hec maior autẽ horum est charitas. vel dicas. ꝙ sicut ordine ꝑfectionis forma est prior materia. ꝑfectum imꝑfecto: Actus potentia ut habetur. 9. Metha. Sic charitas est prior fide ⁊ spe. Et ꝑ consequens ceteris virtutibꝰ infusis. eo ꝙ tam fides ⁊ spes: q̃z cetere virtutes ꝑficiuntur per charitatem. ¶ Quarto aliqd dicit͛ prius altero origine: natura: seu ratione sicut sonus precedit cantũ: et lux splendorem: ⁊ substantia anime ꝓcedit potẽtias suas. Et hoc quarto modo dico ꝙ sola sanctissima. fides necessario precedit ⁊ est prior spe charitate. ⁊ ꝑ consequens ceteris virtutibꝰ infusis sicut materia necessario precedit formã: ⁊ potentia antecedit actuz suũ. Ex quibus oĩbus colligitur ꝙ cum fides sanctissima sit ꝓor natura ceteris virtutibus infusis ꝑ consequens cõcludo. ꝙ ipsa fides est fundamentũ totius xpiane religionis: ⁊ est fundamentũ oĩum virtutũ cardinaliũ seu moraliũ. utputa: prudẽtie: temꝑantie: fortitudinis: iusticie: ⁊ huiusmodi. inq̃ztum sunt virtutes infuse. Est quoq̄z fundamentũ totius meriti condigni eterne vite. Est deniq̄z fundamẽtũ totius btitudinis seu felicitatis ⁊ future glorie. sine quo fundamẽto nec charitas infundit͛ in aia: nec cetere virtutes. Sine quo fundamento non põt haberi gratia gratũ faciens: nec vlluz meritũ eterne vite cõdignum. Sine quo fundamẽto nullatenus etiã potest haberi futura glia seu eina beatitudo. Et in hoc apparet maxima nobilitas fidei: cũ deus caz solã cõstituerit fundamentũ ⁊ principiũ oĩum virtutũ infusaꝝ: omnis gratie gratũ faciẽtis: omnis meriti: atq̄z omnis future glorie. Ex qua etiã distinctiõe patet: qualiter fides cũ sit prior ceteris virtutibus natura ⁊ ratione: ⁊ ꝑ consequẽs debet esse ceterarũ virtutũ oĩuz causatiua. ¶ Quarto deniq̄z hoc idẽ probo similitudine. Nam Ambro. in Examerõ. dicit. Sicut bonus artifex primo fundamentũ ponit. Et fundamẽto posito: edificatiõis mẽbra distendit: ⁊ suꝑponit. Deide ornatũ adiungit: sic ecclesia militans primo ponit in aia fundamentũ fidei. qđ est iesus xp̃s: qui est tanq̃z lapis primariꝰ de quo ꝓmo Coꝛ. 3. Apo. dicit. Fundamentum aliud nemo põt. ⁊c. Deinde ponit spem in summo tanq̃z lapidẽ angularem. De quo ad Eph. 3. dicit͛. Ipo summo angulari lapide xp̃o iesu. ⁊c. Ipsa enim spes dicit͛ lapis angularis: quia hominẽ cum fide disponit ad coniunctionẽ ipsius dei. Postremo ponitur charitas in medio fidei ⁊ spei. tanq̃z quoddã cementũ: seu vinculũ perfectionis. De qua ad Collo. 3. dicitur. Super omnia charitatẽ habete: quod est vinculũ perfectionis. Ex qua similitudie apparet qualiter sanctissima fides est substãtia totius xp̃iane religionis. i. fundamentũ substans ceteris cũctis virtutibꝰ. Aliam similitudinẽ ponit Aug. suꝑ Io. di. Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet species pulcritudinis: ⁊ tamẽ quicqd est in arbore virtutis pulcritudinis ⁊ decoris: ex illa ꝓcedit. Sic ex fidei humilitate que inter omnes prior est: quicqd est meriti: qcquid ve btitudinis aia susceptura est: ab ea procedit. hec ille. Aliam deniq̄z similitudinem ponit dñs iesus Matth. 7. Assimilans fidem firme petre: supra quam sapiens totaz domũ suã edificat. Proinde Matth. 16. dixit. Super hanc petram edificabo ecclesiam meã. Petraz vocat firmitatem fidei in petro. Hoc fundamẽtum nõ timet pluuiã: nec flumina: nec ventos nec mixꝫ: innixũ est enim petre veritati. Proinde Matth. 7. dicit͛. Descendit pluuia ⁊ venerunt flumina: ⁊ flauerunt venti: ⁊ non cecidit domus. fundata enim erat supra firmã petram. hec ibi. Pluuia que de sursum venit est impugnatio aeree potestati. flumina q̃ de montibus descendũt. sunt persecutiones potentum atq̄z superborum. Venti dicũtur. Omnia tẽtationũ genera: que simul omnia non possunt destruere structurã ⁊ edificium

ſanctarũ virtutum infuſarum. eo ꝙ firmiſſi-
me ſupra petram ſancte fidei fundate ſunt.
Aliam poſtremo ſanctiſſime fidei ſimilitudi
nem.ponit pħus.7.Metha. Et etiam Com
mentator ſuꝑ ſcđo de anima.dicentes.Sub
ſtantia eſt prior omni accidente cognitiõe dif
finitione ⁊ tempore. Accidens aũt ſm Por
phirium.li.vniuerſalium.c.de accidente. Eſt
quod adeſt ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptio-
nem. Et quoddã eſt ſeparabile: ut dormire:
quoddã inſeparabile: ut nigredo corui.poteſt
tamen coruus intelligi albus ⁊ preter nigre-
dinem.hec ille.Et pħus primo Phiſycoꝝ.⁊
primo Poſteriorũ diſtinguit dicens. Acci-
dens eſt duplex.ſ.ſeparabile:⁊ propriũ.Qui-
bus premiſſis dico ꝙ ſubſtantia prior eſt ac
cidẽte ſeparabili tempore ⁊ natura: prout eſt
anima.quia ſubſtantia anime in qua fundã-
tur habitus virtutũ ⁊ ſcientiaꝝ. prior eſt na-
tura ⁊ tempore ipſis virtutibus ⁊ ſciẽtijs.Si
militer ſubſtantia corporis prior eſt acciden-
tibus ſuis tempore ⁊ natura.utputa nigredi-
ne ⁊ albedine:⁊ huiuſmodi.Talia accidentia
que ſunt poſteriora tempore: ⁊ ratione ipſis
ſubſtantijs. vtiqȝ ſunt ſeparabilia ab eis. pȝ.
quia,albedo ⁊ nigredo interduȝ adſunt ⁊ in
terdum recedunt.Similiter habitus ſcientia
rum etiã ſeparabiles ſunt ab ipſa potẽtia in
tellectiua. Aliqñ per vehementẽ egritudineȝ
corporis: Aliqñ vero ex longa diſſuetudine
non recogitanti. Similiter eſt de habitibus
virtutũ:qm̃ ꝑ contrariã ꝯſuetudinẽ vitiorum
perduntur.Aliqñ vero ſubſtantia eſt prior ac
cidente nõ tempore:ſed ſimpliciter natura et
ratione:⁊ intelligi de accidente inſeparabili.
Nam accidens inſeparabile in homine. ꝓ-
ut eſt riſibilitas: hoc eniȝ nunq̈ȝ poteſt ab ho
mine ſeparari. Vnde nullꝰ eſt homo vel fuit
vnq̈ȝ:qui ⁊ ſi non riſerit.ſicut dicit̃ feciſſe xp̃ȝ
ſeu ſcientiã non didicerit:⁊ virtutes non ha-
buerit.tamen aptitudinem ridendi:ſcientiam
addiſcendi:⁊ virtutes acquirendi ſemper ha
buit.Per quod pħus.j.Phiſy.dicit.ꝙ acci-
dentia propria:⁊ proprie paſſiones nunq̈ȝ ſe-
parant̃ a ſuis ſubſtãtijs. Talia eni accidẽtia
inſeparabilia:vtiqȝ ratione ⁊ natura ſunt po
ſteriora ipſa ſubſtantia: quia ſicut ſubſtantia
anime eſt prior rõne ⁊ natura: nõ tempꝫe ip-
ſis potentijs.que ſunt intellectus ⁊ voluntas
Sic ſubſtantia hominis in qua fundat̃ riſi-
bilitas ⁊ diſciplinabilitas eſt p̃or ratiõe ⁊ na
tura ipſo accidente inſeparabili.quod eſt eſſe
riſibile ⁊ diſciplinabile.¶ Ex qua etiã ſimili
tudine concludo ꝙ cũ cetere virtutes ut ſ̃ di-
ctum eſt.ſint in anima ſicut quedã accidẽtia
fundata ſuper ſubſtantia : et habitus etiam
ipſius fidei:propter hoc manifeſtum eſt : ꝙ fi
des ipſa prior eſt ceteris virtutibus natura ⁊
ratione. ⁊ per conſequẽs eſt cauſatiua oium
aliarũ virtutum. Et ſic ex predictis auctorita
tibꝰ:rõne:diſtinctõe:atqȝ q̃druplici ſĩlitudine
patet qualiter fides eſt prior rõne ceteris vir
tutibus.⁊ ꝑ conſequens eſt cauſatiua omniũ
virtutũ infuſarum:ois gratie gratum facien
tis. omnis meriti atq̈ȝ ois future glie. Et ex
hoc: o fides benedicta:o fides ſancta: o fides
amabilis:o fides ſuper omnia deſiderabilis
apparet ꝙ inter ceteras omnes virtutes ma
xima precipue eſt virtꝰtua atqȝ potentia.Te-
ſte pħo:qui in primo de celo ait. Omnia p̃n
cipia ſunt minia in quãtitate ſed maxima in
virtute. Et.2.elenchoꝝ.dicit principiũ quãti-
tate minimũ eſt:poteſtate vero maximũ. Et
ſic etiã ex omnibꝰ ſupradictis patet primꝰ re-
ſpectus quo fides ſubſtãtia dicitur.

¶ De ſcđo reſpectu quo fides ſubſtantia dr̃

Secũdꝰ etiã reſpectus quo fides ab
Aplõ ſubſtãtia eẽ dicitur eſt reſpectꝰ
neceſſitatis: q̃ nõ tm̃ ut claruit fides
neceſſario eſt prior ceteris virtutibus.Et in-
ſuꝑ cauſatiua ceteraꝝ virtutũ.Sed inſuꝑ eſt
ſumme neceſſaria ad ceteras oẽs virtutes ha
bendas. Sicut etiã fundamentũ domus dr̃
eſſe neceſſariũ reſpectu ſuaꝝ ptiũ. ſine quo ꝑ
tes eſſe non poſſent.hoc modo dicẽdo a ſimi
li ꝙ cum fides:ut declaratũ eſt ſit ſubſtantia
⁊ fundamentũ oim virtutũ: ſumme neceſſa-
ria eſt ad ceteras virtutes habendas . ſine q̈
¶Tertio hoc idem probant ratione causalitatis. Fundamentum rationis eorū ponit Auctor lib.de causis.di. Quicquid est causa cause:est etiam causa causati. patet hec regla Nam si quis fuit causa plantandi arborem est etiam causa omniū fructuū ex illa descendentium. Quo presupposito certū est:q de⁹ est qui creat hominē:& causa lib.arbi.dicēte Salomone Sapien.10.Fecit deus hominē rectum: & reliquit eum in manibus consilij sui.Et Ecclesia.15.dicitur.Deus ab initio cōstituit hominem.& reliquit eum in manu cōsilij sui.Sed clarum est:q libe.arbi.est causa peccati.di.pho.3.ethico. Voluntaria sūt vitia sicut & virtutes.Q̄d si sic est:ergo sequitur q deus est causa peccati. Sic enim dicitur ex de iniur.& dam.da.c. si culpa. Qui causam dāni dat:dānum dedisse videtur: imo quod plus est:si deus dānaret moraliter viuentes in sua lege.presupposito etiam q peccarent: magis esset peccator:q̄z omnes dānandi. et ratio est:quia.2.metha.dicitur. Quicquid est causa aliorum vt sint talia:id maxime ē tale sicut exempli gratia.Si ignis est causa calefactionis:ideo ipse maxime est calidus. Sed cum impossibile sit deum esse causam directam alicuius mali.& per consequens dānationem aliquorum.bene ergo concluditur q omnes moraliter viuentes in sua fide et lege saluantur.¶Tertio deniqz probant aliqui generali admiratione:q omnes sub sua lege & fide viuentes saluari possunt. Dicunt enim.Si deus solū eos saluaret qui sub vna fide viuunt.& ceteros omnes ab illa fide alienos damnaret.valde mirū omnibus hominibus mundi generaliter appareret:et precipue cum paucissimi saluētur.Multi vero dānentur. et sic ex predictis auctoritatib⁹:rationib⁹:& generali admiratione. patet falsa opinio dicentiū. q vnusquisqz saluari potest in sua lege & fide. Et per consequēs etiā patet primus articulus circa vnitatē fidei declarāde.qui dicit articulus false opinionis.

¶De scd̄o articl'o circa vnitatē fidei declarādo:in quo ostēdit q simplr est vna sola vera fides et ñ plures: i q̄ saluari p̄t qcūqz saluat.

Secundus articulus circa vnitatē fidei declarādus.dicit articulus firme tentionis.Quoniā ut ait phus p̄mo Elenchoꝝ. & primo rethorice sue. Opposita iuxta se posita magis elucescūt. sicut album magis elucescit. apud nigrū q̄z si nullū nigꝝ adesset.Ideo postq̄z demonstraui falsaz opinionē dicentiū. q vnusquisqz saluari potest sub sua fide.habeo nunc in presenti articulo declarare veram opinionem & rectam:quomodo.s.nō est possibile homines saluari nisi sub vna sola fide & lege.propter quod dico q de necessitate salutis est:q quisqz firmiter teneat & credat:q sit sola lex & fides:in qua sola:& non in aliqua altera saluatur: & saluari potest:quicūqz saluari debet & saluatur. Et q necesse est credere:q sit vna sola fides in toto mundo:in qua sola & non altera quisqz saluat. Quintupliciter pbo. Primo rationibus. Scd̄o auctoritate. Tertio distinctione. Quarto similitudine. Quinto reuelatione. ¶Primo ratione quadruplici:q.s. necesse est tenere & credere q sit vna sola fides in toto mundo:in qua sola non in altera saluatur:quicūqz saluatur & saluari debet Primo ratione obiectionis. Scd̄o ratōe subiectionis. Tertio ratione diuersificationis. Quarto ratione infusionis.¶Primo probo ratione obiectionis:siue obiecti. Fundamentum rationis ponit Tho.super libro de sensu & sensato.di.Simplex obiectū sim-

plicem potentiam ⁊ non diuerſam requirit.
patet hec regula. Cum enim qnqȝ ſint ob-
iecta ſpecifica ſenſibilium: ideo qnqȝ dicimꝰ
eſſe ſenſus. Et quia color vt dicitur in ſcđo
de anima. eſt ſimpliciter obiectum viſus:
ideo ſimpliciter vnus ſenſus qui eſt poten-
tia viſiua ⁊ non auditiua. ſimpliciter dirigi
poteſt ſeu dirigitur ad ipſum colorem viden
dum: quod nullus aliorum ſenſuum diuer-
ſorum facere poteſt. Exemplifica de alijs ꝑ
ut vis. Quo preſuppoſito vȝ. ꝙ quandocūqȝ
obiectum eſt vnum: neceſſarium eſt eſſe tm̄
vnam potentiam: ⁊ per conſequens tm̄ vnū
actum. Certum eſt autem ꝙ deus ſimplici-
ter inquantum eſt veritas increata: eſt vnuȝ
ſolum obiectum cuiuſlibet intellectus ratio-
nalis. ſic enim dicitur Exodi.20. Audi Iſrł.
dominus deus tuus vnus eſt. Et ꝓpħa dic̄.
Non erit in te deus recens: quod cōfirmās
Ricar.in.3.diſtin.23.articu.5.q.2.dicit. Ob-
iectum fidei eſt veritas increata: ad quā crea
ta omnia reducuntur. hoc idem aſſerit Tho.
ſcđa ſcđe.q.j.articu.j. Sic inſuper obiectum
intellectus ſpeculatiui eſt ipſa veritas: que ēt
reducitur ad primam veritatem. Vnde phs
2.metha.dicit. Intellectus ſpeculatiui finis ⁊
delectatio eſt veritas. Et.6.ethico.ait. Bonū
intellectus eſt ſcientia ⁊ veritas. Et ṗmo de
anima dicit. Intellectiua ⁊ ſpeculatio veri-
tatis videntur eſſe proprie paſſiones anime.
ꝙ ſi ſic eſt: ꝙ vna eſt ſimpliciter in ſe veritas
diuinarum rerum ſeu credendorum. ſ. veri-
tas increata: quā non variat nec diuerſificat
in aliquo diuerſitas: vel varietas credendo-
rum: qm̄ talis increata veritas rerum non
pendet vllo modo ex ipſis hominibus: aut
ex diſpoſitionibus eorum credendorum: ne-
ceſſe eſt concludere: ꝙ vnius veritatis ſimpli
citer debet eſſe vna apprehenſio: ſicut ⁊ vniꝰ
coloris vna eſt apprehenſio: ſicut ⁊ vnius co-
loris vna tm̄ eſt potentia. ſ. viſiua eum appre
hendens. ⁊ hoc quantum ad apprehenſum:
lȝ ſint varij modi apprehenſionum: ſicut vnꝰ
apprehendit ſignum cum ſagitta tenens ar-
cum altum. Alius procliuum: alius in parte
dextra: ⁊ alius in parte ſiniſtra. Ex qua ra-
tione neceſſario: neceſſario concluditur: ꝙ cū
apprehenſio iſtius increate veritatis nō poſ-
ſit eſſe in cōmunitate omnium hominum:
niſi per credulitatem ⁊ fidem: bene ſequitur
quod vna ⁊ cōmunis debet eſſe credulitas

omnium hominum. Cum autem iudei cre-
dant in meſſiam venturum. Saraceni vero
⁊ theucri in Machometum: ⁊ chriſtiani in
Chriſtum: propter quod ⁊ diuerſas leges ſe
quūtur ⁊ opera. clarum eſt ꝙ duas ſectas ne
ceſſario oportet eſſe falſas: cum probatuȝ ſit
ꝙ vnum ſit ſimpliciter obiectum cuiuſlibet
humani intellectus. ſ. veritas increata: ⁊ oia
que ad eam reducuntur. ¶ Scđo etiam pro
bo ratione ſubiectionis ſiue ſubiecti: ꝙ ſim-
pliciter eſt vna bona fides: ⁊ non plures. Fū
damentum rationis ponit phs.3.de anima.
dicens. Scientie ſecantur queādmodum ⁊
res a quibus vel de quibus ſunt ſcientie. hoc
idem confirmat idem phus ṗmo de anima
⁊.2.methaphy.⁊.8.topicoꝝ. ꝙ ſcientia trahit
nobilitatem a ſuo ſubiecto. patet hec regula.
Quia enim anima eſt diuerſa genere a cor-
pore. Ideo ſm phm ṗmo de anima. diuer-
ſificat ſcientiam ab eo. Similiter quia ignis
⁊ aqua ſunt diuerſa genere: ideo diuerſificāt
actꝰ ſuos. Ex quo bene patet: ꝙ ſi plura ſint
ſubiecta ⁊ diuerſa: ergo plures erūt ⁊ diuer-
ſe ſcientie ab eis procedentes. Econtra vero
ſi vnum eſt ſimpliciter ſubiectū: vna erit ſim
pliciter ⁊ ſcientia. Quo preſuppoſito ꝙ vniꝰ
ſubiecti vna ſimpliciter eſt ſcientia. Certum
eſt ꝙ intellectus eſt vnus ſpē in tota genera
tione humana. Vnde Tho.in.2.di.32.⁊ dñs
Bonauentura ibidem in queſtionibus circa
litteram.q.vltia dicunt. ꝙ omnes anime ra
tionales ab origine ſunt equales: quantum
ad ſubſtantiam ⁊ eſſentiā. Quia vt dicit phs
3.metha. Species equaliter predicantur de
ſuis indiuiduis quod eſſe nō poſſet: ſi forme
eſſent inequales. Et ratio eſt ſȝ Tho. Quia
cum omnis diuerſitas formalis que non ꝑ
reſpectum ad materiam ſit diuerſitas ſm
ſpeciem. teſte pho.10.metha. omnes anime q̄
ſint eiuſdem ſpeciei: relinquitur ꝙ nulla di-
uerſitas: ⁊ per conſequens inequalitas ſit i
animabus humanis: hic non loquor de aia
Chriſti: que fuit perfectior omnibꝰ animabꝰ
etiam in naturalibꝰ: quia naturaliter habuit
meliorem intellectum: memoriam: ⁊ volun-
tatem: qȝ quelibet alia aia. lȝ ꝓpter hoc non
ſit egreſſa timore humane ſpēi. Nec inſuper
loquor: ꝙ vna aia ꝑ accñs nō ſit ꝑfectior al-
tera reſpectu melioris cōplexionis corporis:
prout dicit phs.2.de anima. Sȝ loquor ſim-
pliciter: ꝙ natura hominis ſiue natura aie

quantum ad substantiam z essentiam: vna z eadem est apud omnes: vnde iudei intellect9 z saraceni nihil differt ab itellectu christiani z econuerso. dicente Porphirio in suis vniuersalibus. Plures homines sunt vnus hō participatione vnius speciei. Species enim est collectio in vnam z candem naturaz. Et ibidem ait. De vero que sunt hominis proprietates. dico autem eius qui est cōis erunt equaliter eedem in omnibus. Idem autem esset vniuscuiusqz vnum z idem: neqz intensionem: neqz remissionem suscipit. hec ibi. ꝙ si vt patet natura omnium hominum ē cōis: z est eadem apud omnes nationes mundi: ergo sequitur ꝙ z naturalia erunt eadem apud omnes. Ideo quecūqz debentur creatori iure nature: seu iure naturalium. cōmuniter ei debentur ab omnibus z apud oēs. Ideo cultus q deo debetur naturaliter: siue propter eius excellentiam: siue propter beneficiorum z donoꝝ naturalium obligationez cōmunis esse debet apud omnes. Sed cum talis cultus qui deo debetur ab omnib9 iure nature nihil sit nisi principia quedam fides. vz. z credulitas. Ideo ꝓpter hoc necesse ē cōcludere: ꝙ vna sola z non plures sit fides et credulitas: que deo debetur. ꝙ si sint plures credulitates: sicut z sunt. Igit̄ sic diuersimode credentes necesse est agere contra naturā z sic quoddam malum z peccatum. Igitur propter hoc necesse est tenere: ꝙ vna sit simpliciter vera fides: z non plures. Et sic confirmatur ista ratio. Videmus enim ꝙ affectionum cause apud omnes: z apprehēsiones carum etiam erga deum eedem sunt. Nā spei causa in omnibus est apprehensio diuine liberalitatis z misericordie. Amoris autem causa est apprehensio diuine bonitatis. Igit̄ cum affectiones iste eedem sint apud omnes z apprehensiones que sunt cause illoꝝ eedez apud omnes erunt. Apprehensiones in presenti de deo: oportet esse fidei: propter virtutem intellectus hominum: vt in precedentibus monstratum est. ꝙ si sic est: ergo a simili vera fides: vna z eadem erit necessario apud omnes. Si autem aliquis obijceret. di. Cum enim. 3. de anima dicatur. Scientie secantur quēadmodum z res: igitur cum fides sit de rebus coniunctis materie transmutabili: et de re separata a materia: z de deo z de moribus hominū: videtur ꝙ ad minus possint esse tres fides. s. naturalis: diuinalis: z moralis. Ad hoc respondeo: ꝙ z si de rebus diuersis diuerse sint scientie. hoc debet intelligi qn̄ considerant non in relatione ad aliquid vnū quod sit ꝑncipiorum subiectum. In fide autē non est sic: imo omnia que considerantur in fide z creduntur: considerantur z credunt̄ sꝫ aliquā comparationem ad aliquid vnum: qd est ꝑncipioꝝ. s. articuloꝝ fidei subiectuz. s. deū Vel dicas sm̄ Ricar. in prohemio. 1. q. 2. ꝙ quecūqz conueniunt in rōne vna possunt ad vnam scientiam pertinere. Vnde etiam oia inquantum conueniunt in ratione entis: pertinent ad methaphisicaz. eo ꝙ methaphisica tractat de omni ente vniuersaliter. Vñ phs 4. metha. dicit. ꝙ vnius scientie consideratio ē de ente vniuersaliter. Et Auic. 1. metha. sue dicit. ꝙ subiectum mediante est ens inquātū ens. Sic ergo a simili dico. Cum fides infusa sit simpliciter de diuersis articulis z reb9 per solam rationem z virtutem diuinam: q̄ omnia simul complectitur. Omnia enim ab ipso deo: z ad ipsum sunt: existens vna simpliciter: potest etiam esse de diuersis rebus. Ex quibus omnibus patet scd̄a ratio. ¶ Tertio probo fidem necessario esse vnam ratiōe diuersificationis. Fundamentū rationis ponit phs. 1. posterioꝝ. z. 4. metha. dicens. Affirmatio z negatio nunq̄ꝫ sunt vera de eodem. patet hec regula. Nam ꝙ aliquid simul z semel sit album z non album: calidum z nō calidum: hoc est impossibile: quia necessario oꝫ ꝙ illud sit simpliciter: aut album aut non album: aut calidum aut non calidum. Quo ꝑsupposito cum bonum z malum sint in reb9 Sed veꝝ z falsum sint in intellectu: vt dicit̄ 7. metha. certū ē: ꝙ fides qua quisqz saluandus est: non potest esse simul vera z falsa: qm̄ vt dicitur. 10. metha. Duo cōtraria non stant simul. Sed manifestum est: ꝙ aliqui: vtputa iudei z saraceni affirmant suam fidem eē bonam. Fidem vero christianoꝝ esse oio falsaz Oppositum christiani dicunt: qd̄ sic pꝫ. Nā lex Machometi concedit. 12. vxores vt bonū lex vero christianoꝝ prohibet: vt malū. Tunc vltra peto: aut habere. 12. vxores est bonū sm̄ suam rōnem aut malum. Sed claꝝ est: ꝙ lex christianoꝝ cum prohibeat hoc vt malum: et z lex machomenti concedat vt bonuz: ꝙ hoc omnino est impossibile. vz. ꝙ lex machometi sit simul bona z mala: z sic dico de quauis

alia fide ⁊ lege. ꝙ autem quisqꝫ iudicet suam
fidem simpliciter vel legem esse bonam: et
econtra omnem aliam malam. patet. q̄ꝛ quisqꝫ
fauet eis qui sue adherent fidei. Nam chri-
stiani baptizant saracenos ⁊ iudeos. ⁊ econ-
uerso: ipsi dant christianis suas cerimonias.
Econtra etiam per oppositum: omnis secta
igne ⁊ ferro persequitur sentientes contraria
sue fidei tanq̄ꝫ rem malam: imo plus persequit̃
illos q̄ꝫ fures ⁊ raptores. Quibus omnibus
premissis: cum impossibile sit ꝙ vna ⁊ eadeꝫ
fides sit simul vera ⁊ falsa. Ideo per conse-
quens impossibile est esse nisi vnam solam ⁊
veram fidem: qua deo exhibetur verus cul-
tus. ¶ Quarto deniqꝫ probo ratione infu-
sionis: ꝙ simpliciter est vna sola fides: i qua
saluatur quicūqꝫ saluatur. Fundamentum
rationis ponit ph̄s. 2. de generatione ⁊ cor-
ruptione. di. Idem manens idem: semꝑ ap-
tum natum est facere idem. patet hec regula
Nam ignis manens ignis: semper calorem
emittere potest: ⁊ non frigus. Quo presuppo
sito certum est: ꝙ fides a deo in anima infū-
ditur. dicente Augustino in lib. de libe. arbi.
⁊ ponitur de consecra. distinc. 4. c. Gratia.
Fides inquit non est liber. arbi. tm̄. Sed est
dei donum. Et Sapien. 3. dicitur. Dabitur
ei fidei donum electum ⁊ sors in templo dei
acceptissima. Quo͛ si sic est: ꝙ fides est a deo.
cum deus sit semper manens. Idem inua-
riabiliter ergo necessario infundit in ani-
mabus vnam solam fidem: ⁊ non diuersas
Nam aliter sibi facere est impossibile: quia
vt probatum est: cum oporteat aliquā fidem
esse veram: aliquam vero falsam: sequeret̃ ꝙ
deus ipsemet mutabilis esset: ⁊ insuper di-
uerse substantie ⁊ nature: pro eo ꝙ vni infun
deret fidem salutiferam: alteri vero non sa-
lutiferam ⁊ dānabilem. Et vltra hoc videre
tur ꝙ deus esset acceptator personarum: quo͛
est impossibile: ⁊ etiam hereticū credere. Sic
enim dicitur. 32. q. 4. c. sic. ⁊ de consecra. dist.
4. c. nequaq̄ꝫ. ⁊ ex̄ de preben. c. venerabilis.
Apud deum nulla est acceptio personarum:
propter quod oportet concludere: ꝙ de⁹ vnā
solam fidem omnibus exhibet: qui volunt ac
cipere ⁊ non plures. Et ideo libro de causis
dicitur. Causa prima existit in omnib⁹ rebus
sm̄ dispositioneꝫ vnā. Et Plato in thimeo
dicit. Prima causa est sine vlla variatione.
Et. 7. ethico. ph̄us. ait. Simplicis ⁊ imutabi
lis nature semper vna ⁊ eadem actio ē. Que
simul omnia confirmans Salomon Sapi.
6. ait. Pusillum ⁊ magnum diligit deus: et
est ei equaliter cura de omnibus. Ex predi-
ctis igitur quattuor rationibus clarissime pꝫ
qualiter simpliciter est sola vna ⁊ vera fides
⁊ non plures: in qua saluabit̃ quicūqꝫ saluat̃
¶ Scđo hoc idem probo vnica auctoritate
Augustini. libro de verbis domini. dicentis.
Vna sola est fides deo grata: ⁊ omnibus sa
lutifera: in qua omnes saluantur: ⁊ extra quā
saluari ipossibile ē. hec ille. ¶ Tertio hoc idē
probo vnica distinctōe. beati Tho. scđa scđe
q. 4. arti. 6. in corpore. q. dicentis. Cuꝫ querit̃
an tm̄ sit vna sola ⁊ vera fides. an possint eē
plures: Respondeo ꝙ fides vera tm̄ vna est
Nam fides si sumatur per habitum. dupli-
citer potest cōsiderari: vno modo ex parte ob
iecti. Et sic est simpliciter vna fides. Obiectū
enim fidei formale: est veritas prima: cui in-
herendo credimus quecūqꝫ continentur sub
fide. Alio modo ex parte subiecti: ⁊ sic fides
diuersificatur sm̄ ꝙ est diuersorum. Mani-
festum est autem ꝙ fides sicut ⁊ quilibet ali⁹
habitus ex formali ratione obiecti hꝫ speciē.
Sed ex subiecto indiuiduatur. Et ideo si fi-
des sumitur pro habitu quo credimus: sic fi-
des est vna species: ⁊ differens numero i di
uersis hominibus. Si vero sumatur pro eo
quod creditur: sic etiam est vna fides: ꝙ ideꝫ
est quo͛ ab omnibus creditur ⁊ credi debet. lꝫ
etiam sint diuersa credibilia: qua cōmuniter
omnes credunt: q̄ꝛ omnia reducūtur ad vnū
sm̄ Tho. verbaliter. ¶ Quarto hic idem ꝓbo
vnica similitudine: ꝙ vꝫ. necesse ē vnam solā
esse fidem ⁊ non plures: quā similitudinē po
nit ph̄us. 8. politico. versus principium. Om̄
inquit vn⁹ est finis ciuitatis omnium. Ideo
necessarium est ad eius finem conseruanduꝫ
esse vnam disciplinam ⁊ eandem omnium.
hec ibi. Ex qua similitudine accipio: ꝙ de re-
bus ordinatis directe ad vnum finem: vna ē
vita: vna sciētia: vna disciplina: ergo a simili
cum omnia que sunt fidei directe referantur
ad vnum finem. s. deum. siue vitam eternam
sicut dicitur Joā. 20. Hec scripta sunt vt cre
datis. ⁊ vt credentes vitam eternam habea-
tis. cōcluditur necessario ꝙ vna sit sola fides
vnus solus cultus dei: vna sola fidei religio:
⁊ non plures: qua mediante finem consequit̃
vite eterne: quicūqꝫ eternam vitam consequi

debet. ¶ Quinto deniqʒ probo reuelatione qꝫ.s. vna est vera fides. Nam in legenda sancte Cecilie habet quomodo sener quidam.s. Angelus apparuit valeriano Cecilie marito: cum libello in manibus. vbi erant scripta verba Apli ad Ephe. vnus deus. vna fides. vnū baptismū. vnus deus ⁊ pater omniū. q est sup omnes: ⁊ per omnia est benedictꝰ. hec ibi. dic historiā ad litteraʒ si vis: ut habes in legendario. ⁊ etiaʒ in lectionibꝰ breuiarij. Ex predictis itaqꝫ rationibꝰ. auctoritate. distinctione. similitudine. atqʒ reuelatione. patet q̄liter impossibile est esse nisi vnam solam fidē veram bonā et salutiferā. Et qualiter impossibile est omnes saluari sub lege ⁊ fide sua. ⁊ per consequēs etiam patet secūdus articulꝰ circa vnitatem fidei declarādus. qui dicitur articulus firme tentionis.

¶ De tertio articulo circa veritateʒ fidei declarādo de satisfactione: ɔtra dicētes qꝫ qsqʒ potest saluari sub sua fide.

Tertius deniqʒ articulus circa vnitatem fidei declarādus: dicit articulus egregie satisfactionis. Qm̄ aliq adhuc dubitare possent. qꝫ.s. non sit nisi vna sola vera fides: pro eo qꝫ in primo articulo demonstratū est oppositū p auctoritates. rationes. ⁊ etiā generalē admirationē. ut quilibet intellectꝰ possit firmiter credere ⁊ tenere. qđ simpliciter in articulo secūdo monstratū est. idcirco declarabo singillatim supradictas auctoritates. rōnes. atqʒ generalem admirationem. et per cōsequens omnis mens plene ⁊ egregie satisfacta remanebit. Et qm̄ tria in oppositum sunt proposita: ideo tres satisfactiones faciemus. Quarū. ⁊c̄. Prima dicit satisfactio auctoritatū. Secunda satisfactio rationū. Tertia dicit satisfactio admirationū. ¶ Prima satisfactio facienda dicit auctoritatū. Due eniʒ auctoritates proposite fuerunt. qꝫ.s. quelʒ fides potest esse bona: ⁊ p cōsequens quisqʒ in sua fide saluari potest. Et prima fuit Joelis prophete. ꝛ.c. di. Omnis q cūqʒ inuocauerit nomen dn̄i saluꝰ erit. Quā declarando dico: qꝫ ille terminus ois. non intelligit qꝫ omnes illi saluant: qui tm̄ deū adorant ⁊ inuocant. Sed qui eū in veritate fidei adorant. Proinde ,ppheta dicit. Prope est dominꝰ omnibꝰ inuocantibus eū in veritate. Vbi glo. dicit. Ergo longe est dominꝰ ab oibus inuocantibus eū cum fidei falsitate. hec glo. Et ideo Ricar. in. 4. di. 15. ar. 4. q. 7. querit. An oratio a quolibet facta semp sit audibilis a deo. Et respondet di. qꝫ nō. Sed oportet qꝫ oratio salutifera quattuor habeat conditiones. Prima ē qꝫ ille qui petit: petat humilr. reputando se indignū tali gratia. Secūda est: qꝫ ille qui petit: petat salubriter: idest ea tm̄ que ptinent ad salutem. prout est gratia: illuminatio intellectus: remissio peccatoꝝ ⁊ huiusmodi. Tertia est qꝫ ille qui petit: petat pseuerāter. quoniā dominꝰ Matth. 10. dicit. Qui pseuerauerit vsqʒ in finē hic saluus erit. Quarta cōditio ē qꝫ ille q petit petat fideliter. i. qꝫ petat cū firma fide ⁊ non cum dubia ⁊ falsa. Quam verā fidem: cū non ois teneat. erquo simpliciter vna est. ut probatum est. ɔcluditur p consequēs qꝫ nō ois saluatur in sua fide ⁊ lege. prout prima auctoritas ostēdere videbat. Secūda auctoritas que videbatur ostēdere. qꝫ ois sub sua lege saluari poterat. ⁊ quā p scuto aliqui allegebant fuit pauli pmo Thi. 2. di. Deus vult omnes hoies salfieri. Quā auctoritatē egregie dn̄s Bonauētura declarans in pmo. di. 46. ar. j. q. j. in corpore. q. dicit. Cum querit an iutta auctoritatem pauli deꝰ simpliciter velit omnes homines sal. fieri. Respondeo qꝫ duplex est voluntas dei. s. antecedens ⁊ absoluta: consequens ⁊ conditionata. Volūtas antecedēs ⁊ absoluta est illa q̄ respicit ordinē nature prout a deo condita est. ⁊ qꝛ omne bonū a deo est volitū. etiā omnē naturā rōnalē seu intellectualem bonū est salutē obtinere. Ideo hac volūtate deus q̄tum in se est. vult omnes hoies sal. fieri. Quod patet: tū ex pte nature date: tū ex parte gratie oibus oblate. dedit eni cuilibet naturā ꝯm quā quisqʒ posset finē suū cognoscere: ⁊ cognitū querere: ⁊ quesitū inuenire: ⁊ inuenta inherere: ac p hoc salutē obtinere. Gratiā quoqʒ simpliciter obtulit. dū filium misit ⁊ preciū pro omnibꝰ dedit. leges etiam oibus ⁊ mandata propter hoc exhibuit. Volūtas vero dei consequēs ⁊ cōditionata respicit ordinē pmo ex pte li. ar. in quo incidit etiā spontaneū malum. ⁊ quia non est bonū omnes homines saluos fieri. nisi sub cōditionibus istis. ut. s. qui se preparat ⁊ saluari consentit. ideo vult deus saluare benefacientem ⁊ volentem. Nolentem vero ⁊ malefacienteʒ ⁊ sue gratie resistentē. non vult deus saluare: quia hoc facere. nec bonum nec iustū

esset.q᷑ bene patet exemplo solis. Nam licz sol omnes homines quantum est in se illuminare velit.tamē qui oculum claudunt ꝛ sponte se auertunt.nō illuminant a sole. Sic deꝰ quantum in se est paratus est omnes illuminare per gratiā ꝛ salutem. Sed qui obstaculuz ponunt nequaquā saluant. Habes etiam exemplum in rege quantuz ad cōformitatem nature omnes sub suo regno constitutos vult saluare ꝛ bonū habere.tamen propter culpe deformitatem:ꝛ suorum preceptorum transgressionē vult oino eos nō saluari:sed damnari. Ex q̄ distinctione patet.qualiter deus non vult saluare omnes sub diuersis legibus viuentes. sed simpliciter q sub vna fide ꝛ lege bene viuunt. Ex quibus omnibꝰ patet illa satisfactio contra falsam opinionem. vz.auctoritatum.

¶ Secūda insuper satisfactio contra falsam opinionē aliquorū facienda dicit rationum. Ultra enim auctoritates tres rationes preposite fuerunt. ꝙ.s. quelibet fides potest esse bona . et quisqꝫ per consequens potest saluari in sua fide.quibus plene satisfaciam: ad singulos singulariter respondendo. Ad primam autē rationē.s.finalitatis. ꝙ deꝰ.s. nihil facit nisi propter finem. ergo creauit omnes homines proter finem:ꝛ quia ille finis est beatitudo. Respondeo ꝙ omnia predicta vera sunt. Cum autez cōcluditur.ergo omnes saluant. exquo deus nihil facit frustra. Nego h̄ esse verū.immo falsissimū est. Et ratō.quia ut dicit li. de regimine prin.non puenitur simpliciter ad finem aliquē nisi ꝑ medium eius Sicut non egritur sanitas sine medio medicine.ꝙ si sic est.ergo nullus finem vite eterne potest adipisci nisi habeat mediū quo mediate possit acquiri. Et ideo non sufficit iudeos ꝛ saracenos ꝛ insuper xp̄ianos creatos eē ad finem beatitudinis ad hoc ut saluentur.ꝙ si dicerent Judei ꝛ Saraceni omnes nos medium habemus. scilicz fidem nostrā cum operibus:qua mediate omnes saluari possumus. Respondeo ꝙ non sufficit habere medium:nisi illud mediū sit conueniens cum fine.quia s̄m philosophū secūdo Thopicorū.ꝛ septimo Methaphisice. Ea que sunt ad finē debent regulari s̄m ꝙ dictat ratio finis. vnde non quelibet medicina est sufficiens dare alicui sanitatem.sed illa solum que est conueniens ad expulsionem infirmitatis. Sic a simili dico:ꝙ non sufficit omnes habere suaz fidem cum operibus. sed oportet ꝙ talis fides cum operibus sit conueniens cum fine beatitudinis. Cum autem impossibile sit: ꝙ triplex predicta fides sit conueniens cum fine. Sed vna tantū prout in secundo articulo monstratum est. ideo concluditur. ꝙ non omnes saluantur sub sua fide. sed solum sub vna fide saluantur. Ex quibus omnibus patet.ꝙ prima ratio nihil concludit. Ad secundā rationez qua sic arguebatur vnumqḋqꝫ vtitur natura sua propria.ꝛ per consequens cum in deo sit misericordia ꝛ iusticia:ꝛ misericordia naturaliter superet iusticiaz. vide argumentū supra. Respondeo ꝙ deus vtit natura sua. Sed cum natura dei sit ordinatissima in seruando ordinem quē ipse nature dedit:ut dicitur.8. Phisycorum.ꝛ ordo dei est cum hominibus.ut quicūqꝫ voluerit misericordiam ꝛ salutem:eam ab eo accipiat. Jdeo saluare volens ordinē:non tantū non saluabit omnes.immo stante libertate arbitrij in quo salutem posuit ꝛ misericordiam: nullatenus potest saluare nolentes.dicente Augus. super Joan. Qui fecit te sine te.non saluabit te sine te. Et apostolus ad hebreos.5.ait. Factus est omnibus obtempantibus sibi cā salutis eterne. Cum igitur omnes predicti saluari nolint:cum aliqui sponte false fidei adhereant.ut infra patebit. Jdeo argumentum eorum nihil concludit. Jmmo magis cōcludit oppositū.ꝙ.s.plures ex iusticia damnabūtur.que tanta est in deo.nec minor quanta misericordia. cum omne quod est in deo habeat rationē infinitatis.et sic idem ꝙ ipse deus Ex quibus omnibus patet satisfactio secunde rationis. Ad tertiā deniqꝫ rationem .vz. quicqd est causa cause ē cā creati. ergo si tot damnant.cum non damnētur nisi mediāte peccato quod ex libe.ar. procedit.sequitur ex hoc ꝙ deꝰ est causa potissima oim illorū peccatorum. et per consequēs deus est maximꝰ peccator. Respondeo s̄m Bonauenturā in scđo di.37.ar.2.q.1. Et s̄m Tho.in prima ꝑte summe.q.49.ar.2.ꝙ hoc non est verum.ꝙ scꝫ deus sit causa peccati effectiue. quāuis ipse deus sit causa libe.ar. Et ratio est:quia defectus cause scđe.s.li.ar.procedit simpliciter ab ipsa causa scđa .s.ab ipso li.ar. sicut exempli gratia. Si minister facit aliqd cōtra mādatū dn̄i.non reducit hoc in dn̄m sicut in causam primā:sed simplr̄ in ministꝝ. quod ut clariꝰ

patcat exemplũ declaro. Ecce quidã domi-
nus videt quandã iuuenculã pauperculã qui
dicit seruitori suo siue famulo porta.25.duca
tos matri eius paupercule.ut ca3 nuptui tra
dat. vadit ille seruus ⁊ dicit matri iuuencu-
le.dabo tibi.25.aureos:si vis ꝙ semel cum fi
lia tua peccem:que statim cõsentit. pero igitᷣ
nunc:quis est causa principalis ⁊ potissima
illius peccati:O tu dices forte.dñs fuit cau-
sa:q dedit.25.ducatos seruo.Rñdeo nõ ẽ ve
rum.Ratio est: quia non dedit seruo duca-
tos illo fine.Sed ille spõte ⁊ malo fine vsus
est.Sic est in proposito de deo.quia deꝰ ideo
dedit li.ar.ut quisq3 simpliciter faceret bonũ
⁊ saluaretᷣ.et non ut faceret malum ⁊ sic dã-
naretur. Et ratio est philosophi scđo de ge-
nerrtione.⁊ cor.dicentis.Ab eodem agẽte pe
nitus in se non diuersificato non egreditur
perfectũ et imperfectũ. sicut nec ab arbore si
mul egreditur fructus dulcis et amarus. sed
bonum dicit perfectionem: malũ impfectio-
nem.quia dicit priuationẽ modi:spẽi:⁊ ordis
penes q̃ determinatᷣ perfectio creature.Cum
igitur deus sit agens pfectissimꝰ non in se di
uersificatus.ergo cũ bona actio sit ab ipso.se
quitur ꝙ mala idest peccata nõ erant ab eo
dẽ.propter quod Deuterono.32.dicitur.Dei
perfecta sunt opera.⁊ Matth.5. etiam dicitᷣ.
Estote perfecti:sicut ⁊ pater celestis pfectꝰ est
Deniq3 August.li.83.questionũ ait.Deo au
ctore nullus homo deterior fit.Ex quibꝰ om
nibus patet.ꝙ tertia ratio nihil concludit. et
per consequẽs etiã patet secũda satisfactio q̃
dicitᷣ rationũ.¶ Tertia deniq3 satisfactio cõ
tra falsam opinionẽ aliquoꝝ facienda dicitᷣ
admirationis . Arguebatᷣ enim ꝙ generalis
oibus mirũ videretur si deus simpliciter sal
uaret omnes qui sub vna fide viuũt.alios ve
ro omnes cum sint quasi innumerabiles dã
naret.quod dicebat oino esse impossibile et
incredibile.Quibꝰ satisfaciendo dico.ꝙ nul-
li debet esse mirũ ⁊ incredibile.Si deus oẽ3
multitudinẽ dãnet.preter eos qui sub vna fi
de viuũt.immo oibus deberet mirũ appare
re.si deus aliter faceret.vnde nõ tantũ est ve
rum. ꝙ omnes ab vna vera fide dei semoti
et alieni damnẽtur.sed etiam hoc est cõueni
entissimũ.quod tripliciter ꝓbo . Primo au
ctoritatibus. Secundo rationibus. Tertio
similitudine.¶ Primo ꝓbatᷣ auctoritatibꝰ.
Nam Matthei.20.dicitᷣ.Multi sunt vocati
pauci vero electi.vbi ait glo.Nullus miretur
si pauci saluantᷣ:⁊ multi damnantᷣ. qꝛ a deo
omnes vocati citiꝰ eligũt penas: q̃3 eternas
delicias.Et Matth.7.dicitᷣ.Arta est via que
ducit ad vita3.s.nolentibus eam sequi:⁊ pau
ci intrãt per illã.ampla ⁊ spaciosa est q̃ ducit
ad perditionẽ.et multi intrãt per illã.¶ Se-
cũdo hoc idẽ probo triplici ratiõe. Primo
ratione electionis. Secũdo ratione inuesti-
gationis. Tertio rõne operationis.¶ Pri
mo probo ratione electionis.ꝙ.s.nullus mi-
rari debet si omnes damnãtur preter illos
qui sub vna vera fide viuũt. Fundamentu3
rationis ponit phus.3.Ethicoꝝ.dicẽs. Volũ
tarie sunt virtutes sicut ⁊ vitia.quod confir-
mans Sap̃.Ecclist.15.ait. Ante hominẽ bo
nũ ⁊ malũ:vita et mors. quodcũq3 voluerit
dabitur ei.Quibus adherẽs. Ambro.15.q.i.
c.Non est.ait. Voluntariũ sibi militẽ eligit
xp̃us:⁊ volũtariũ seruũ dyabolus auctionatᷣ
Neminẽ enim iugo peccatoꝝ astrictũ possi-
det. nisi se ei prius ere peccatoꝝ vendiderit .
hec ille. Quo presupposito.ꝙ.s.virtus ex qua
quisq3 saluatᷣ est voluntaria:bene cõcluditᷣ.ꝙ
si tot damnãtur.nullus debet mirari.ex quo
voluntarie sibi eligunt talem damnatione3.
Causa igitᷣ q̃re tot damnãtᷣ ⁊ pauci saluantᷣ.
siue pueniunt ad regnũ eterne beatitudinis
est.quia deus nequaq̃3 vult cogere aliquem
cũ sinat ordinẽ iam datũ rebꝰ oibus seruari
Et ꝙ videl3 fit.ꝙ pauci curent venire ad vir
tutẽ vere fidei.⁊ p consequẽs ad regnũ cele-
ste.ꝓbatᷣ auctoritate ꝓphete.di.Dñs de celo
prospexit sup filios hoim:vt videat si est in-
telligẽs aut requires deũ.s. per veram fide3.
omnes declinauerũt.s.a vera fide. simul inu
tiles facti sunt.non est qui faciat bonũ nõ est
vsq3 ad vnũ. Hoc idem ꝓbatᷣ etiam figura:
siue similitudine.Nam omnes simul ad ce-
nam agni ꝓuidi inuitati noluerũt venire. ut
dicitᷣ Luce.14. Ibi enim dicitᷣ homo quida3 Hoc
sc3 Deus factꝰ homo fecit cenã magna:⁊ or- nota.
dinauit:verã fidem:⁊ inuitauit multos.i. om
nes:⁊ misit seruũ suũ.s.paulũ et alios aposto
los:siue angelũ bonũ dicere inuitatis.ut ve-
nirent.s.ad veram fidẽ. quoniã omnia pata
erant:⁊ sequitur in Euangelio. ⁊ ceperunt om
nes simul se excusare:quorũ excusatio ꝓfecto
est stulta ⁊ inualida.Sic eni dicitᷣ Prouer.3
Excusatio superboꝝ ignominia.Et ratio est
quia nõ sic se excusarent ad cenam tpalem.

aut ad tempale lucrum. Primus igit̃ dixit. villã emi. vbi notat̃ appetitus diuitiaꝝ: qui ex superbie radice procedit. quia ꝓpter hunc appetitũ homo supbus efficitur. Seq̃tur necesse habeo exire. s. ab eternoꝝ contemplatione. ⁊ a mei consideratione: ⁊ a vere fidei cognitione. sequitur ⁊ videre illã. i. studiũ applicare ad tempalem gloriã. sicut pauo ad caudã suam. Propriũ enim supboꝝ est ſm Greg. Oculos simpliciter non ad deũ: sed ad suam gloriã leuare. contra quos dicit̃ in psal. Oculos superboꝝ humiliabis. Sequit̃ rogo te habe me excusatũ. glo. Humilitas sonat in voce. sed superbia in actione. Sequit̃ alter autẽ dixit. Iuga bouũ emi quinq̃ꝫ. i. curiositatẽ. 5. sensuũ: tempalia inuestigando multo labore quesiui. quod facit auarus. qui cor: linguam: manus: pedes: oculos: semp habꝫ occupatos circa ista tpalia bona. dicente Salomõ. Ecclesiastes. 10. Insatiabilis oculus auari. Seq̃tur ⁊ eo probare illa. Ecce viciũ curiositatis ⁊ solicitudinis. Rogo habe me excusatũ. q̃r. vꝫ sum in multis occupatus. ut dictũ est. Alius dixit. vxorem duxi: ⁊ ideo non possum venire. glo. vxor est concupiscentia carnalis. hãc vxorem ducit. qui ſm carnis desideria viuere proponit. Ista cõcupiscentia carnis cũ sua delectatione. precipue viget in saracenis. ⁊ iõ non curãt ad fidem veram se cõuertere. De quibus Osee. 5. dicit̃. Non dabũt cogitationes suas ⁊ reuertãtur ad dñm deum suũ. q̃r species fornicatoꝝ in medio eoꝝ ẽ: ⁊ dñꝫ nõ cognouerũt. hec ille. Ex prefata igit̃ auctoritate ⁊ similitudine euidenter apparet. qualr̃ omnes. s. infideles se excusant. ⁊ nolũt venire ad nuptias vere fidei: seu eterni regis: sꝫ magis tribuunt se prout dicit̃ in prima Ioan. 2. Superbie: auaritie: atq̃ꝫ luxurie. Et ideo iuste ex sua libera ⁊ spontanea voluntate damnant̃. Sicut etiã dicit̃. 23. q. 4. c. displicet. Nã quis nesciat hominẽ nisi merito male volũtatis damnari: ⁊ merito volũtatis bone saluari. hec ille. Et Ber. dic̃. Nihil ardet in inferno nisi propria volũtas. tolle propriã voluntatẽ: et iam non est infernus. Item. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. dr̃. Vasis ire nunq̃ꝫ deꝰ redderet interitũ: si nõ spõtaneũ iuenire tur homo habere peccatũ. hec ibi. Et ideo cõcludo. sicut nõ miraret̃ si aliquis ex libera voluntate se precipitaret in profundo lacus: cũ a nullo cogeret̃; ⁊ desereret palatiũ plenum magno thesauro. qd̃ libere habere potuisset. Sic certe nullus debet mirari si plures dãnantur q̃ꝫ saluant̃. Ex quo ipsi libere eligunt damnationẽ suam: ⁊ libere respuũt fidem veram: et eternã gloriam. ¶ Secũdo etiam ꝓbo ratione inuestigationis. q̃ꝛ nullus debet mirari si omnes damnant̃. qui sũt extra solam ⁊ veram fidẽ. Fundamentũ rationis ponit̃. 3. Ethi. ⁊ etiã extra de iniu. et dã. da. ca. si culpa. vbi dicit̃. Ignorantia neminẽ excusat cum ignorat q̃ scire debuit. Quo presupposito: etiam a simili dico de illis q̃ sunt extra veram fidẽ. quoniã inexcusabiles sunt si damnãtur. quoniã nescierũt que scire tenebantur ⁊ debuerũt. Et si diceres. Ob. credebant fidem suaꝫ fore bonã. Respõdeo q̃ꝛ non tenet talis excusatio. quia debebant querere veritateꝫ ab hominibꝰ. vel a deo per orationes q̃ eis reuelasset: vel inspirasset veram fideꝫ. Et ideo si aliquis volens corporaliter ambulare. nollet preuidere vie pericula cum posset. Sed oculis clausis aut auersis incedere vellet: merito imputaret̃ sibi ⁊ ignorantie sue. si quid mali ei ex hoc accideret. Item si q̃s vellet ire ad aliquẽ locũ viam ignorans. ⁊ habens paratum qui viã sibi ostenderet: ⁊ ducatum preberet. sed nollet sibi viam ostendi. ⁊ ducatũ preberi: imputaret̃ sibi. si quid mali ei accideret. Ergo a simili cum spiritualia ꝑicula sint magis periculosa. Et per consequẽs magis cauenda. Sequit̃ si q̃s circa illa negligens fuerit in preuidendo: seu veritateꝫ querendo. merito ei imputat̃: cum in ꝑiculum eciderit sue damnationis. Nam ideo deꝰ dedit cuilibꝫ intellectũ ⁊ rationẽ: ut querat ⁊ cognoscat bonum a malo. ⁊ verum a falso. qd̃ qui non fecerit: aut per negligentiam: aut per crassam ignorantiam: seu ꝑ maliciã: vtiq̃ꝫ et penam meretur ⁊ inexcusabilis est. Sic eniꝫ dicit̃ Luce. 12. Seruus sciens voluntatẽ dñi sui ⁊ non faciẽs: plagis vapulabit multis. Et Aplus. 1. Corin. 14. ait. Ignorans ignorabit̃ vbi glo. dicit. Qui scire potuit ⁊ noluit: nõ veniam sed penam promeret̃. Et August. Nõ omnis ignorans est immunis a peccato. Ille ignorans debet excusari a pena qui a quo disceret non inuenit. Illi autem hoc ignosci non potuit. qui habentes a quo discerẽt operam non dederunt. hec ille. Et Gregorius in moral. ⁊ põitur. 38. di. c. qui ea. inquit. Qui ea que dei sunt sapiunt. a dño sapiunt̃: ⁊ qui

ea que dei sunt nesciunt a domino nesciuntur: attestante Paulo qui ait. Qui ignorat ignorabitur. hec ille. Ex predictis patet q si iudei τ saraceni errant: talis ignorantia eis est iputanda: exquo si volunt possunt ab alijs de veritate informari: τ precipue a deo: vnde si quis viuit sm legem nature diligens deū τ proximum naturali amore: τ deū inuocat quantum potest: vt ei viam salutis reuelet: aut per angelum: aut per aliquā personam: aut per inspirationē intrinsecam tenetur ei deus aliquo predictorum modoꝝ: sm Alex. in.3. parte summe circa finem. reuelare verā fidem: τ veram viam salutis: qd vtiq semp fecit τ faciet: proinde ait ppha. Custodit dñs omnes diligentes se. vbi ait glo. Qui deum naturaliter diligit: habet deum qui eum in via veritatis dirigit τ custodit. Et Salomō prouer.2. ait. Custodiet rectorum salutem et proteget dominus gradiētes simpliciter. Ex qua ratione inuestigatiōis bene patet. q nullus mirari debet de multorum infideliū dānatione. Exquo viam veritatis nolunt inuestigare. ¶ Tertio insuper probo rōne opationis naturalis: q nullus mirari debet de multitudine dānandorum. Fundamentum rationis ponit phs.4. ethic. di. Qualis vnusquisq est: talia naturaliter vult: talia loquit τ talia operatur. hec ibi. patet hec regla. Nā armiger loquitur de factis armorum: τ exercet se in eis. Similiter medicus loquitur de medicinis. Agrigola vero de agricultura: τ se in eisdem exercent: nec miratur aliquis de hoc q sic faciunt: sed magis miratur de hoc q ignis calefacit: sol illuminat: τ huiusmodi quorum cause sunt ignote eis. Quo presupposito certum est: q deus naturaliter est iustus: τ iustitiam diligit. dicente ppha. Iust⁹ dominus τ iustitias diligit. q si sic est. ergo mirandum non est: si iustitia dei eos qui sibi sunt inobedientes τ rebelles punit τ dānat imo exquo tantā multitudinē creauit ad finē beatitudinis: debet qsq mirari diuitias bonitatis sue: pro eo q tante multitudini tot et tanta contulit bona in hoc mundo: cū tamē preuideret eos omnes futuros malos: cum etiam sm Angelum peccator non sit dign⁹ pane quo vescitur. Nullus ergo de taliū dānatione miretur: non enim miraretur aliqs si dominus aliquis felle potaret seruum qui ei fellis potum dedit. Sed miseri infideles τ peccatores dant deo cibum fellis: cum eum peccatis suis offendunt. dicente ppha in psona dei. Dederūt i escam meam fel: τ in siti mea potauerunt me aceto. Ex predictis igit tribus rationibus patet qualiter non est mirandum si deus tot dānet: exquo dānantur ex demerito infidelitatis: atq peccatoꝝ suoꝝ ¶ Tertio postremo etiam probo similitudie qualiter nullus mirari debet de tanta multitudine dānatorum. Sicut enim videmus: q nullus miratur: si hoc aliquis metat quod seminat: imo potius miraretur de opposito. Sic certe a simili multo minus mirandum est si peccatores τ infideles metūt mala post mortem. Exquo peccata τ infidelitatem seminauerunt in vita presenti. Eccle.7. dicit. Noli facere mala: τ non te apprehendent. Et ibidem dicitur. Non semines mala i sulcis iniustitie: τ non metes ea in septuplum. Denią Apostolus ad Gal.6. concludit. dicens. Que eni seminauerit homo. hec et metet: qm qui seminat in carne: de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu de spiritu metet vitam eternam. Ex pdictis igitur omnibus patet tertia satisfactio: q vz nullus mirari debet si necessario dānantur omnes qui sunt extra vnam solam τ veram fidem: τ per consequēs etiam patet tertia excellentia ipsius sacratissime fidei: qua necesse est credere τ tenere: q simpliciter sit vna sola τ vera fides: τ non plures. In qua saluantur quicūq saluantur. In qua vnica fides nos omnes bene viuere faciat dñs noster Jesus xpus: q in trinitate perfecta viuit τ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Feria scda post dñicam quadragesime de quarta excellentia ipsi⁹ sacratissime fidei que dicitur excellentia virtutis.

r

Espice: fides tua te saluū fecit. Luc.18.c. τ i euāgelio preterite dominice. Postq̄ fidelissimi ciues sufficienter declarauimus tertiā excellentiam sacratissime fidei: in qua monstratum est: qualiter necesse est tenere: q simpliciter sit vna sola vera fides τ non plures: in pñti sermone habemus declarare τ vidē quartam excellentiam ipsius benedicte fidei que dicitur excellentia veritatis vnde cū pre-

ſuppoſitum ſit:ꝙ ſimpliciter inter omnem fidem eſt vna ſola ſalutifera fides:habemus videre que ſit illa vera fides ⁊ ſalutifera iter omnes ⁊ ab omnibus tenenda:vtputa bēmꝰ videre:an ſola fides Chriſtianoꝝ ſit bona: ſeu ſola fides iudeorum:ſeu etiam ſola fides ſaracenorum atqꝫ turchoꝝ. Et ſic breuiter dico ꝙ ſola fides bona:vera:optima:atqꝫ ſalutifera:nec non ⁊ ab omnibus tenenda:eſt fides chriſtianorum ſanctiſſima:in qua ſola: ⁊ non in aliqua altera omnes ſaluant̃ qcūqꝫ ſaluantur. Et hec concluſio ꝓfecto debet eē maximi gaudij:leticie:atqꝫ cōſolationis:apd̃ omnes chriſtianos:cum tm̄ ipſi ſoli in ſtatu ſint vere fidei ⁊ ſalutis:⁊ inſuper ipſi ſoli pñt deum verū colere:vere diligere:⁊ eidem vere ſeruire. Et ꝙ ſola chriſtianorū fides vera ſit ⁊ ſalutifera:⁊ non altera.xij.validiſſimis atqꝫ fortiſſimis argumentis clariſſime ⁊ apertiſſime demonſtro. Quorum pͥmum dicitur argumentum teſtificationis. Scd̄m dicitur argumentum ſubiugationis. Tertium dicit̃ argumentum obiectionis. Quartum dicit̃ argumentum reuelationis. Quintum dicit̃ ordinationis. Sextum dicitur completiōis. Septimum dicitur tolleratiōis. Octauū dicitur intranſmutationis. Nonū dicitur argumentum confirmationis. Decimum dicitur argumētū diſperſiōis. Undecimū dicitur argumentū opinionis. Duodecimū dicitur argumentum durationis.

¶ De.xij.argumentis quibus oſtenditur ꝙ ſola fides chriſtianorum eſt vera ⁊ ſalutifera

p Rimū igitur argumentū quo oñdit̃ ſolam fidem chriſtianorum eē veraꝫ ⁊ non alteram dicitur argumentum teſtificationis. Clarum eſt enim ſicut experiētia docet:ꝙ ſi aliqui teſtes nolunt de aliqua re teſtificari publice:ſed tm̄ ſecreto falſi eēnt. Sed ſi teſtificantur in iudicio de aliqua re: eis omnino ab omnibus fides certa adhibet̃ propter quod cū fides chriſtiana habeat veras ⁊ quaſi innumerabiles teſtes ſuper oēm aliam fidem ⁊ legem:mandatū eſt quod eadē chriſtiana fides ſeu lex verior eſt ⁊ certior alia fide ⁊ lege. Quibus teſtibus fidei:ſeu legis chriſtiane. Triplici pͨipue reſpectu plena ⁊ certa fides:omnino ab omnibus eſt exhibenda. Quorum primus dicitur reſpectus plurificationis. Scd̄us dicitur reſpectus cōcordationis. Tertius dr̃:reſpcūs ſcificatōis.

¶ De triplici reſpectu quo fides adhibenda eſt teſtibus fidei chriſtiane. Et pͥmo de pͥmo.

p Rimus igitur reſpectus quo fides omnino adhibenda eſt teſtibus chriſtiane fidei dicitur reſpectus plurificationis. Certum eſt enim vt habet̃ Matth. 18.⁊ ex̃ de teſtibus ⁊ atteſtationibus.c. In oī negocio.⁊.c.Cām que vertitur. ⁊ de teſtis.c. relatum.el pͥmo.ꝙ ſimplr̃ duobus teſtibus vel tribus aliquid in iudicio aſſerentibus fides adhibetur. Qd̄ ſi ſic eſt:quāto magis fidei ſeu legi chriſtiane:fides eſt ab omnibus adhibenda:que non ſolum duos aut tres teſtes habet:ſed quaſi innumerabiles ⁊ infinitos. De quibꝰ aliquos precipue h̄ ponemus Quoꝝ pͥmus fuit Joā.baptiſta. de quo Jo. j.c.dicitur. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt oēs crederent per illum. Et ibidem de Chriſto loquens dicit. Ipſe eſt.ſ.xp̄us:qui poſt me vēturus eſt:qui ante me factus eſt:cuius nō ſuꝫ dignus vt ſoluam corigiam calciamentoꝝ eius. Et ibidem dicitur Jo.teſtimoniū perhibebat de xp̄o ⁊ clamabat.di. Hic eſt quem dixi:qui poſt me venturus eſt:⁊ ante me factus eſt:q prior me erat:⁊ de plenitudine ciꝰ omnes accepimus gratiam pro gratia:quia lex per Moyſen data eſt:gratia ⁊ veritas ꝑ Jeſum xp̄m facta eſt. Et infra ſubditur. Altera autem die vidit Jo.xp̄m venientem ad ſe:⁊ ait. Ecce agnꝰ dei:ecce qui tollit peccata mundi.hic eſt de quo dixi poſt me venit vir: qui ante me factus eſt:quia prior me erat:et ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtaretur in iſrl̃:ꝓpterea veni ego in aqua baptizans: ⁊ teſtimonium perhibuit.Joā.di. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de celo:⁊ manentem ſuper eum:⁊ qui miſit me baptizare in aqua:ille mihi dixit. Suꝑ quē videris ſpiritum deſcendentem ⁊ manenteꝫ ſuper eum.hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſcō: ⁊ ego teſtimonium perhibui ⁊ vidi:quia hic eſt filiꝰ dei.hec ibi. Ecce iam habes. O fides chriſtiana vnum teſtem fide dignū. ¶ Scd̄s teſtis fuit Petrus pͥnceps apoſtoloꝝ:qui Matth.16.de xp̄o dicit. Tu es xp̄s filius dei viui. Et Jo.6.c. Idē dic̃. Nos cognouimꝰ ⁊ vidimꝰ:qꝛ tu es xp̄s filiꝰ dei. Cuiꝰ teſtimoniū fuit tāte virtut̃ ⁊ veritat̃:ꝙ vt hr̃ Act.x.c. Cū ipe fidē xp̄i pͨdicaret:ſtatim deꝰ ciꝰ verba cōfirmauit. Ibi.n.dr̃ ſic. Adhuc loqn̄te Petro

verba hec.cecidit spiritus sanctus super oēs
qui audiebant eum:⁊ in nomine Christi ba-
ptizati sunt.hec ibi. Tertius testis fidei chri
stiane fuit Joā.euangelista.de quo Joan.j.c.
dicitur. Vidimus gloriam eius:gloriā quasi
vnigeniti a patre:plenum gratie ⁊ veritatis.
vbi glo.ait. Vidimus.i.cognouimus:per mi
racula:per vocem lapsam de celo:per trans-
figurationem: resurectionem: ascensionem :
spiritus.s.missionem:gloriam eius talem et
tantam:vt decet vnigenitum dei patris. hec
glo. Item.j.Jo.j.c.dicitur.Qđ fuit ab initio
qđ audiuimus ⁊ vidimus oculis nostris: qđ
perspeximus:⁊ manus nostre contractaue-
runt de verbo vite. Et vita manifestata est :
⁊ vidimus ⁊ testamur:⁊ ānunciamus vobis
¶ Quartus testis fidei christiane fuerūt oēs
simul apostoli:in quorum persona Petrus
loquens Act.10.c.dicit.Nos testes sumꝰ oiuȝ
que fecit Jesus in regione iudeorum:⁊ ierlm
quē occiderunt suspendentes in ligno: hunc
suscitauit deus tertia die:⁊ dedit eum mani
festum fieri non omni populo. Sed testibus
preordinatis a deo:nobis qui māducauimꝰ
⁊ bibimus cum illo:postq̄ꝫ resurrexit a mor-
tuis:⁊ precepit nobis predicare populo ⁊ te-
stificari:quia ipse est constitutus a deo iudex
viuorum ⁊ mortuorum.hec ille. ¶ Quintus
testis fidei christiane fuerunt simul omnes
prophe:de quibus Act.10.dicitur. Huic oēs
prophe testimonium perhibent remissionem
peccatorum accipere per nomē eius.s.Christi
¶ Sextus testis fidei christiane fuerunt cuȝ
Christo resuscitati . De quibus Matth.27.
Multa corpora sanctorum surrexerunt cum
illo.s.cum Christo:⁊ apparuerunt multis:et
introierunt in sanctam ciuitatē. Inter quos
resuscitatos sicut legit in euangelio Nicho-
demi. surrexerunt duo filij Nichodemi. vȝ
Carinus ⁊ Leoncius:qui vȝ populo iudaico
solam christianam fidem asseruerunt eē ve-
ram.¶ Septimus testis christiane fidei: fue
rūt ipi iudei:q ſm Nico.de lira:cognouerūt
christum esse dei filium: ⁊ precipue scribe et
doctissimi in lege sacerdotes:sed inebriati in
uidia:perdiderunt veram cognitionem ipsiꝰ
Christi.De qbus ꝓphetauit optime Dauid
dicens. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebriꝰ
⁊ omnis sapientia eorum deuorata est.Et iō
Matth.9.c.dicitur. Egressis autem illis. vȝ
iudeis:obtulerunt ei hominem mutū demo
nium habentem:⁊ eiecto demone locutus ē
mutꝰ.Et admirate sunt turbe:dicentes.nūq̄ꝫ
apparuit sic homo in toto israel. hec ibi. Et
Joan.xj.c.dicebant ipsi iudei . Quid facimꝰ
quia hic homo multa signa facit . Si enim
dimittimus eum sic:omnes credent in eum
¶ Octauus testis christiane fidei fuit Job:q
paganus erat ⁊ idumeus:lȝ viueret ſm legē
naturalem.Qui Job.19.c.dicebat. Scio enī
ꝙ redemptor meus viuit. ⁊ in nouissimo die
de terra resurrecturus sum:⁊ rursum circū-
dabor pelle mea:⁊ in carne mea videbo deū
saluatorem meum:quē visu.sum.ego ⁊ ocu.
m.ꝯspec.sunt.Repo. est hec sp.m.in sin.meo
hec ibi. De quo Job Augu.lib.18.ciui. dei.c.
47.ait. De beato etiam Job mirabili viro
qui nec indigena nec proselitus.i.aduena po
puli israel fuit. Sed ex gente idumea genus
ducens.Christum verum confessus est:diui-
nitus autem prouisum fuisse non dubito: vt
ex hoc vno sciremus:etiam per alias gētes
esse potuisse:qui ſm deum vixerunt:eiqꝫ pla
cuerunt pertinentes ad spiritualē ierosolimā
quod nemini concessum fuisse credendū est :
nisi cui diuinitus reuelatū est.hec ille. ¶ No
nus testis christiane fidei fuit Josephus qui
fuit iudeus:⁊ in veteri iudeoꝝ lege doctissi-
mus:q captꝰ fuit in vltima captiuitate ierlm
per Titum ⁊ Vespesianum facta. hic eni sic
ait. De Christo in quodaȝ opere suo.fuit igt
eisdem tpibus: Jesus sapiens vir: si tñ eum
virꝝ noīare fas est.Erat eni mirabiliū opūm
patrator:⁊ doctor coꝝ qui libenter que ven-
tura sunt audiūt:⁊ multos ex gentibꝰ sibi ad
iunxit.post crucem aūt his qui cuȝ dilexerāt
iterum apparuerit:⁊ ab eis visus est ſm ꝙ
prophe de ipso predixerūt.hec ille.¶ Decimꝰ
testis christiane fidei:fuerūt ipsi demones: q
vt habet Matth.8.asserebāt xp̄m eē dei fi-
lium dicentes. Jesu fili Dauid vt quid ante
tp̄s venisti torqre nos?Qđ ꝯfirmās Augu.
18.ciuita.dei.c.47.ait.Hoīes plures de xp̄o
prophare ipulsi sunt:tā ipius gr̄e pticipes:q̄ꝫ
exptes.mali autē angeli ⁊ demones p̄ñtem
xp̄m quē iudei nō agnoscebāt publice ꝯfessi
sunt.hec ille.¶ Vndecimꝰ testis xp̄iane fidei
fuerūt phi:q cū tpe passiōis xp̄i athenis eēnt
⁊ vidissent ꝯ nām:simul eclipsare solē ⁊ lunā
nec valerent aliquo modo inuenire causam
nālem illius eclipsis:seu obscurationis solis
⁊ lune:ad hoc iducti sunt.s.per spiritū sanctū

ut sic dicerent:⁊ precipue maximus ille phi-
losophus Dionisius ariopagita. Aut de' in-
quiũt nature patitur. Aut tota machina mũ
dial' destruitur ⁊ ob hoc constituerũt arã il-
lam deo ignoto. vz xp̃o qui tũc in cruce mor
tem tollerabat. Duodecim' testis fidei xp̃ia-
ne fuerunt ipsi tres magi. qui ut habet̃ Mat
thei. 2. capitulo. Visa stella iam dudũ nũeri
24. per balaam prophetã venerunt ab orien
te Hierosolimã:⁊ tandem in bethleez. ⁊ ob
tulerunt ipsi xp̃o. vz dei filio adoratione pre-
uia aurũ: thus: et mirrã. Tredecim' testis xp̃i
ane fidei fuer̃t ipsi angeli q Lu. 2. pastorib' di
xerunt. Ecce euangelizo vobis gaudium ma
gnũ. quod erit omni populo. quia natus est
nobis hodie saluator: qui est xp̃us dñs in ci-
uitate dauid. Et hoc vobis signũ. quia inue-
nietis infantem pannis inuolutũ: ⁊ positum
in presepio: ⁊ subito facta est cuz angelo mul
titudo celestis exercitus: laudantiũ ⁊ dicẽtiũ
gloria in al. d. ⁊ inter. p. h. b. vol. hec ibi. Item
Luce primo ca. Angelus gabriel testificatus
est xp̃m dei filiũ de virgine Maria nascitu-
rum. Unde ibi sic dicit̃. Missus est angelus
Gabriel. Dic totũ si vis. In resurrectiõe eti
am xp̃i. ut habet̃ Matth. 28. ⁊ Jo. 20. Appa-
ruerũt quattuor angeli xp̃i resurrectionẽ te-
stificantes. Similiter in eius ascensione ha-
betur Act. j. Apparuerũt duo angeli. Ibi eni
sic dicit̃. Cumqz intuerent̃ in celũ euntez illũ
ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestib'
albis. qui ⁊ dixerunt. viri ga. quid sta. aspi. in
celũ. h Je. q. ass. est a nobis in celũ. sic ve. quẽ.
vi. eum e. in celũ. hec ibi. Decimusquartus te
stis xp̃iane fidei fuerunt Moyses ⁊ helias. q
ut habetur Matthei 17. Testificati sunt xp̃z
esse verũ dei filium. Unde ibi sic dicit̃. Post
dies sex assumpsit iesus Petrũ Jacobum ⁊
Joannẽ fratrẽ eius. ⁊ duxit eos in montem
ex. seor. ⁊ trã. est ante eos. ⁊ resplẽduit facies
eius sicut sol. Vestimenta eius facta sunt al
ba sicut nix. ⁊ ecce appa. eis moy. ⁊ hel. cuz eo
loquẽtes. nec fuerunt ibi p imaginationẽ: sed
fuerunt ibi psonaliter. sm August. li. de mira
bilib' sacre scripture. quoniã Moy. venit de
lymbo ⁊ apparuit. sm Nicolaum de lira. in
ſtre ſacre fidei. Qui vtiqȝ theſauri erunt in-
finiti: incõparabiles: atqȝ eterni. Ad quos ac
quirendos mediãte fidei virtute. ut quilibet
anim⁹ fideliũ magis inclinetur: habeo in pre
ſenti ſermone vltra iam predicta quattuor ar
gumenta: cũ quinto optimo argumento: veri
tatem ipſius xp̃ianorum fidei demonſtrare
⁊ declarare. quod vtiqȝ erit tale.

¶ De quinto argumento quo ostēditur ꝙ sola fides xp̄ianorum vera est ꝛ salutifera.

Quintū igitur argumentū in ordine declarandū. quo ostenditur solam fidem xp̄ianorum esse verā et non alteram: dicitur argumentū ordinatiōis. Pro declaratione huius argumenti: seu fundamēti: occurrūt verba Cōmentatoris super verba philosophi. 12. Metaphisice. v3. Bonū vniuersi cōsistit in ordine. vnde ordinata sunt aliqualiter omnia in vniuerso. Et iterum. Meliora inquit simpliciter sunt que magis ordinant vnūquodqꝫ in propriū finem. Hec Cōmentator. patet hec regula. Naꝫ illa medicina simpliciter dicit̄ esse melior ceteris omnibus: que magis ordinat infirmum ꝛ egrotuꝫ ad finem sanitatis. Similiter melior esse dicitur illa oratio ceteris omnibus: que magis obtinent finem gratie cōcupite. sicut ꝛ oratio octo verboꝝ: quam fecit virgo ad dominū ꝓ salute humani generis: cum dixit Luce. ca. j. Ecce ancilla domini fiat mihi ꝺm ver. tu. ꝛc̄. dicit̄ melior fuisse cunctis orationibꝰ sanctorum patrū. prout dicit sanctus Bonauentura. in tertio. distin. 4. ar. secūdo. q. 2. in solutione secundi argumēti. Et etiā Ricar. c. di. q2 tunc in instanti meruit non merito condigni Sed simpliciter digni incarnationē filij dei. Ex qua postmodū subsecuta est redemptio. Quo presupposito. ꝙ. s. illud simpliciter dicit̄ esse melius quod magis ordinat in debitum fineꝫ: dico a simili. ꝙ sola illa fides melior est ꝛ verior omni alia fide: que magis dirigit et ordinat hominē ad finem beatitudinis eterne. Sed manifestum est. ꝙ sola xp̄iana fides super omnē aliam fidem. magis ordinat homineꝫ ad predictum finem. vnde per consequens necesse est concludere solam christianorum fidem esse veram: seu omni alia fide meliorem: quod sic patere potest. Triplex eni ordo. necessario requiritur ad consequendū finē eterne felicitatis. quē ordineꝫ simpl'r obseruat sola fides xp̄iana. Quorum.

¶ Primus dicitur ordo diuinalis.

¶ Secundus dicitur ordo proximalis.

¶ Tertius dicitur ordo specialis.

¶ De triplici ordine quo sola fides xp̄iana ordinat in finem eterne felicitatis. Et primo de primo.

Primus ordo quo fides xp̄iana suꝑ omnē aliam fidem ordinat in finem eterne felicitatis. dicitur ordo diuinalis. Nam fides seu lex xp̄iana suꝑ omnem aliam fidem ꝛ legem ordinat hominē tripliciter in deum. Primo q̄ꝫtum ad dilectionem. Secundo q̄ꝫtuꝫ ad profectionē. Tertio q̄ꝫtum ad remotionem. ¶ Primo dico. ꝙ fides xp̄iana ordinat hominē in deum super omnē aliam fidem. q̄ꝫtum ad dilectionē. Naꝫ Deutero. sexto. Matth. 22. Luce decio precipit xp̄iana fides. diliges dn̄m deum tuū in toto corde tuo. ꝛc̄. quid eniꝫ hoc ordine melius: quid honestius? quid ve laudabilius esse potest: ad ꝑducendum hominē ad eternam felicitateꝫ? profecto nihil: immo hoc agere. s. deum super omnia toto corde diligere. q̄sqꝫ cogitur ex ipso solo dictamine rationis. Vnde ꝺm Aristotelem. 9. Ethicorum. Quilibet beneficiatus seu ab altero beneficiū recipiēs tenetur suum benefactorē cordialiter diligere. Quod ꝛ inter nō habentes rationis vsuꝫ obseruandū censetur. Vnde experientia teste. Vidimus ꝙ hec obseruant canes: ceteraqꝫ animalia vsu rationis carentia. q̄ vtiqꝫ benefactorem suū intime et cordialiter diligunt. Sed hunc ordinem. Et si fides xp̄iana cōiter obseruat. tamen nō obseruant: nec obseruare possunt. ipsi theucri: ꝛ saraceni: legem machometi obseruantes. quod dupliciter ꝓbo. Prio rōne. Scd̄o auct̄e. ¶ Prio rōe contrarietatis sic. Nā phus. 4. Metha. dicit ad introductionē vnius forme in vno subiecto reqritur expulsio ꝯtrarie forme. Et rō est ꝺm eundeꝫ. 10. Methaphisice. Quia due forme cōtrarie nō possunt simul stare. sicut nec sanitas nec vita. potest simul stare cum infirmitate ꝛ morte. Quo presupposito certū est. ꝙ cum lex machometi concedat. 12. vxores siue concedat ꝙ quisqꝫ ponat amorē suū carnalem in vxoribus. Et econtra. ꝙ talis amor carnalis totaliter contrarius est amori spirituali ipsius dei: seu celestiū bonoruꝫ cōcludit̄. ꝑ consequens. ꝙ impossibile est ꝙ deum diligant toto ꝛ vero corde. ¶ Scd̄o hoc idem probatur auctoritate Saluatoris. Matth. 6. di. Nemo potest duobus dominis seruire: aut deo aut mamone. Aut enim vnum diliget ꝛ alterum odio habebit. Ex qua ratione ꝛ auctoritate. patet ꝙ cum lex Machometi seu saracenorum ordinet amorem suum i re-

bus carnalibus. cum vero lex xpiana ordinet hoiez in amorem dei atque celestium bonorum. pro ut etiam euangelium hodiernum demonstrat. concluditur quod christianorum fides vera est. illa vero falsa. Hic tamen facies exprobrationem prout tibi placet: contra christianos oppositum facientes: hunc etiam ordinem dilectionis ad deum non obseruat iudeorum fides: quod dupliciter probo. Primo ratione. Secundo auctoritate. ¶ Primo probo ratione obiectionis. Fundamentum rationis ponit Tho. secunda secunde. q. 5. ar. 4. dicens. Spes et perfectio cuiuslibet habitus rerum pendet ex formali ratione obiecti: et ablata specie habitus nullatenus remanet. patet hec regula. Nam cum abstinentia inquantum est habitus infusus habeat carnis maccrationem propter deum pro obiecto. Certum est quod si abstinentia non habet deum pro suo obiecto: iam non erit habitus a deo infusus: sed simpliciter acquisitus. Quo presupposito certum est quod obiectum dilectionis est simpliciter deus. Deus autem est simpliciter pater et filius et spiritus sanctus. una essentia atque substantia. dicente Jo. prime. Jo. 5. Tres sunt qui testimonium dant in celo. pater verbum et spiritus sanctus et hi tres vnum sunt. Manifestum est autem quod lex iudaica deordinat hominem ab amore filij dei incarnati. Nec volunt diligere iudei Christum dei filium: qui vtique deus est et homo. ergo per consequens remouentur ab obiecto vere dilectionis. ¶ Secundo hoc probo auctoritate ipsius filij dei di. Joan. 14. Qui non diligit me non diligit patrem meum. Ex quibus omnibus concluditur quod cum fides christiana sola vere ordinet hominem in deum ipsum ad dilectionem. Oppositum vero faciat lex iudeorum et saracenorum. Certum est propter hoc sola christianorum fides vera est. ¶ Secundo etiam dico quod lex christiana ordinat hominem in deum super omnem aliam legem quantum ad perfectionem. Nam omisso quod lex euangelij seu christiana ordinat hominem in deum per obseruationem preceptorum. quia Matth. 19. precipitur. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Ordinat enim in deum per obseruantiam consiliorum: que conscilia inter cetera: precipue sunt tria. Quorum primum dicitur consilium castitatis. Secundum dicitur consilium contemptibilitatis. Tertium dicitur consilium renunciabilitatis. ¶ Primum consilium perfectionis ordinans hominem in deum super omnem aliam legem: dicitur consilium castitatis seu virginitatis. Nam dominus per similitudinem loquens Matth. 13. dicit. quod quedam terra facit fructum trigesimum: per quem intelligitur castitas vidualis. Quedam denique facit fructum centesimum: per quem intelligitur castitas virginalis: ex qua similitudine apparet: qualiter lex Christi seu euangelij ordinet hominem in deum: per duplicem perfectionem castitatis. scilicet vidualis et virginalis. Quod nulla alia lex facit. Et Matth. 22. hoc idem insinuare voluit saluator: vbi dicit. Non nubent neque nubentur: sed erunt similes angelis dei: in quibus. scilicet non est aliquis carnalis coitus hanc duplicem castitatem persuadet Apostolus Et primo de castitate virginali dicit. j. corin. 7. De virginibus autem preceptum domini non habeo. consilium autem do tanquam misericordiam consequutus a deo. Et ibidem ait. Alligatus es vxori. Noli querere solutionem. solutus es ab vxore. Noli querere vxorem. hec ille. Cum quo concordans Ambrosius. 32. q. j. c. Integritas inquit corporis expetenda a nobis est: quam ego pro consilio suadeo: non pro imperio precipio. Sola est enim virginitas que suaderi potest: imperari non potest. Res est magis voti quam precepti. hec ille. Castitatem in super vidualem persuadet. Idem Apostolus j. corin. 7. di. Dico non nuptis et viduis: bonum est illis si sic permanceant: sicut et ego: quod si se non continent nubant. melius est enim nubere quam vri. hec ibi. Et Hieronymus in quadam epistola ait. Perfecte virtutis indicium est renunciare experte voluptati: fugere notas carnis illecebras: et carnis maritalis amplexus: et calentis adhuc etatis flammas fidei ardore extinguere. hec ille. De obseruatione huius castitatis vidualis commendatur Judith. de qua Judith. 15. dicitur. Confortatum est cor tuum: eo quod castitatem amaueris: et post virum tuum alterum nescieris. Ideo eris benedicta in eternum. hec ibi. Hoc primum castitatis et perfectionis consilium: non tantum non obseruant iudei: apud quos sterilis vir et femina ex lege maledicuntur. Nec etiam saraceni: qui tot vxores accipiunt quot pascere possunt. Sed totaliter abijciunt et tanquam rem pessimam et penitus a deo reprobatam. in oppositum sic arguunt dicentes. Omne quod contrariatur precepto legis nature et diuine: est omnino il

de virginitate oppo/ [illegible]

licitum:⁊ a nullo obseruanduꝫ. Sed castitas virginalis ⁊ vidualis cõtrariatur legi nature ⁊ diuine:ergo ⁊c̃. Et ꝙ sit contra legem nature patet. quia Aristotiles in libro de animalibus. ⁊ primo celi. ⁊.2. de anima dicit. ꝙ natura appetit generationem indiuiduoꝝ propter conseruationem suarum specieꝝ: ꝙ sint etiam cõtra legẽ dei. patet. quia Geñ.j. dicitur. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Unde patet quẽadmodum esset illicitum seruare legalia antiq̃ legis: sic est illicitum seruare castitatem virginalem ⁊ vidualem:cum sit contra predictã vtrãqꝫ legẽ. Quibus premissis concludunt ꝙ talis castitas non tm̃ non ordinat hominem in deum sed magis deordinat. Quorum opinio fides lex atqꝫ sententia:qm̃ falsissima est:⁊ penitus perfectioni contraria:omnino est improbãda Et sic tripliciter probo ad presens:ꝙ talis castitas incomparabiliter est perfectior ⁊ laudabilior oĩ coitu matrimoniali. Primo auctib⁹ Sc̃do rationibus. Tertio distinctiõibus. ¶ Primo ꝓbo auctib⁹:ꝙ castitas seu ꝯtinẽtia virginalis ⁊ vidualis est ꝑfectior omni coitu matrimoniali. Nam Augustinus libro de virginitate ait. Certa ratione etiam sanctaꝝ scripturarum auctoritate: nec peccatum esse nuptias inuenimus:nec carum bonum bono virginalis ⁊ vidualis continentie equare presumimus. hec ille. Item Damascenus libro.4.ait. Quanto angelus homine superior est per naturam:tanto virginitas est nuptijs honorabilior. Item Hieronymus in quadam epistola dicit. Tria precipue sunt genera metallorum ferrum:argentum: ⁊ aurũ. Ferrum est castitas coniugalis. Argentum est viduitas. Aurũ vero virginitas. Deniqꝫ idem Hieronymus ad Eusto. in sermone de assumptõe virgi.ait. Et bene angelus ad Mariam mittitur:quia semper angelis est cognata virginitas: profecto in carne preter carnem viuere:non terrena vita est sed celestis: vnde in carne celestem gloriam accipe maioris ẽ meriti q̃ꝫ habere. hec ille. ¶ Sc̃do hoc idem probo quintuplici ratione. Primo ratione finalitatis. Sc̃do ratione conformitatis. Tertio ratione totalitatis. Quarto ratione difficultatis. Quinto ratione vnitatis. ¶ Primo probo continentiam virginalem ⁊ vidualem esse perfectiorem omni coitu matrimoniali ratione finalitatis. Fundamentum rationis ponit pħus.2.physicorum. ⁊.3.thopico.dicẽs. Cuius finis melior:ipsum quoqꝫ melius. patet hec regula. Nam quia per predicationem anima sanatur a peccatis: que sanitas est melior omni sanitate corporali:quam quis acquirit per consiliuꝫ medicorum. Ideo propter hoc consilium predicatoris est melius ⁊ perfectius omni consilio medicorum. Quo presupposito: certum est ꝫm pħm.10.ethicoꝝ. ꝙ cum duplex sit vita. vꝫ actiua ⁊ contemplatiua:⁊ perfectior sit ꝫꝫ eundem pħm ibidem vita contemplatiua q̃ꝫ actiua. manifestum est propter hoc ꝙ castitas virginalis ⁊ vidualis est perfectior omni vsu matrimonij. Et ratio est: quia hec castitas ordinat hominem ad finem vite contemplatiue. Econtra vero coitus matrimonialis ordinat ad bonum vite actiue. Quod cõfirmat Tho.sc̃da sc̃de.q.152. articu.2. in corpore q̃onum di. Cum queritur. An castitas virginalis vel vidualis sit vitiosa ⁊ illicita. Respondeo ꝙ in actibus humanis illud est vitiosum: quod est preter rationem rectam. habet autem hoc ratio recta:vt his que sunt ad finem vtatur aliquis ꝫm eam mensuram que congruit fini. Est autem triplex hominis bonum: vt dicitur pͥmo ethicorum. Unum quod consistit in exterioribus rebus.puta diuitijs. Aliud quod consistit in bonis corporis. ¶ Tertium qđ cõsistit in bonis anime: inter que etiam bona contemplatiue vite sũt potiora bonis vite actiue:vt pħus probat.10. ethicorum. ⁊ dominus dicit Luc̃.10. Maria optimam partem elegit. Quorum boforuꝫ exteriora quidem ordinantur ad ea que sunt corporis. Ea vero que sunt corporis ad ea q̃ sunt anime. Et vlterius ea que sunt vite actiue:ad ea que sunt vite cõtemplatiue. Pertinet ergo ad rectitudinem rationis: vt aliquis vtatur exterioribus bonis ꝫm eã mensuram que competit corpori. Et similiter de alijs: vnde si quis abstineat ab aliquib⁹ possidendis:que alias esset bonum possidere: vt consulat saluti corporali:vel etiam contemplationi veritatis:non esset hoc vitiosum sed ꝫm rationem rectam. Et similiter si quis abstineat a delectationibus corporalibus: vt liberius vacet contemplationi. pertinet hoc ad rectitudineꝫ rationis. Ad hoc aũt pia virginitas ab omni delectatiõe venerea abstinet:vt liberius diuine contemplationi va-

cet. dicit enim Apostolus .j. corin. 7. Mulier
innupta ⁊ virgo cogitat que dñi sunt: vt sit
sancta ⁊ corpore ⁊ spiritu. que autem nupta ē
cogitat que sunt mundi: ⁊ quomodo placeat
viro: vnde relinquitur: ꝙ virginitas non est
aliquid vitiosum: sed potius laudabile. hec
Tho. verbaliter. ¶ Scdo hoc idem probo ra
tione conformitatis. Fundamentum ratōis
ponit Auctor lib. de causis di. Tanto aliqd
perfectius est: quanto habet maiorem confor
mitatem cum suo principio. ⁊ phs. 5. metha.
dicit. Melius est simpliciter quod est primo
principio propinquius. patet hec regula. Nā
vltimus chorus. s. Seraphin perfectior ⁊ me
lior ceteris omnibus choris angelorum esse
dicitur. ⁊ hoc q2 habet plus de ratione perfe
ctionis: que essentialiter est caritas: qua ipse
est magis conformis ipsi deo glorioso. Silr
semen dicitur esse perfectius: quando est ma
gis in potentia fructificandi: sicut est arbor a
qua egressum est. Quo presupposito certum
est vt habetur Apoca. j. ꝙ deꝰ est alpha. ⁊ o. i.
principium ⁊ finis humane creature. Cū igit
sm phm. 12. metha. Deus simpliciter sit actꝰ
purissimus: ⁊ ab omni libidine alienus. Ca-
stitas vero virginalis ⁊ vidualis est: quedaꝫ
virtus purior omni coitu matrimoniali: con
cluditur ex hoc ꝙ talis ꝯtinentia nō tm̄ nō ē
illicita: sed omnino licita ⁊ omni prorsus per
fectione plena. ¶ Tertio hoc idem probo ra
tione totalitatis. Fundamentuꝫ rationis po
nit Cōmentator super .j. physico. ⁊ etiam in
lib. de substantia orbis di. Omne totuꝫ sim
pliciter melius est omni sua parte. patet hec
regula. Nam simul ecclesia seu domus di-
citur esse perfectior: q̄ꝫ sit simpliciter eius ps
prout est fundamentum. Quo presupposito
certuꝫ est ꝙ triplex inuenitur pudicitia. s. ma
ritalis: vidualis: ⁊ virginalis. Sed castitas
virginalis ceteras duas excedit: quod sic pꝫ.
Nam castitas coniugalis ex hoc solo lauda
tur: ꝙ abstinet ab illicitis voluptatibus. vnde
non habet aliquam excellentiam super casti
tatem cōmunem. Continentia autem vidua
lis addit aliquid supra castitatem cōmunem
tamen non peruenit ad illud quod perfe-
ctum est in materia castitatis. s. ad remotio-
nem omnis veneree voluptatis: quā aliquā-
do experta est. Sed sola virginitas hoc facit
Nam ipsa velut qődam datum optimum
omnem delectationem veneree voluptatis
propter deum contēpnit: vnde sicut magni-
ficentia respectu liberalitatis excellentiaꝫ hꝫ
eo ꝙ magnificentia est circa magnos sum-
ptos. liberalitas vero circa mediocres: sic vir
ginitas respectu matrimonij perfectiorē ex-
cellentiam habet: eo ꝙ propter deum ab oīni
illicita: ⁊ etiam licita delectatione se abstinet.
matrimoniuꝫ vero simpliciter se abstinet ab
illicita. ¶ Quarto hoc idem probo ratione
difficultatis. Fundamentum rationis ponit
phus. 2. ethicoꝝ dicens. Virtus simpliciter
consistit circa bonum ⁊ difficille. Quo pre-
supposito certum est quod vbi est specialior
difficultas: ibi est specialior rō virtutis. Sed
manifestum est ꝙ in abstinendo ab omni de
lectatione venerea: tam licita q̄ꝫ illicita ē ma
ior difficultas: q̄ꝫ in abstinendo solum ab oī
delectatione venerea illicita. Cum igitur pri
ma abstinentia sit per virginitatem ⁊ vidui-
tatem. Scda vero per castitatem coniugalē
concluditur ꝙ castitas virginalis ⁊ vidualis
est omnino perfectior omni castitate ⁊ coitu
matrimoniali. ¶ Quinto insuper hoc idem
probo ratione vtilitatis. Fundamentum ra
tionis ponit Auctor libro de causis dicens.
Virtus vnita fortior est seipsa dispersa. pꝫ
hec regula. Nam ignis hincinde dispersus:
parum calefacit. Econtra simul vnitus cale
facit multum. Quo presupposito certum est
ꝙ persona que vtitur matrimonio dispergit
mentem in illa libidine: dispergit amoreꝫ in
virum atqꝫ filios ⁊ filias. econtra virgo cuꝫ
simpliciter habeatꝰ cor ad deum. Ideo for-
tiorem causam habet diligendi deum: ⁊ per
consequens perfectior est omni matrimonio
propter quod Hieronymus ad sacras vir-
gines ait. O felix virgo in cuius corde preter
Christi amorem nullus alius versatur amor
Et phus. 9. ethicoꝝ dicit. Vera amicitia nō
est nisi ad vnū simplr. Ex ꝯbꝰ rationibus pꝫ
qualiter castitas virginalis ⁊ vidualis perfe
ctior est omni coitu matrimoniali. ¶ Tertio
postremo hoc idem probo distinctionibus. ⁊
primo distinctione sancti Tho. scda scde. q.
152. articu. 4. dicentis. Cum queritur an vir
ginitas sit excellentior matrimonio. Respon
deo ꝙ sicut patet in hoc Hieronymi contra
Iouinianum. hic error fuit Iouiniani: q po-
suit virginitatem matrimonio non esse pre-
ferenda. Qui qdeꝫ error precipue destruitur
⁊ exemplo Christi qui ⁊ matrē virginē elegit

ꝛ ipſe virginitatem ſeruauit. Et ex doctrina
apl'i qui prime Corin. 7. Virginitatē cōſulit:
tanq̄ melius bonū. Et etiā patet ratione: tū
quia bonū diuinū eſt potius bono humano
tum quia bonū anime pfert bono corpis.
tum etiā quia bonū actiue ordinat ad bonū
anime ſm vitam cōtemplatiuā. quod eſt co-
gitare que ſunt dei. Coniugiū autem ordina
tur ad bonū corpale. quod eſt multiplicatio
generis humani. ꝛ ptinet ad vitam actiuā. q2
vir ꝛ mulier in matrimonio viuentes neceſ-
ſe habent cogitare que ſunt mūdi. ut patet p
Aplm prime Corin. 7. Unde ex his indubi-
tāter virginitas preferenda eſt omni cōtinen
tie cōiugali. hec Tho. verbaliter. Alia diſtin-
ctio eſt. Ricar. in. 4. diſtin. 33. ar. 4. queſt. 2. di
centis. Cum querit: an caſtitas virginalis ſit
excellentior ꝛ pfectior: ꝛ maioris meriti q̄ ca
ſtitas coniugalis. Reſpondeo ſimpliciter: ꝛ
concedo. ꝙ habitus virginitatis maioris eſt
meriti q̄ habitus continētie cōiugalis. quia
habitus virginitatis eſt habitus caſtitatis p
fectus. habitus caſtitatis cōiugalis eſt habi-
tus caſtitatis impfectus. ſemp autem maio-
ris eſt meriti virtus pfecta q̄ impfecta. Sta
tus autem ab omni venerea delectatione cō
tinentiū. ꝛ ſtatus cōiugatorū referri poſſunt
Ad idem tempus vel ad diuerſa tempa. Si
primo modo: aut ad tēpus legis ſcripte: ꝛ ſic
maioris meriti fuit ſtatus coniugatoꝝ q̄ ab
omni venerea delectatione abſtinentiū. vn-
de ſtatus coniugatorū pcipiebatur: ꝛ alius p
hibebatur propter multiplicationē fidelium
In tpe aūt legis euangelice. quia eſt tempꝰ
multiplicationis fideliū per generationē ſpi-
ritualem. maioris eſt meriti ſtatus abſtinen
tium q̄ ſtatus coniugatoꝝ. Si autem predi-
cti duo ſtatus referātur ad diuerſa tempora.
ut ſtatus cōiugatorum ad tēpus legis ſcripte
ꝛ ſtatus continentiū ab omni venerea dele-
ctatione ad tempus legis euangelice. ſic quo
libet ſtatu cōſiderato in ſuo optimo. vnus al
teri non pfertur. Unde Auguſ. in li. de bono
cōiugali dicit. Non eſt impar meritum cōti
nentiū in ioanne qui nullas expertus eſt nupti
as. ꝛ in Abraam qui filios genuit. hec Ric.
verbaliter. Ex predictis igitur auctoribꝰ. ra-
tionibus. ꝛ diſtinctionibꝰ. patet ꝙ xpiana fi-
des concedat duplicē caſtitatem virginalem
ꝛ vidualem. tanq̄ rem prout eſt maxime per
fectionis. ecōtra autē lex iudaica ꝛ mathema
tica illam abijciat tanq̄ venenū mortiferū.
Concludit per conſequēs ꝙ xpiana fides. oī
alia fide melior eſt ſantior atq̄ perfectior. hic
ſi placet obſecra omnes ciues ut in tota qua
drageſima coitu abſtineant propter deum.
¶ Secundū etiā conſiliū perfectionis legis
xpiane ordinans hominē in deū ſuper oēm
aliā legē dicit conſiliū contēptibilitatis. Nā
Matth. 19. Cum quidē iuuenis interrogaſſet
dñm ieſum quid faciendo vitam eternā poſ
ſidebo. Reſpondit ei. Si vis ad vitam ingre
di: ſerua mandata. Cum autē ille dixiſſet. hec
omnia ſeruaui a iuuētute mea. Dixit ei dñs
Si vis perfectus eſſe vade ꝛ vende omnia q̄
habes ꝛ da paupibus. ꝛ habebis theſaurum
magnū in celo: ꝛ veni ſeq̄re me. hec ibi. Ubi
oſtendit ꝙ contēptus rerū tempaliū ſeu pa-
rentū: ꝛ huiuſmodi. eſt actus maxime pfectiō
nis: quā perfectionē ſeruauerūt ſanctus Frā
ciſcus: ſanctus Auguſtinus: ꝛ in hodiernū di
em etiam ſeruāt viri religioſi. Quē pfectio-
nis actum nō obſeruat lex iudaica ꝛ mathe
matica. cōcludit. igitur p cōſequens. ꝙ xpia-
norum fides eſt verior ſantior atq̄ perfecti-
or omni alia fide. Et non ſolū inducit ad re-
nunciandū actualiter pdicta. ſed inſup omni
bus predicta actualiter poſſidentibꝰ. ut omnē
amorē inordinatū ab eis terrenis rebꝰ amo-
ueant. dicēte Lu. 14. Niſi quis renūciauerit
omnibꝰ que poſſidet. ſ. corde: nō poteſt eē meꝰ
diſcipulus. ¶ Tertiū conſiliū pfectionis leg'
xpiane ordinans hominē in deū ſup omnē
aliam legem dicit conſiliū renunciabilitatis:
ſeu renūciationis pprie libertatis: licet eniꝫ
in hac vita nihil ſit carius ppria libertate. di
cente Eſopo. Nō bene p toto libertas ven-
ditur auro. Hoc celeſte bonū preterit orbis
opes: tamen lex xpi ſuadet vendere omnē li-
bertatem pprie volūtatis. propter deū. quod
vtiq̄ eſt actus maioris perfectionis incōpa-
biliter: q̄ ſit actus ſiue cōtemptus oium reꝝ
tempaliū. ꝛ q̄tū anima excedit omnia tem-
palia bona: tm̄ iſte actus eſt nobilior illis. hūc
pfectionis actū inſinuat dñs Matthei. 16. di
cēs. Qui vult venire poſt me abneget ſemet
ipſum. Cum autē hunc actum obſeruet: ut in
multis patet lex xpiana. ecōtra alie nō obſer
uent. Seqtur ꝙ xpiana fides omni alia pfe-
ctior eſt. Ex premiſſis patet etiā qualr xpia-
na lex ordinat hominē in deū ſuper oēm ali
am legem q̄tū ad pfectionē. ¶ Tertio inſup

dico.ꝙ fides xp̄iana ordinat hominē in deū
super omnē aliam fidem:q̄ztum ad remotio
nem.s.omnis erroris.Sentētia est ph̄i tertio
de anima.ꝙ vnum contrariū cognoscitur ꝑ
reliquū.patet.quia dulce cognoscit per ama
rum.⁊ albū per nigrum:⁊ ecōuerso.A simili
ergo dico.ꝙ per inhonestatē siue per errorez
alicuius fidei cognoscetur clare veritas alte
rius fidei.Quia modo certū est ut patebit.ꝙ
inhonestas siue maximꝰ error aliarū sectarū
clare demonstrant xp̄ianorum fidem verissi
mā esse.Quinqꝫ autem sunt precipue secte:
propter earum inhonestatem fidem xp̄iano-
rum veram esse demōstrantes. Quarum.
¶ Prima dicit secta paganorum.
¶ Secunda dicit secta philosophorum.
¶ Tertia dicit secta saracenorum.
¶ Quarta dicit secta iudeorum.
¶ Quinta dicit secta simul plurimorum.
¶ Prima igit secta fidem xp̄ianorū veram
esse demonstrans propter suam inhonesta-
tem.dicit secta paganorum.Certum est eniz:
ꝙ antiquitus pagani adorabant.Et etiaz ut
fertur adhuc alique nunc adorant idola va-
na ⁊ colunt:eisdem sacrificia offerunt.q̄ vtiqꝫ
idola sunt opera manuū:nullū sensum habē
tia.In quibus nihil est numinis.de quibus
propheta ait.Simulacra gentiū argentum ⁊
aurū: opera manuū hominū. Os habent et
non loquētur:oculos habent et non videbūt
Aures habent et non audiēt.nares habēt et
non odo.manus ha.⁊ non pal. pedes habēt
⁊ non am.et nō clama.in gut.suo.Quid eniz
hac fide demētius:Quid hac cultura peius.
quid ve hoc errore irrōnabiliꝰ.O insania pes
sima.O demētia iniqua.O cecitas cōsuma
ta. O paganorum idola modo deuz colen-
tiū. Hāc inhonestatē reprobauerūt omnes
philosophi firmissimis ⁊ naturalibꝰ rationi-
bꝰ.Hanc etiā fidē reprobauit Socrates ma
ximus phus atheniens.ut superius est preta
etuz.qui cū apollinē colere nollet: ⁊ vltra hoc
alios colere prohiberet. ab ipsis atheniensi-
bus.ut recitat valerius maximꝰ li.7. veneno
interēptus est.Hāc deniqꝫ fidem neq̄z: et si
omnis xp̄iana lex reprobet.tamen virgo illa
sanctissima Katherina Costi regis filia:oīuz
mulierū speciosissima.summe reprobauit in
presentia Maxentij imꝑatoris ⁊ infinitoruz
q̄si paganorū idolis sacrificantiū: que cōtra
ipsum Maxentiū imperatorē in talia verba
prorupit.ut in eius legenda ad litterā dicitur
O imꝑator quare incassum cōgregasti hanc
multitudinē ad colendā stulticiā atqꝫ errorē
idolorū. Miraris hoc templū manu artifi-
cis operatum. miraris preciosa ornamenta.
⁊ vario opere cōpleta. que velut puluis ante
faciem venti erunt.Mirare potius celum et
terrā: mare nomnia q̄ in eis sunt.mirare or
namenta celi solem.vz.⁊ lunam: ⁊ stelas:mi
rare famulatū eorū qualiter a mundi initio
vsqꝫ ad finem die noctuqꝫ ad orientē currūt
⁊ redeūt.⁊ nunq̄z fatigant:⁊ dū hec animad-
uerteris.interroga ⁊ disce quis hoꝝ omniuz
sit potentior.Cum autem illū ipso donāte in
tellexeris:nec similem illi inuenire valueris
ipsum adora.ipsum glorifica.illi famulatū ꝑ
be.q habet potestatē corpus ⁊ animā perde
re in gehennā. Ipse eniz deus deoꝝ ⁊ domi
nus dominātiū est. hec ibi verbaliter. Quid
vltra dicam de maxima dementia paganoꝝ
Certe aliquid dicam. Nam ad tantam de-
mentiā deducti erant. ꝙ non tm̄ idola cole-
bant.in quibꝰ demones habitabant.et in eis
responsa dabant.Sed vltra hoc eis filios ꝓp̄
os immolabant.dicente propheta. immola-
bāt filios suos:⁊ filias suas demonijs.O ne
phandissima cultura. O fides diabolica. O
lex oino detestanda.hoc idem cōfirmat Ni-
co.de lyra.super predicta verba dicens.ꝙ pa
gani ponebant filios suos viuos puulos ⁊ fi
lias in brachijs idolorū.que erant de metal-
lo:et in cōcauo idolorū ponebant ignē:q̄ sta-
tim filios viuos cōsumebant. ⁊ ne parentes
audirent fletū ⁊ clamores suorū filioruz. ⁊ ex
hoc forte peniteret ceteros paganos:cū tim-
panis:choris:⁊ organis:⁊ huiusmodi instru-
mentis fortissime ꝑsonabāt. Ex quibus con
cluditur.ꝙ cū fides xp̄iana realr̄ ⁊ vere deū
verū adoret. econtra pagani:idola. Sequit ꝙ
talis inhonestas arguit xp̄ianorum fidē esse
verissimā.¶ Secunda insuper secta.propter
suam inhonestatē fidem xp̄ianorū veram eē
demōstrans.dicit secta philosophoꝝ.Certuz
est enim.ꝙ non tm̄ paganorū lex:sed ⁊ philo
sophoꝝ doctrina ⁊ vita. multa vana ⁊ irra-
tionabilia continet. Manifestū est enim oī-
bus sententias philosophoꝝ legentibꝰ. ꝙ ho
nestior ⁊ moralior policia inter omnes philo
sophos.fuit policia Arist. Que ⁊ si in pluri-
bus sit honesta ⁊ moralis.In pluribꝰ tamen
est inhonestissima ⁊ irrationalis.Nam si ga

legit in scdo politicorum. dicit ibi multa inhonesta: et precipue tria. Primū inhonestum est quo dicit. quod expedit ad temperantiā coitum facere senioribus. quod vtique a xpiana fide Ecclesiast. 25. reprobatū est. vbi dicit. Tres spēs odiuit anima mea. Senē fatuum. i. luxuriosum. Et ratio est. quia cū sit frigidus: nihil ē quod habeat ipsum ad hoc inclinare. vnde Tullius libro de senectute dicit. quod libido magis est adolescentū. quam senum. non tamen omnium adolescentium: quia non proborum. Ibi enim vocat senes luxuriosos fatuos. Secundū inhonestū immo inhonestissimū. quod dicit ē nullum orbatum debere nutriri. quod non tm̄ reprobatur a xpiana fide. sed etiam ex dictis eius. Nā ipse dicit scdo Ethi. quod ex his quibus habemus a natura. nec laudamur: nec vituperamur: ergo consequenter concludit quod nec etiā ex his puniri debemus. Si igit ille naturalr orbatus ē: et sterilis et de hoc maxime dolet: nec nullo modo potest sibi inuenire remediū. quare nō est nutriendus: dictamine ergo recte rationis patet hoc omnino fore iniustū. Tertiū inhonestissimū est et horrendū. Si quis inquit genuerit filios. vltra diuitiarū sufficientiā antequam sentiatur vita fiat abortus. O Arist. vbi est sciētia tua O Aristo. vbi est sapientia tua. O Aristote. stulte. vbi est prudentia tua. Quid enim dicis: Nonne scdo de anima tu ipse dixisti. quod opus generalissimum totius nature est generare sibi simile in specie. Quo presupposito. Si hoc quod dicis fieret: nonne frustraretur intentio totius nature. Ideo O Aristoteles Audi paulum te sapientiorem. Ad Romanos. tertio dicentem. Nunquam sunt facienda mala. ut veniat bona: ex qua regula. O medice immo diligentius caue: ne vnquam persuadeas alicui egroto aliqd quod sit peccatū. sequens in hoc Aristotelem: aut Auicennā: aut Galienum. quia incides in sententiam excōmunicationis. que non datur nisi mediāte mortali culpa. habetur ista veritas extra de pe. et re. ca. cum infirmitas. Ex premissis omnibus concludo. quod si moralior. sanctior. honestiorque fuit Aristotelis policia super omnes alias. et tamen tam inhonesta cōtineat. Sequitur quod omnes politie: seu sententie moraliū philosophorū. Et si nō in toto: tamen in parte inhoneste. sunt. Ex quibus inhonestatibus arguitur expresse veritas fidei xpiane: que nullam in se continet predictarū inhonestatū. ¶ Tertia secta propter suam inhonestatē demonstrans fidem xpianorum esse veram. dicitur secta saracenorum: seu turchorum. Quid hic dicere-mus de saracenis et turchis. sectatoribus ipsius vilissimi porci Machometi. omni inhonestate plenissima. precipue cum pro vltima beatitudine. eis promittat quod porcis. asinis. ceterisque bestijs omnino conuenit. videlicet coitum ciborum: et deliciarum vsum: et huiusmodi. Que vtique Machometus eis in futura vita promittit. O sozzo porcho. O canis vilissime. O inimice omnis pudicicie et castitatis: qui etiam duodecim vxores concedit. Cōtra te clamat. immo contra tuam impudicitiam et inhonestatem: tota lex christiana: et catholica fides. immo contra te clamat Auicenna qui de tua iniquissima secta fuit. qui aperte nono Metaphi. sue. has omnes promissiones tuas et remunerationes respiciens: et alium finem perfectiorem ponens. magis rationali creature conuenientem dicit. Lex nostra quā Machometus dedit. ostēdit perfectionem felicitatis et miserie: que sunt secundum corpus. Sed alia est promissio. que solum apprehēditur intellectu. Et addit. Sapiētibus multo magis fuit cupiditas: ad ostendendum animarū felicitatem quam corporum: que quamuis daretur eis. non tamē attendunt nec appcia ti sunt eam comparatione felicitatis que est coniunctio prime veritati. hec ille. Concordat Auicenna cum domino Jesu Joan. decimo septimo. Hec est vita eterna. etc. Sed etiam ab Aristotele. hec opinio Machometi improbatur. primo Ethicorum. Nam cum felicitas sit bonum optimum. et secundum eundem secundo de anima. inter obiectum et potentiam requiratur proportio. sequitur quod optimo in nostro debet queri. Optimum autem nostrum est aia. ergo in bonis aie: et non in bonis corpis poneda ē felicitas. Ex pmissis omnibus etiā concludo quod fides seu lex Saracenorum et Turchorum: seu Machometi fit inhonesta. ecōtra lex et christiana fides. talia inhonesta abijciat et impugnet. sequitur quod xpianorum fides et lex est verissima. ¶ Quarta secta propter suam inhonestatem demonstrans fidem christianorum esse veram. dicitur secta Judeorum. Ecce quod Judei insensati: et rudes nouum testamentum condemnant quod vtique totum in veteri testamento eis promittitur. ut ostendit apl's ad hebre. 2. Ostendēs

quõ ⁊ q̃ꝫ insipide sint oẽs cerimonie ut eo-
rũ prophete ostendũt sine xp̃o. Contra quos
licet melius infra declarabit eorum prophe-
te ostendunt xp̃m aduenisse. Nam Gen̄.49
dixit Jacob. Non auferet sceptrũ de iuda. ⁊
dux de femore eius. ⁊c̃. Et Dan̄.9. dicit. Cuꝫ
venerit sanctus sanctoꝝ. ⁊c̃. Si igitur xp̃s ve
nit ⁊ ab ipso nouũ testamentũ est ꝓmulgatũ
ergo tanq̃ꝫ auctenticũ est acceptandũ. ergo q
non acceptant fallũtur: ⁊ decipiũtur. Sed vl
tra hoc tenent iudei: ⁊ iudaica lex: ꝙ nullate-
nus humana anima deũ videre potest. Sed
solum hoc modo aia post mortẽ beatificatur
quia habet omnes delectationes quas vult:
sicut antiquitus in deserto sumebãt manna.
quod in se habebat omne delectamentũ. vñ
Sap̃.16. dicit. Panem de celo prestitisti eis
omne delectamentũ in se habentẽ. Dum igi
tur ut patet gens iudeoꝝ sperat solã affluen-
tiam tempalem bonoꝝ a deo. Et gens Ma
chometi solas delitias corporales: q̃ꝫtum ex
promissione legis coꝝ. concludit vtraqꝫ eorũ
spes seu opinio: eos inuanũ accepisse aias su
as: cum eorũ felicitas simpliciter sit brutalis.
Quod vtiqꝫ falsum est: cum anima inuisibi-
lis: bonis inuisibilibꝫ remunerãda sit: nec na
tura rõnalis bonis inferioribus felicitari po
test. Unde exquo hanc opinionẽ tenent. seq̃
tur ꝙ ipsi sunt mirabiliores ipsis rebꝫ quibꝫ
se subdunt. Unde Augus. Quisqꝫ inquit qȯ
seipso deterius est seqtur fiet eo ipse deterior
Contra quos nõ tm̃ clamat xp̃iana fides. sꝫ
etiam rationalis. Certũ est enim s̄m phm̃.2.
de anima. ꝙ potentia nõ perficitur nisi a suo
obiecto. Cum igitur deus sit obiectũ ipsiꝰ ani
me: ergo non poterit beatificari nisi in visio-
ne ipsius dei. Et confirmatur ista ratio. Nã
certũ est s̄m eundẽ phum.3. de anima. ꝙ deꝰ
nihil facit frustra. Quo presupposito certum
est. ꝙ anima summe desiderat deũ videre et
in eo beatificari. ergo necesse est animã beati
ficandã videre deũ. Ex premissis etiã conclu
do. ꝙ cum lex iudeoꝝ contineat in se res in-
honestas. ⁊ ipsi deo contrarias. econtra lex
xp̃ianorum teneat oppositũ. certum est: ꝙ lex
xp̃ianorum verissima est. Judeoruꝫ vero lex
falsissima. ¶ Quinta secta propter suã inho-
nestatẽ demonstrans fidẽ xp̃ianorum esse ve
ram; dicit secta simul plurimorũ. vltra enim
predictas sectas: quasi sunt innumerabiles:
alie diuersorũ hereticorum seu infideliũ: qui

omnes inhonesta sentiũt diuersimode de ip
so deo. Nam quidã detrahunt pfectioni dei
que consistit in tribus psonis ⁊ vna substan
tia ⁊ essentia. Quidã detrahunt eius omni-
potẽtie: sicut quidã philosophi. qui dicũt deũ
non potuisse creare mũdũ ⁊ creaturas ex ni-
hilo. sed tm̃ presupposita aliqua materia. pro
pter qȯ phus p̃mo Phisycoꝝ. dicit. Scd̃m
omnes philosophãtes: ex nihilo nihil fit. Si
militer alij detrahunt etiã eius omnipotẽtie
dum negant generalẽ resurrectionẽ mortuo
rum fieri posse. Alij detrahunt eius sapiẽtie.
dum dicũt deum nõ preuidere cõtingentia.
Alij detrahunt eius iusticie. dum dicũt deũ
non punire peccata: vel non esse penã infer-
ni. vel saltem eternaliter punire. sed tandem
omnes saluare. Alij detrahũt eius misericor
die. sicut qui dicunt animas post lapsum pec
catoꝝ nullatenꝰ posse inuenire misericordiaꝫ
apud deum. Alij negant liberalitatẽ dei. duꝫ
dicunt deum nõ esse remuneratorẽ dilecto
rum suorũ post mortẽ. Alij negant diuinam
prouidentiã: seu gratuita dei beneficia. sicut
qui tribuunt bona que habent in mũdo fato
stellis. fortune. ꝓprie industrie: seu cuidã na-
ture. vnde dicunt herbas. plantas. frugem. et
similia non a deo creata. sed terram hec oia
producere ex se. Alij deniqꝫ negant diuinaꝫ
charitatem. dum asserunt deũ non esse incar
natũ pro salute mundi: nec oino ei fore hoc
possibile. Ex premissis patet error ⁊ inhone-
stas oium aliarum sectaꝝ: que cum sint ple-
ne oi errore falsitate ⁊ inhonestate: ⁊ prorsus
remote ab omni vero cultu diuino et verita
te: arguunt falsitatem suã: ⁊ confirmant xp̃ia
norum fideꝫ esse verissimã: que dupliciter ve
ra super omnes esse videt. Primo q² xp̃ia
na fides nihil in se cõtinet quod sit turpe: fal
sum ⁊ inhonestum: quod sic patꝫ. nã discurre
Gen̄. Exoȯ. Leuiticũ. Euangelia. ⁊ omnes
alios libros xp̃iane fidei: seu scripture sacre.
Nunqd in eis aliquid: vel minimũ: vel inho
nestum reperies. Certe non: O August. Tu
qui totã legisti scripturã sacram: quid dicis
de ea? Audi in fine scd̃i libri de ciui. dei. c.28.
Nihil enim eis turpe ac flagitiosum spectã-
dum. imitandũqꝫ ꝓponitur: vbi veri dei aut
precepta insinuantur: aut miracula narrant:
aut dona laudant: aut beneficia postulantur
hec ille. ¶ Secundo insup fides xp̃iana sup
omnes vera apparet: q² in se continet ⁊ cõ-

plectitur omne illud qđ concernit honorem laudem ⁊ gloriam dei: quod sic patet. Nam christiana fides: deum solum adorat: eiqꝫ soli famulatur. Unde sola christiana fides idolatria de hoc seculo fugauit: q̄ tamen ab initio legis vsqꝫ ad Christum nō solum in populo paganorum. Sed nec in populo iudeorū potuit aliquo modo excludi. Sola insuper christiana fides: deum magnificat: dum sola deū trinum ⁊ vnum adorat. Fides insuper christiana tenet animas fore imortales: qđ vtiqꝫ credere non tm̄ est necessarium: nec malum. Immo maxima est confessio diuine laudis ⁊ bonitatis. Fides insuper christiana cōmēdat sapientiam dei: dum etiam omnia futura ⁊ contingentia deum conspicere fatetur. Fides etiam christiana cōmendat diuinam iustitiam: dum fatetur ⁊ credit ꝙ ne dū peccata venialia etiam minima punit. Sꝫ vltra hoc credit ꝙ pro qualibet mortali culpa: de⁹ irremediabiliter eternam penam impendit Fides insuper christiana cōmendat misericordiam dei: dum etiam post lapsum inumerabilium peccatorꝫ: per penitentie sacramētum credit peccatores a deo recipi ad veniaꝫ per gratiam. Fides insuper christiana confitetur liberalitatem dei: dum credit deum eē post mortem remuneratorem suorum delictorum filiorum. Fides insuper christiana cōmendat gratuita dei beneficia: dum frugem herbas: plantas: ⁊ similia: confitetur a deo ꝓcedere: non simpliciter a terra: a casu: stellis: fortuna: ⁊ huiusmodi. Fides insuper christiana plurimum cōmendat bonitatem ⁊ caritatem dei: que etiam propter nos peccatores filio proprio non pepercit. dicente Apostolo ad Ro. 8. Proprio filio suo nō pepercit de⁹: sed pro nobis omnibus tradidit illum. hoc enim redemptionis beneficiū maior ē ignis ad accendendū cor nostrꝫ: q̄ꝫ simul eēt tot⁹ mundus: ad accendendum idem cor nostrꝫ propter quod Luc. 12. Ipse dei filius dicebat Ignem veni mittere in terraꝫ. i. in corda terrena: ⁊ quid volo: nisi vt ardeatur. Et ꝙ nihil fuerit efficatius sic ad accendendū corda nr̄a in diuinum amorem: q̄ꝫ imolatio filij dei. pꝫ quia Jo. 15. dicitur. Maiorē caritateꝫ nemo habet ⁊c̄. Ex premissis omnibus concludit: ꝙ cum fides christianorum ordinet hominē in deum quantum ad dilectionem: quantuꝫ ad perfectionem: ⁊ quantum ad exclusionem omnis inhonestatis ⁊ erroris: qđ vtiqꝫ nulla alia lex seu fides facit. ꝙ christianorū fides simpliciter vera est: ⁊ per consequens ab oībus imitanda. dicente Augustino lib. de fide ad Petrum. Prudentium inquit ⁊ fideliuꝫ virorum est: examinare que sit fides purior: maiestate dei dignior: quā cum inuenerit: illi se debet omnino submittere. hec ille.

¶ De scđo ordine quo sola fides christiana ordinat hominem in finem eterne felicitatis

Secundus ordo quo fides christiana super omnem aliam fidem ordinat hominem in finem eterne felicitatis dicitur ordo proximalis. Nā fides christiana non tm̄ vt pretactum est ordinat hominē in deum. Sed etiam super omnem aliā fidē ⁊ legem ordinat hominem ad ꝓximū suum ⁊ hoc tripliciter probo. Primo quantū ad generalem dilectionem. Scđo quantū ad liberalem cōicationem. Tertio quantuꝫ ad specialem dispositionem. ¶ Primo dico ꝙ christiana lex ordinat hominem ad ꝓximum suum quantum ad generalem omnium dilectionem. vꝫ amicoꝝ ⁊ inimicoꝝ: ꝑmo amicorum. Nam deutero. 6. Matth. 22. ꝑcipit. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Matth. 5. etiam precipit. Diliges amicum tuum. ¶ Scđo in lege christianorum ꝑcipit etiam dilectio inimicoꝝ. Nam amor christianoꝝ: vt sit verus ⁊ perfectus: non tm̄ se extendit ad omnes amicos: sed etiam ad oēs inimicos. Et ideo Matth. 5. saluator ꝑcipit Diligite inimicos vestros ⁊c̄. Quo ꝑcepto tenetur qsqꝫ christianus non tm̄ diligere inimicos christianos: sed etiam quantū ad nāꝫ ⁊ grām non quātum ad culpam: oēs iudeos turchos: saracenos: mauros: paganos: ⁊ huiusmodi: quē ordinem generalem dilectiōis nequaq̄ꝫ obseruant iudei. Nam licet Mat. 5. dicatur. Diliges amicuꝫ tuū: ⁊ odio hēbis inimicū tuū: nequaq̄ꝫ ſm Nico. de lira. de⁹ precipit. Odio habebis inimicum tuū: sꝫ ipsi iudei illud super posuerūt a capite suo. Vn̄ arguunt sic. Certum est vt habet. 2. thopi. ꝙ i contrarijs tenet cōsequentia in seipsis: vt sic Si diligendus est amicus: ergo odiendus ē inimicus. Istud sequit per locum a cōtrarijs Ex hoc igit arguūt christianos eē inimicos: ⁊ ideo odiunt eos. Idem dico de alijs sectis Cum igitur vt patet. Lex christiana non tm̄ ad amicos: sed etiam ad omnes inimicos se

extendat per dilectionē ꝛ caritatē. Alie vero secte non: sequitur ꝙ christianorū lex verior est omni alia lege ꝛ fide. ¶ Scđo etiam dico ꝙ christiana lex ꝛ fides super omnem aliam legem ordinat hominem ad ꝓximū suum: quantum ad liberalem cōmunicationeꝫ: vñ lex christiana: non tm̄ iubet amicos ꝛ inimicos diligere affectu: sed etiam effectu ꝛ operatione: dum necessitas incūbit. Et primo de amicis dicitur. j. Joā. 3. Filioli non diligamꝰ linguam tm̄ neqꝫ verbo. s. amicos: sed opere ꝛ veritate. Et ille Jo. 4. dicitur. Si quis habuerit substantiam huius mundi: ꝛ viderit fratrem suum necessitatem habere: ꝛ clauserit viscera sua ab eo quō caritas dei manet in illo. Et deutero. 15. dicit. Si vnus de fratribus tuis qui moratur inter portas ciuitatis tue in terra quā dñs deus daturus ē tibi ad paupertatem deuenerit. non obdurabis cor tuum nec contrahes manū tuam: ſꝫ aperias eam pauperi. hec ibi. ¶ Scđo etiā inimicis lex christiana iubet in necessitate benefacere. vnde Matth. 5. precipit. Diligite inimicos vestros: benefacite his q oderūt vos Et prouer. 25. Si esurierit inimicus tuꝰ ciba illum: si sitit potum da illi. Pro amicis vero ꝛ inimicis precipit Luc. 6. Mutuum date. s. vtrisqꝫ in necessitate nihil inde sperantes. et Mat. 9. precipit. Qui petit a te: da ei: ꝛ volēti a te mutuari ne auertaris. Contra hunc ordinem dilectionis facit lex iudeoꝝ: qui mutuum prestant: cum vsure lucro. dicētes hoc esse iustum ꝛ licitum: cum ꝯ etiā nature legē sit: que Matth. 7. iubet. Quecūqꝫ vultis vt faciant vobis homines ꝛc̄. Et Tobie. 4. precipit. Qđ oderis tibi fieri: vide ne alteri feceris. Nunc errorem ipsi elitiunt a seipsis: male scripturam intelligentes. Unde super illa verba deutero. 23. Nō feneraberis fratri tuo nomine fratris intelligūt simpliciter iudeos scilicet de genere iudeorum: ꝛ non de genere christianoꝝ. Cuꝫ tamē respectu Ade ꝛ Eue ꝛ respectu dei a quo creati sumus oēs simꝰ fratres. Concessum tñ erat a deo ſm Nico. de lira. Et etiam Guicl. sicut poniẗ ad lrām i supplemēto. Usura. j. §. 5. ꝙ simplr erat iudeis concessum alienis dare ad vsuram: vt maius malum vitarent: ne. s. a iudeis deum colentibus vsuras acciperent propter auariciam. Ita ꝙ permittebatur iudeis: ꝙ ipsi cōcederent egyptijs ad vsuram. Et ratio est: ꝙ ipsi iniuste vsurpauerant bona sua: ꝛ iniuste eorum substantiaꝫ detinebant. Ex premissis etiam patet: ꝙ cum christianoruꝫ lex amicis ꝛ inimicis propria bona mutua datione concedat: etiam sine vllo vsure lucro. ꝛ ecōtra lex iudeorum oppositum faciat. concluditur ꝙ ē verior omni alia lege ꝛ fide. ¶ Tertio dico ꝙ lex christianorum super omnem aliam legeꝫ ordinat hoiem ad proximum suum quantuꝫ ad specialem impositionem vel dispositionē Nā lex christiana nō tm̄ iubet diligere amicos ꝛ inimicos affectu ꝛ effectu. sed insuꝑ precipit ꝙ quisqꝫ in necessitate exponat vitā suā corporalem pro salute alterius. Unde ꝑme Jo. 3. dicitur. In hoc cognouimus caritateꝫ dei: qm̄ ipse aiam suam posuit pro nobis: et nos debemus pro fratribus animam nr̄am ponere. gl̄e. i. corporalem vitam. Nunc ordinē nulla lex obseruat nisi xp̄iana. Propter ꝙ etiam concluditur ꝙ est verior ꝛ perfectior omni alia fide. Ex premissis omnibus colligere: ꝙ ex quo christiana lex ordinat hominem ad proximum: ꝛ quantum ad generaleꝫ oēꝫ dilectionem: ꝛ quātum ad liberaleꝫ cōicationem: ꝛ quātum ad specialem expositionem. cetere vero leges ꝛ secte non: concluditur ꝙ christiana lex vera est: cetere vero false.

¶ De tertio ordine quo fides sola christiana ordinat hominem in finem eterne felicitatis

Tertius deniqꝫ ordo quo fides christiana super oēm aliam fidem ordinat hoiem in finem eterne felicitatis dicitur ordo specialis. Fides enim christiana non tm̄ ordinat hoiem quātum ad deum et proximū. Sed insuper ordinat hoiem super oēm aliam legē quātū ad seipsum: qđ ꝛ tripliciter probo. Primo quātū ad subiectionem. Scđo quantū ad obiectionē. Tertio quantum ad imitationeꝫ. ¶ Primo dico ꝙ fides christiana ordinat hoiem quātuꝫ ad se quantū ad subiectionē. Cum enim ſm pħm 3. de aia. duplex sit appetitus in hoie. vꝫ sensitiuus ꝛ rōnalis. ꝛ. 9. ethi. dicaẗ ꝙ homo est maxime intellectꝰ: ꝛ rō: concludiẗ ꝙ pars sensitiua debet subijci parti rōnali. Nunc inferior teneẗ se subijcere maiori. Uñ phus. 3. de aia dicit. Appetitu scđo ꝛ cōtrario in homine exñte: qui superior fuerit: dꝫ secū trahere inferioreꝫ: sicut spera maior trahit secū oēs speras inferiores. Et. j. polit. Idem confirmans ait. Aia nāliter dn̄atur corpori: sicut dñs seruo: ꝛ

aia dꝫ esse regens:corpus vero rectū.hoc idē precipit deꝰ vnicuiqꝫ di. Gen̄.4. Sub te erit appetitus tuus.s.carnalis:⁊ tu dn̄aberis illiꝰ hoc totū obseruare iubet lex xp̄iana. Ecōtra lex Machometi iubet plures vxores hr̄e: vt sic maior libido ⁊ cōcupiscentia habeat̄: ex q̄ supabundanti libidine ⁊ cōcupiscentia: certū est ꝙ contra oēm nature ordinem pars inferior predn̄atur supiori.i.rōni.dicente pho.7. ethi.Concupiscentia inquit abducit a ratiōe vnāquāqꝫ potentiam aie. Contra tales clamat Bernardus in suis meditationibus di. Cur carnē tuā preciosis cibis ⁊ rebꝰ ipiguas ⁊ adornas:quā post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro. Aiam vero non ornas bonis opibus:que deo ⁊ angelis presentanda est in celis? quare aiam tuā vilipendis ⁊ ei carnē tuā preponis? Certe dn̄am ancillari:⁊ ancillam dn̄ari magna abusio est. ¶ Scd̄o etiam dico ꝙ lex christiana ordinat hoiem ad seipsuꝫ sup oēm aliam legē quātū ad obiectionēꝫ. Qui ordo sm phm.2. de aia exigit:ꝙ quelibet potentia respiciat suum obiectū:sicut auris sonū:visus colorem:⁊ hmōi Cum igitur in hoie sit potentia intellectiua. ⁊.6.ethi.obiectum intellectus sit veꝝ nō simpliciter creatū sꝫ increatū sm theologos: tūc hō dicit̄ in seipso bene ordinatus: cū potētia sua itellectiua hꝫ ⁊ credit veꝝ ⁊ bonū increatum:per vltimā suā felicitatē. Hunc ordinēꝫ obseruat xp̄iana lex:que tenet solū veꝝ ⁊ bonum increatū qd̄ deus est esse simpliciter obiectum humani intellectus ⁊ voluntatis:quē ordinem nequaq̄:vt supra visum est. obseruat lex iudaica seu Machometi:que tenet expresse bonū terrenū ⁊ creatū oē obiectū felicitatis ipsius humani intellectus ⁊ volūtatis propha dicente. Oculos suos statuerūt declinare in terrā. Ex quibus etiam pꝫ fidem xp̄ianam oī alia fide ꝑfectiorēꝫ eē. ¶ Tertio deniqꝫ dico ꝙ lex xp̄iana sup oēm aliā legē ordinat hoiem ad seipsum quātum ad imitationēꝫ. Tunc enim sm Augustinum lib.de verbis dn̄i.quilibꝫ dr̄ bene ordinatus: cū nō tm̄ deū respicit. Sed cū imitat̄ vestigia eius bonitatis. Proinde Gen̄.j.dicit̄.quia deus creauit hoiem ad imaginē ⁊ silitudinēꝫ suā. Nā imago ꝯsistit in nālibus. Silitudo vero in gratuitis:seu imago denotat substantiaꝫ. silitudo vero actū. Ex quo pꝫ ꝙ tūc hō dicit̄ ꝑfecte ordinatus in seipso:cū in se hꝫ actualē dei silitudinē quātum ad opa exteriora. Ad hoc ordinat hoiēꝫ lex xp̄iana. Vn̄ Apostolꝰ ad Ephe.5.ait. Imitatores dei estote sicut filij carissimi. Oppositū faciūt oēs alie secte propter qd̄ concludit̄ ꝙ xp̄iana lex verissima est. Ex predicto igitur.5.argumento.vꝫ ordinatiōis.apparet ꝙ cū xp̄ianoꝝ fides ordinet hoiem in deum:in ꝓximū:⁊ in seipsum. Oppositum vero faciant oēs alie leges:sola ipsa verissima esse demonstrat̄. Quē triplicē christiane fidei ordinē.vꝫ.diuinalē: proximalem: ⁊ specialem:mihi ⁊ vobis largiri dignet̄ infinita clementia diuine maiestatis:cui semper sit omnis laus ⁊ glīa:in scl'a scl'oꝝ. Amen.

¶ Feria qnta post dn̄icam qnquagesime:de quarta excellentia.vꝫ de veritate ipsius sanctissime fidei.

a Men dico vobis:non inueni tantā fideꝫ in isrl'. Scribūt̄ hec verba Mat. 8.⁊ in euangelio occurrētis ferie:declarata moraliter hystoria euangelica:⁊ applicata ad māꝫ fidei quā verbi dei ꝑdicator mō tuo declarabis:dicere poteris. Postq̄ꝫ in supioribꝰ sermonibꝰ declarauimꝰ.5.argumēta veritatē sacratissime fidei xp̄iani demōstrātia habeo in p̄nti sermone:exquo sacrū euāgeliū singulariter de virtute fidei spālē facit mētionem:declarare simplr̄ sextū argumētū:qd̄ miro mō est demonstratiuū veritatis ipsiꝰ fidei bn̄dicte: qd̄ vtiqꝫ argumētū erit validissimū.⁊ insup erit ad audiendū valde mirabile ⁊ stupendū:cuiꝰ argumenti tā stupendi declaratio talis erit. ¶ De sexto argumento quo ostendit̄ ꝙ sola xp̄ianoꝝ fides vera est ⁊ salutifera.

s Extū argumētū in p̄nti feria i ordie declarādū:quo singulariter ōndet̄ solā fidē xp̄ianoꝝ verissimā eē:⁊ nō alterā dr̄ argumētū cōpletōis.pro declaratiōe glo.hꝰ sexti argumēti:demōstrātis simplr̄ fidē xp̄ianoꝝ eē verissimā:⁊ nō alterā. Prio ⁊ ⁊ an̄ oia occurrūt mihi verba Nico.de lira ī suo tractaculo quē fac̄ ꝯ iudeos dicēt̄. Quotiēs igt aliq̄ scp̄tura denūciat aliqd̄ eē futuꝝ determiat tp̄s:locū:⁊ modū. Si oia ꝑdcā sit̄ cōcurrāt.manifeste pꝫ:ꝙ illd̄ qd̄ ꝑdcm fuerat verissimū ē.h̄ ille.pꝫ sic h̄ regl'a. Nā qn̄ aliqs medicus:seu astrologus predixit aliq̄ hora ⁊ tempore aliquid futurum esse.si illud eo mō

aduenerit quo predictum fuit: profecto certa fides ⁊ indubia eidem medico vel astrologo adhibetur ꝙ vera dixerit: ⁊ insuper ꝙ eorum sententia seu consilium verissimū fuit. Quo presupposito: certuȝ est ꝙ sacra scriptura seu vetus testamentum predixit aduentum icarnationis filij dei: ⁊ natiuitatem: ⁊ locū: ⁊ modum. Que omnia cuȝ simul venerint vt immediate patebit: ⁊ completa sint: necessario concluditur ꝙ sola christianoruȝ fides verissima apparet super omnem aliam fidem. ⁊ p̄ ꝯn̄s ab omnibus qui saluari debent tenenda est. Et ꝙ realiter omnes ꝓphie de filio dei incarnādo in Christo incarnato complete sint manifeste demonstro. Incipiendo ab ei⁹ conceptione vsq3 ad suum aduentum iudicij generalis. Obsecro te tamen. O predicator euāgelice veritatis: vt colloces memorie omnia que dicturus sum: seu per gratiam infusam: seu per aliquē modum artificiatum: qm̄ hec apparebunt populis tam mirabilia: q̄3 stupēda. Et insuper miro modo accendent eorum corda ⁊ animos ad simpliciter credendum ⁊ sine alia glo. ea que sunt fidei christiane. Incipiens igitur ab initio vsq3 ad finē: de oib⁹ his que de saluatore nostro ꝓphata sunt: et adimpleta: dico O popule christiane: ꝙ ante christi aduentum ꝓphatum fuerat ab Isaia conceptio saluatoris tui de virgine: qui in. 7. c. p̄dixit. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū ⁊c̄. hoc enim adimpletum est. Nam Luc. j. Cuȝ virgo Maria q̄reret ab Angelo Gabriele q̄uo fiet istud qm̄ virum non cognosco. Respondens angelus dixit ei. Spiritus. s. superueniet in te: ⁊ virt⁹ altissimi obombrabit tibi Similiter vt habetur Matth. j. Cū Joseph sponsus Marie cogitaret super eius conceptionē: vt ibi dicitur. Ecce angelus domini i somnis appuit ei dicēs. Joseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugē tuā. qđ enim in ea natū est: de spū. s. est. hec ibi. ꝓphetauit. Et Isaias eius natiuitatem. Luc. 9. c. di. Paruulus natus est nobis. ⁊ fili⁹ datus est nobis. Cuius ptās super humeꝝ ei⁹: ⁊ vocabit̄ Admirabilis deus fortis ⁊c̄. Hoc adimplementum est. Luc. 2. vbi dicitur. Fcm̄ est autē cū essent ibi ipleti sunt dies Marie vt pareret: ⁊ peperit filium suū p̄mo genitū hec ibi ꝓphauit ⁊ Micheas ꝓpha. Locū sue natiuitatis. Mich. 5. c. di. Et tu bethleē trera iuda: nequaq̄3 minima es in principib⁹ iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populū meū israel. hec ibi. Hoc adimpletuȝ est. Matth. 2. c. vbi dicitur. Cum autem Herodes Rex sciscitaretur a scribis sacerdotum vbi Christ⁹ nasceret̄: dixerunt ei. In berhleem iude. Sic enim scriptū est per ꝓpham. Et tu Bethleē terra iuda: nequaq̄3 minima es in p̄ncipibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populū meuȝ isrl̄. hec ibi. Prophetauit et̄ Balaam Numeri. 24. ꝙ i natiuitate Christi stella noua orietur. dicens. Orietur stella ex Jacob: ⁊ exurget rex ex isrl̄. Hoc adimpletū ē. Mat. 2. c. vbi dicitur. Vidimus stellam eius i oriente. Prophetauit etiam Isaias. ꝙ Christ⁹ nasceretur inter bouem ⁊ asinuȝ. dicēs. Isai. j. c. Cognouit bos possessorem suum: ⁊ asin⁹ presepe dn̄i sui. Israel autē nō cognouit me hoc adimpletum est. Luc. 2. c. vbi dicitur. Peperit filium suum p̄mogenitum: ⁊ pānis euȝ inuoluit: ⁊ reclinauit eum in presepio: q2 non erat ei locus in diuersorio: in quo. s. presepio: s̄m doctores: simul erat bos ⁊ asinus. Prophetauit insuper Abachuh. 3. c. de ei⁹ nomine di. Ego autem gaudebo in domino: ⁊ exultabo in deo Jesu meo. Hoc adimpletum fuit. Luc. j. c. vbi angelus dixit Marie. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius Jesum. Et Luc. 2. c. dicit̄. Postq̄3 impleti sunt dies octo vt circūcideretur puer vocatum est nomen eius Jesus: quod vocatum est ab Angelo: p̄us q̄3 in vtero concipet̄ Prophauit etiam Isai. 58. c. qualiter reges debebant Jesum adorare. Cum muneribus di. Surge illuminare ierusalem: quia venit lux tua: ⁊ gloria dn̄i super te orta ē: quia ecce tenebre operient terram. ⁊ infra dicitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: ⁊ reges i splēdore ortus tui: leua i circuitu oculos tuos ⁊ vide omnes isti congregati sunt. venerunt tibi filij tui de longe venient: ⁊ filie tue delatere surgent: tunc videbis ⁊ affluēs ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuum: qn̄ cōuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi: inundatio camelorum operiet te dromedrarij: madiā ⁊ effa. Omnes de saba venient: Aurum ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem domino annunciantes. hec ibi. Hoc āt adimpletum est. Matth. 2. c. vbi dicit̄. Magi venerunt ab oriente Jerosolimam. dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorum? Et isra subditur. Intrantes domū inuenerūt pueꝝ

cum Marsa matre eius: ⁊ procidentes ado
rauerunt cũ. Et apertis thesauris suis obtu
lerũt ei munera: aur: thus: ⁊ myrram. Pro
phetauit etiam O see. xj. c. de fuga Christi in
egyptum. di. in psona patris. Ex egypto vo-
caui filiũ meũ. hoc adimpletũ fuit. Matth. 2.
vbi dicit. Apparuit angelus dñi in somnis
Joseph. di. Tolle puerꝝ ⁊ matrẽ eius: ⁊ fuge
in egyptum: ⁊ esto ibi vsqꝫ dum dicam tibi.
Et ↄsurgens accepit puerũ ⁊ matrem eius
nocte ⁊ secessit in egyptũ. Prophauit etiam
Jsaias. xj. c. de mirabili sapientia Christi: ⁊ ð
septẽ donis. s. s. di. Egredict virga de radice
Jesse. s. virgo Maria: ⁊ flos. s. Christ⁹ de ra-
dice eius ascendet: ⁊ requiescet sup eũ spũs
dñi: spũs sapientie ⁊ intellectus: spũs consilij
⁊ fortitudinis: spũs sciencie ⁊ pietatis: ⁊ reple
bit eum spũ timoris dñi. Hoc aũt adimple-
tum est. Luc. 2. c. Vbi stupebant omnes sup
prudentia ⁊ responsis eius. Et Jo. 7. dicitur
Nunqꝫ locutus est sic hõ in isrl. Prophauit
etiam Jsaias. 35. c. de miraculoꝝ suoꝝ apari
tione. di. Ecce deus noster veniet ⁊ saluabit
nos: tunc aperient oculi cecoꝝ: ⁊ aures surdo
rum patebũt: tunc saliet sicut ceruus claudus
⁊ aperta erit lingua mutoꝝ. Hoc adimple-
tum est. Matth. xj. c. vbi dicitur. Joãnes aũt
cum audisset in vinculis opa Christi mitten
tes duos de discipulis suis. s. ad certificãduꝫ
eos. pphia Jsaie impleta: ait illi. Tu es qui
venturus es: an alium expectamus. Et re-
spondẽs Jesus ait. Euntes renũciate Joãni
que audistis ⁊ vidistis. Ceci vidẽt: claudi am
bulant: leprosi mundant: surdi audiunt. mor-
tui resurgunt: pauperes euãgelizant. ⁊ beat⁹
qui non fuerit scandalizatus in me. Et qꝛ ipe
dñs plura miracula fecerit: ⁊ diuersa pꝫ. Nã
Matth. 4. c. dicit. Circuibat Jesus p villas
⁊ castella: ⁊ obtulerunt ei oẽs male habentes
varijs langoribus ⁊ tormentis oppressos: et
qui demonia hẽbant: ⁊ lunaticos ⁊ paraliti-
cos: ⁊ curauit eos omnes. Silr habet Lu. 4
vbi dicitur. qꝛ oẽs qui habebãt infirmos va
rijs langoribus deferebant ad eum: ⁊ cura-
bãtur. Item Luc. 6. dicit. Virtus de illo exi-
bat: ⁊ sanabat omnes. Quantũ ad miracl'a
que saluator noster cũ hominib⁹ cõuersatus
operari dignatus est. ex euangelica colligit
hystoria: qualiter ipe tres mortuos suscitauit
vꝫ filiã Archisinagogi in domo pris. Mat.
9. Mar. 5. Luc. 8. c. Item filiũ vidue delatuꝫ
extra portã ciuitatis Naym. Luc. 7. c. Terti⁹
fuit Lazarus frater Marie magdalene: qui
iam quatriduanus erat: ⁊ i sepulchro fetebat
Jo. xj. Item leprosos. xj. inuenitur mundasse.
De vno habetur Matth. 8. ⁊ Mar. j. Lu. 5.
De alijs aũt decem: qui dixerunt Jesu pre-
ceptor miserere nostri. habet Lu. 17. Plures
cecos legit illuminasse. de duobus ãt Mat.
20. dicit. Duo ceci sedentes secus viã audie-
runt: qꝛ Jesus transire ⁊c. De vno alio dicit
Mat. 8. Veniunt bethsaida: ⁊ adducunt ei
cecum ⁊c. De alio aũt ceco a natiuitate ha-
betur Jo. 8. 9. Demoniacos aũt septẽ spãlr
liberauit. De duobus hẽtur Matth. 8. Silr
de illo qui legionẽ demonum in se habebat.
tãgitur Luc. 8. De vno alio qui erat mutus.
Matth. 12. ⁊ Luc. xj. De quodam lunatico q
non poterat liberari nisi in oratõe ⁊ ieiunio.
Matth. 9. c. Item de quodam spũ imũdo
ab hoie in synagoga iudeoꝝ eiecto: tangitur
Matth. j. Item de filia mulieris cananee ad
instantiam matris sanate. habet Matth. 12.
⁊ Mar. 7. Item ad litterã narrat Luc. 8. qꝛ
vnam legionẽ eiecit demonũ. Et hoc ipe dr
Matth. 5. Iteꝫ cũ socrus Simonis teneret
magis febribus imperauit dominus febri et
continuo surgens ministrabat illis. Matth.
8. Mar. j. Luc. 4. Item paraliticum añ cuꝫ
per tegulas dimissum liberauit. Matth. 9. et
4. Luc. 5. Item idropicum dum sabbato co
mederet in domo pharisei sanauit. Luc. 14.
Item hominem manum aridam habenteꝫ
extendere eã fecit. Matth. 12. ⁊ Mar. 4. Itẽ
hominem languidũ per. 30. annos in piscina
sanauit. Luc. 13. c. Item sanauit seruum cen-
turionis qui iacebat et male torquebatur.
Joan. 5. c. Item incuruatam mulierem: nec
sursum respicere valentem erexit. Matth.
8. Item surdum fecit audire ⁊ mutum loqui
Matth. 9. Item filium reguli de capharnaũ
incipientem mori ad vitam reduxit. Joã. 4.
Item fluxũ sanguinis in muliere emoroissa
cessare fecit ad tactũ fimbrie vestimẽti. Mat.
9. ⁊ Mar. 5. Itẽ tempestate valida ipso dor-
miente in mari cõmota. Imperauit mari et
statim mare ⁊ venti obedierunt ei. Mat. 8.
Luc. 8. ⁊ Mar. 4. Iteꝫ ambulauit discipulis
mirantibus supra mare: ⁊ Petrum ambu-
lare fecit: ⁊ incipientem mergi manu extensa
saluauit. Matth. 14. Item pulchrum mira-
culum ostendit illis tribus Apostolis in sua

transfiguratione. Matth.17.⁊ Mar.9. Itez de qnqꝫ panibus ⁊ duobus piscibus. quinqꝫ milia hoīum saturauit: ⁊ sublati fuerunt .12. cophini fragmētoꝝ. Matth.14.c. ⁊ Mar.6. Luc.4.ioan.6. item quattuor milia hominū alia vice refecit de septē panibus ⁊ paucis pi scibus: ⁊ superfuerūt septē sporte de fragmē tis plene. Matth.15.⁊ Mar.xj. item auricu lam per Petrum seruo principis abscisam benigne restituit: ⁊ Petrum super hoc icre pauit. Luc.22.c. Prophauit vltra predicta isaias de ipsi⁹ futuroꝝ precognitōe.di.c.

Itē que sunt futura in alijs: ⁊ supra se pre nunciabit. Hoc adimpletum fuit Luc.19.di. Videns iesus ciuitatem fleuit super illā di. Quia si cognosceres ⁊ tu ⁊ nunc hec abscon dita sunt ab oculis tuis. ⁊ infra ibi dicit̄. Et ecce inimici tui circūdabunt te vallo: ⁊ coan gustabūt te vndiqꝫ ⁊ prosternent te: ⁊ non re linquetur lapis super lapidem. Qd̄ totū ve rificatum fuit in bello Titi ⁊ Vespasiani cō tra iudeos siue ierl'em. item prenunciauit de magnis opibus Apostoloꝝ post mortē suaz ioan.14.di. Qui credit i me: opa q̄ ego facio ⁊ ipse faciet. ⁊ maiora hoꝝ faciet. Quod veri ficatū fuit: quia cū Christus tres solos mor tuos suscitauerit. Beatus Andreas vt hr̄ in eius legenda.46. mortuos in mari submer sos simul ⁊ semel resuscitauit. Similiter ad vmbraz Petri: vt habetur Act.6.c. Omnes infirmi sanabantur: a quacūqꝫ ifirmitate de tinebantur. Prenunciauit etiā traditionem suam.di. Mar.14.c. Vnus vestrum me tra diturus est. Similiter prenunciauit ꝙ tertia die resurgeret.di. Luc.18.c. Tradetur filius hominis principibus sacerdotum: ad flagel landum ⁊ crucifigendum: ⁊ tertia die resur get. ⁊ Matth.12.dum exprobraret iudeos si gna querentes dixit. Generatio praua ⁊ p uersa ⁊ adultera: signum querit: ⁊ signū non dabitur ei nisi signum ione prophe: quia sic ionas fuit tribus diebus ⁊ tribus noctibus i ventre Ceti: sic filius hominis erit trib⁹ die bus ⁊ tribus noctibus in corde terre. Que omnia vt clare patet in Euangelistis adim pleta sunt. Prophetauit insuper Salomon Sapieñ.6.de cognitione secretorum cordis. dicens. Omnes cogitatōes noxias ipse scru tabitur. Qd̄ adimpletum fuit. Luc.7. vbi le gitur ꝙ cum Symon leprosus murmuraret in corde suo.di. Si hic esset propheta sciret vtiqꝫ: que ⁊ qualis est mulier que tangit eū: qm̄ peccatrix est: quod cognoscens Christus dixit. Symoni habeo aliquid tibi dicere ⁊c. Et alibi: dicebat iudeis: vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Similiter ⁊ alibi dicitur. Videns Jesus cogitationes coꝝ ⁊c. Prophetauit etiam de ipso David propha dicente p̄s. Angelis suis deus mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Hoc autem adimpletuz fuit. Matth.4. vbi post tentationem diaboli dicitur. Et ecce Angeli ministrabant ei. Prophetauit etiaz Hieremias.9.c. de eius traditione per fra trem suum spiritualem dicens. Frater sup plantans supplantabit: in ore loquetur pa cem cum proximo suo: ⁊ occulte ponet ei in sidias. Cum quo concordans propheta di cebat.p̄s.54. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtiqꝫ. Et si his qui oderat me super me mala locutus fuisset abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meus: ⁊ notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum con sensu. hoc totum adimpletum fuit in tradi tione Christi per Judam: qui vt habetur Matth.26. Osculo ⁊ salutatione Christum tradidit. dicens. Aue Rabi: ⁊ osculatus est eum. Cui Christus dixit. Amice ad quid venisti? Prophetauit insuper Zacharias.xj. c. de precio eius venditionis dicens. Appre henderunt mercedem meam triginta argen teis. Hoc adimpletum fuit Matth.26.c. vbi dicitur. At illi constituerunt ei.s. iudei triginta argenteos. Prophetauit etiā Sa lomon Sapieñ.16.c. de cōmunione corporis Christi ad discipulos dicens figuratiue. Pa nem de celo prestitisti eis omne delectamen tum in se habentem. Hoc adimpletum fuit Luc.22. vbi dicitur. Accipite ⁊ manducate: hoc est corpus meum quod pro vobis tra detur. Prophetauit insuper David de tri statione sua in psal. dicens. Anxiatus est in me spiritus meus conturbatum est cor meū Hoc adimpletum fuit Mar.14. ⁊ Matth. 26.c. vbi Christus cum esset in orto dixit apo stolis suis. Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem ⁊c. Prophetauit etiam Isaias. 53. de eius spontanea oblatione ad mor tem dicens. Oblatus est quoniam ipse vo luit. Hoc adimpletum fuit. Mar.14.c. et

Mat.26.vbi Christus dixit apostolis. Sur-
gite eamus: ecce qui me tradet prope est.
Prophetauit etiam Zacharias.13.c. de fu-
ga ⁊ dispersione omnium Apostolorū di.
Percutiam pastorem ⁊ dispergentur oues
gregis. Similiter propheta Dauid dixit.
Longe fecisti notos meos a me: posuerunt
me abhominationē sibi. Et alibi dixit. Ex-
traneus factus sum fratribus meis: et pere-
grinus filijs matris mee. Hoc adimpletum
fuit. Matth.20. vbi dicitur. Tunc omnes
discipuli relicto eo fugerunt. Prophetauit
etiam Jeremias de casu iudeorum retror-
sum. Jere.26.c. dicens. Dominus mecum
est tanq̃ bellator fortis. Jdcirco qui me per
sequuntur cadent. Hoc adimpletum fuit.
Joan.18.vbi dicitur. Continuo omnes ceci-
derunt retrorsum. Similiter prophetauit
Jeremias.17.c.dicens. Confundantur oēs
qui me persequuntur ⁊ non confundar ego:
paueant illi ⁊ non paueam ego. Induc su-
per eos ⁊c. Hoc adimpletum fuit. Joan.18.
c. vbi dicitur. Cum autē dixisset. Ego sum:
iterum ceciderunt omnes retrorsum. Pro-
phetauit etiam de maxille Christi percussio-
ne ante Annam per vnum ministrorum.
Trenorū.3.dicens. Dabit percutienti se ma-
xillam: saturabitur obprobrijs. Hoc adim
pletum fuit. Joan.18.c. vbi dicitur. Hec cū
dixisset: assistens vnus ministrorum dedit
alapam Jesu dicens. Sic respondes ponti-
fici. Prophetauit insuper Jsaias.43.c. de
eius mirabili patientia ⁊ benigna respon-
sione in maxille percussione dicens. Patiēs
fui ⁊ non impie locutus sum: contra percu-
tientem me. Hoc adimpletum fuit. Joā.18.
c. vbi dicitur. Tunc respondit ei Jesus di-
cens. Si male dixi: testimonium perhibe de
malo. si autem bene: quid me cedis? Pro-
phetauit etiam Dauid de duobus falsis te-
stibus in domo Chaiphe contra Christum
insurgentibus dicens. Insurrexerunt in me
testes iniqui: ⁊ mentita est iniquitas sibi.
Hoc adimpletum fuit. Matth.26. vbi di-
citur. Stabat autem Jesus ante Caiphan
principem vbi scribe ⁊ pharisei: ⁊ omne con-
cilium querebant falsum testimonium ad-
uersus Jesum: vt eum mortei traderent.
Nouissime autem venerunt duo falsi testes
⁊ dixerunt. Hic dixit quia possum de-
struere templum dei: ⁊ in tribus diebus
reedificare illud: ⁊ non erat conueniens te-
stimonium eorum. Prophetauit etiam
Jsaias.53.c.de eius silentio ⁊ taciturnitate
coram Caipha cum interrogaretur ab eo: vt
falsis testib⁹ responderet dicens. Tanq̃ ouis
ad occisionem ductus est: ⁊ sicut agnus co-
ram tondente se obmutuit: ⁊ non aperuit os
suum. Quod etiam prophetauit Dauid di-
cens. Ego autem tanq̃ surdus non audie-
bam: ⁊ sicut mutus non aperiens os suum.
Hoc adimpletum fuit. Matth.26.c. vbi cū
Caiphas diceret Jesu. Nihil respondes ad
ea que isti testificantur aduersus te? Sequi-
tur. Jesus autem tacebat: ⁊ non respondit ei
ad vllum verbum. ita vt etiam miraretur
preses. Prophetauit etiam Job.16. de per-
cussione faciei Christi: ⁊ quomodo debebant
eam conspuere. dicens. Faciem meam con
spuere non verentur: percusserunt maxillam
meam: ⁊ saturati sunt penis meis. Hoc idē
plenius prophetauit Jsaias.50.c.dicēs. Cor-
pus meū dedi percutientib⁹: ⁊ genas meas
velantibus: faciem meam non auerti ab in
crepantibus: ⁊ conspuentibus in me: domine
deus auxiliator meus: ⁊ ideo non sum con-
fusus: ⁊ posui contra eos faciem meam vt
petram durissimam. Hoc adimpletum fuit
Matth.26.c. vbi dicitur. Tunc expuerunt
omnes in faciem eius: ⁊ colaphis eum cede
bant: ⁊ palmas in faciem eius dabant. dicē-
tes. Prophiza nobis Christe quis est qui te
percussit? Prophetauit etiam Dauid.ps.2.
de concordia ⁊ pace Pilati ⁊ Herodis ex
transmissione Jesu ad Herodem dicens.
Astiterunt reges terre ⁊ principes conuene-
runt in vnum: aduersus dominum: ⁊ aduer-
sus Christum eius. Hoc adimpletum fuit.
Luc.23.c. vbi dicitur. Pilatus autem au-
diens q̧ Jesus galileus esset: cognouit q̧ de
Herodis potestate esset: ⁊ remisit eum ad
Herodem: qui ⁊ ipe ierl'mis erat illis dieb⁹
⁊ ifra subdit. Et facti sunt amici Herodes ⁊
Pilatus in illa die. Prophetauit etiā egre
gie Jsaias.53.ca.de crudeli ⁊ vniuersali cor-
poris xpi flagellatione. pro peccatis nostris
suscepta.di. Non erat ei species neq̧ decor.
⁊ vidimus eum despectum: ⁊ nouissimū viro
rum: virū dolorū: et scientē infirmitatē: vere
languores nostros ipse tulit: ⁊ dolores nrōs
ipse portauit. ⁊ nos reputauimus eū tanq̃ le
prosum ⁊ percussum a deo ⁊ humiliatū. Jpe

autem vulneratus est propter iniquitates no
stras.attritus est propter scelera nostra: disci
plina pacis nostre super eū:cuius liuore sana
ti sumus omnes nos:quasi oues errauimus
vnusquisq; in viam suam declinauit.⁊ posu-
it dn̄s in eo iniquitatē omniū nostrū . Hoc
idem optime probauit Job.16.ca. di. Colle-
git inimicus meus furorē suū in me:⁊ cōmi-
nans mihi infremuit contra me dentibꝰ suis
Hostis meus terribilibus oculis intuitꝰ est
me:aperuerunt super me ora sua: ⁊ exprobrā
tes ꝑcusserunt corpus meū:⁊ saturati sunt pe
nis minis : conclusit me deus apud iniquos
⁊ manibꝰ impioꝝ me tradidit.Ego ille quon
dam opulentus repente cōtritus sum: tenu-
it ceruicem meā:confregit me quasi insignū
Circundedit me lanceis suis: ⁊ cōuulnerauit
lumbos meos:⁊ effudit in terrā sanguinem
meū. Concidit me vulnere sup vulnus:⁊ ir-
ruit in me quasi gigas.Hoc totū adimpletū
fuit Joan.14.vbi dicitur. Tunc ergo appre-
hendit pilatus Jesum ⁊ flagellauit eū. Pro
phetauit insup Salomon can.3.c. de corona
tiōe xp̄i p spineā coronā in ꝑsona Ecclie. di.
Egredimini ⁊ videte filie syon regem Salo
monē in diademate suo.quo coronauit eum
mater sua.in die desponsationis illius.Hoc
adimpletū fuit Joan. 19.vbi dicitur. Et mili
tes plectentes coronā de spinis imposuerunt
capiti eius:⁊ veste purpurea circūdederūt eū
⁊ veniebāt ad eū ⁊ dicebant. Aue rex iude-
orū.ꝓphetauit Salomon de morte xp̄i. per
crucem turpissimā que erat mors latronum
di.Sapi.2.ca.Morte turpissima condēnemꝰ
eum.Quod etiā magis specifice prophetauit
Hieremias.xi.c.in persona dn̄i dicens. Co-
gitauerunt sup me consilia dicētes. Venite
mittamus lignū.i.crucem in panē eius.i. in
crucifixionē corporis eius: ⁊ eradamus eum
de terra viuentiū:⁊ nomē eius non memore
tur amplius.hoc ad impletū fuit Joan. 19.c.
vbi dicit.Tunc tradidit eis pilatus Jesū ut
crucifigeret.Susceperūt autem Jesum: ⁊ cō
duxerūt:⁊ baiulans sibi crucem exiuit in eū
qui dicit Caluarie locus.id est in golgata.vbi
eum crucifixerūt.Prophetauit etiā Dauid
de modo crucifixionis xp̄i di.Foderunt ma-
nus meas ⁊ pedes meos.hoc ad impletū fu-
it.Matth.27.c.vbi dicit.Tunc autem cruci-
fixerunt eum.vbi ait glo.Fodiendo.vz. diris
clauis manꝰ eius ⁊ pedes.Prophetauit etiā
Ysa.53.de eiꝰ iniq̄ sociatione in morte dicēs
Ipse tradidit in morte aiā suā:⁊ cū sceleratis
deputatꝰ ē.hoc ipletū fuit Lu.23.c.vbi dr̄.Du
cebātur cū eo duo alij nequā: ut simul crucifi
gerētur.⁊ Matth.27.c.dr̄. Tūc crucifixi sunt
cum eo duo latrones.vnus a dextris alius a
sinistris. Prophetauit etiam Dauid in ps̄.
de sorte ponenda in vestibus xp̄i.dicens.Di
uiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ sup vestē me
am miserunt sortē.Hoc impletū fuit Joan.
19.c.vbi dicitur.Milites autem cū crucifixis-
sent eum acceperūt vestimenta eius:⁊ fecerūt
quattuor partes vnicuiq; militi partē ⁊ tuni
cam. Erat autē tunica inconsutilis ⁊ desup
contexta per totum:dixerunt autem ad inui-
cem:non scindamus eam: sed sortiamur de
illa cuius sit. Prophetauit etiā Ysai.53. ca.
De iniuriarum remissione: ⁊ de xp̄i pro ini-
micis ad patrem supplicatione dicens. Ipse
multorū peccata tulit ⁊ pro transgressoribus
exorauit. Hiere.insuper.18.ca. in ꝑsona do-
mini hoc idem prophetauit di. Nunqd red-
ditur pro bono malum:quia foderunt foueā
idest proditionem anime mee? Recordare q̄
steterim in conspectu tuo ut lo.pro. eis.bonū
⁊.a.in.t.ab eis.hoc impletum fuit.Luce.23.c.
vbi dicitur. Jesus autem dicebat. pater di-
mitte illis:non enim sciunt quid faciunt. pro
phetauit etiam Salomon de capitis motio
ne iudeorum ex derisione contra xp̄um pen
dentem in cruce.Sapien.2.ca.dicens.Circū-
ueniamus ergo iustum.quoniā inutilis ē no
bis:⁊ contrarius operibus nostris:⁊ impro-
perat nobis peccata legis:⁊ diffamat in nos
peccata discipline nostre.promittit se scienti-
am dei habere.⁊ filium dei se nominat.factꝰ
est nobis in contradictionē cogitationū no-
strarum:grauis est nobis etiam ad videndū
quoniā dissimilis est alijs vita illius. tanq̄
nugaces extimati sumus ab illo: et abstinet
se a vijs nostris tanq̄ ab immūditijs:⁊ pro-
fert nouissima iustorum:⁊ gloriatur se patrē
habere deum:videamus ergo si sermones il
lius veri sunt:⁊ temptemus que ventura sunt
illi:⁊ sciemus que erunt nouissima illius. Si
enim est verꝰ dei filius suscipiat eum:⁊ libe-
rabit eum de manibus contrariorū : contu-
melia et tormento interrogemus illū: ut scia
mus reuerentiam illius:⁊ probemus pacien
tiam eius:morte turpissima condemnemus
eum:erit enim ei respectus ex sermonibus il

lius.hoc enim cogitauerunt ⁊ errauerunt:ex-
cecauit enim illos malicia illorum. et neſcie-
runt ſacramenta dei: nec mercedem ſperaue
runt iuſticie:nec iudicauerunt honorem ani-
marū ſanctarum.hec ibi.Cui concordās Da
uid in pſ̄.21.dixit.Omnes videntes me deri
ſerunt me:locuti ſunt labijs:et mouerunt ca-
put.Hoc totum adimpletum fuit.Mathei.
27.ca.vbi dicitur. Pretereuntes autem om
nes blaſphemabant eum: mouentes capita
ſua.et dicentes.Vah qui deſtruis templum
dei:⁊ in triduo illud reedificas. ſalua temet-
ipſum ſi filius dei es.deſcende de cruce.Si-
militer ⁊ principes ſacerdotum illudentes ei
cum ſcribis et ſenioribus dicebant.Alios ſal
uos fecit: ſemetipſum non poteſt ſaluum fa-
cere:ſi rex iſrahel eſt deſcendat nunc de cru-
ce:⁊ credimus ei:confidit in deo:liberet eum
ſi vult.Dixit enim quia filius dei ſum.Pro
phetauit etiam Dauid in pſal. depotationez
xp̄i per fel ⁊ acetum.di. Dederunt in eſcam
meam fel: ⁊ in ſiti mea potauerunt me ace-
to.Hoc impletum fuit Joan.19.capitulo.vbi
dicitur.Sciens Jeſus qꝛ omnia iam cōſum
mata ſunt:ut ſcriptura impleretur dixit.Si-
tio.Vas ergo tunc poſitum fuit aceto plenū
Jlli autem ſpongiam aceto plenam iſopo cir
cumponentes.obtulerunt ori eius.Cum au-
tem accepiſſet Jeſus acetum dixit.Conſum-
matuz eſt.hec ibi. Prophetauit inſuper yſa.
tredecimo capi.de ſolis obſcuratione et tene
bris futuris.in chriſti crucifixione.dicēs.Tūc
enim ſtelle celi ⁊ ſplendor earum non expen
dent lumen ſuum.tunc obtenebrabitur ſol in
ortu ſuo:⁊ luna nō ſplendebit in lumine ſuo:
⁊ oſtendam ſuperbiam infidelium et arrogā
tiam eorum humiliabo.Hoc impletum fuit
Luce viceſimotertio capi. vbi dicitur. Ho-
ra autem ſexta tenebre facte ſunt in vniuer-
ſa terra vſqz in horam nonam:et obſcuratus
eſt ſol:et velum templi per medium ſciſſum
eſt.Prophetauit etiam Yſai.de ſpiritus chri
ſti emiſſione cum valido clamore ⁊ dolore.
Egredietur ſpiritus eius ab eo. cum valido
clamore.tanqꝫ ſpiritus pturientis.Hoc im-
pletum fuit.Luce viceſimotertio capi.vbi di-
citur.Jeſus autem clamans voce magna di
xit.Pater in manus tuas domine cōmen-
do ſpiritum meum. ⁊ hec dicens expirauit.
Mar.quoqꝫ decioquarto capi.dicitur.Ho-
ra autem nona exclamauit Jeſus voce ma-
gna dicēſ.Heloy heloy.lamazabatani.quod
eſt interpretatum. deus meus. deus meus.
ut quid dereliquiſti me:et iterum emiſſa vo-
ce magna expirauit.Prophetauit etiaz Job
decimoſexto capit. de latere chriſti poſt eius
mortē tranſlanceatione dicēs. Circumdedit
me hoſtis lancea ſua: ⁊ vulnerauit lumbos
meos:⁊ effudit in terra ſanguinem meum: ⁊
viſcera mea.hec ibi.Hoc impletū fuit Joan.
decimonono capi.vbi dicitur.Milites autez
cum veniſſent ad Jeſum ⁊ viderent eum iaz
mortuū:non fregerunt eius crura. Sed vnꝰ
militum lancea latus eius aperuit: ⁊ conti-
nuo exiuit ſanguis et aqua. Prophetauit in
ſuper Dauid in pſ̄.de deſcenſione chriſti ad
inferos:⁊ de confractione portarum inferni
di.Attollite portas principes ve.⁊c̄. ⁊ in alio
pſ̄.dixit. Portas ereas ⁊ vectes ferreos cō-
fringam.Hoc impletum fuit. ut habetur in
ſymbolo Apoſtolorū:quia Jeſus immedia-
te ad inferos deſcendit. Vnde ibidem dicit.
Crucifixus:mortuus:⁊ ſepultus:deſcendit ad
inferos. Prophetauit etiam Zacharias no-
no.capitulo.de extractione ſanctorum patrū
de limbo.per chriſtū in virtute ſanguinis ſui
dicens. Tu quoqꝫ in teſtamēti tui ſanguine
eduxiſti vinctos tuos de lacu in quo nō erat
aqua.Hoc impletum fuit ſm̄ omnes theo-
logos in tertio vbi dicunt. qꝑ Jeſus imme-
diate poſt deſcenſionem ad inferos ſimul ex
traxit omnes ſanctos patres veteris teſta-
menti.quod etiam legitur adimpletū Matt.
viceſimoſeptimo capitu.vbi dicitur. Multa
corpora ſanctorum.qui dormierant.ſcilicz in
limbo.ſurrexerunt cum illo exeuntes de mo
numentis poſt reſurrectionē eius: ⁊ venerūt
in ciuitatem ſanctaz ⁊ apparuerunt multis.
Prophetauit etiaz Dauid in pſ̄. de eius ve
ra reſurrectione.ſtatim poſt mortem di.Do
mine probaſti me ⁊ cogno.me: tu cogno. ſeſ.
meā.⁊c̄.Et alibi dixit. Non dabis ſanctum
tuū:ideſt xp̄um videre corruptionē. Hoc im
pletuz fuit.Luce.24.capitulo.vbi angeli mu
lieribus xp̄m in ſepulcro querentibꝰ dixerūt.
Quid queritis viuentē cum mortuis. ſurre-
xit non eſt hic.Prophetauit inſuꝑ ipſe xp̄us
ante mortē ſuam de die reſurrectionis ſue.ſ.
tertia die.Ecce aſcendimus inquit Hieroſo
limā:⁊ filiꝰ hominis traditur principibus ſa
cerdotū ⁊ ſcribis ⁊ condemnabūt eum mor-
te.⁊ tradent eum gentibus.ad il.⁊ fla.⁊ cru.⁊

ter. die resurget. Nõ etiã in figura ipsemet ꝓphetauit iudeis. signum ab eo querentibus Matth. vicesimosecõdo di. Generatio praua ⁊ adultera signum querit: ⁊ signũ non dabitur ei. nisi signum Jone prophete. Sicut enĩ Jonas fuit tribus diebus ⁊ tribus noctibꝰ in ventre ceti. sic filius hominis erit tribꝰ diebus ⁊ tribus noctibꝰ in corde terre. Hoc ad impletũ est Luce vicesimoquarto. vbi Angeli mulieribꝰ dixerũt. Surrexit non est hic. recordamini qualiter locutus est vobiscum cũ esset in galilea di. Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominũ peccatoꝝ: ⁊ crucifigi. ⁊ tertia die resurgere: ⁊ ipse recordate sunt verboꝝ eius. hec ibi. Prophetauit etiaꝫ Dauid in ps̃ de xp̃i ascensione cum captiuis patribus di. Ascendens xp̃s in altuꝫ. ca. du. cap. Et alius propheta prophetauit in celum ascendere iter pandens ante eos. Hoc ad impletum fuit. Luce. 24. et Matth. 16. capitulo. vbi dicit̃. Et dominus quidẽ iesus postq̃ locutus est eis. vꝫ Apostolis: assumptus est in celum: ⁊ sedet ad dextris dei. Et act̃. pmo ca. dicitur. Videntibus illis ele. est. ⁊ nu. s. e. in. c. ab. o. e. Prophetauit insup Dauid in ps̃. de missione spiritussancti in forma ignis super apostolos ⁊ discipulis dicens. Ignis exarsit a facie eius et carbones idest Apostoli succẽsi sunt ab eo. Hoc idem prophetauit Johel tertio capi. di. Et erit post hec effundam de spiritu meo super omnẽ carnem: ⁊ prophetabũt filij nostri: ⁊ filie nostre somnia somniabunt. ⁊ iuuenes nostri visiones videbunt. sed et super seruos meos ⁊ ancillas meas in diebus illis effundam spiritũ meũ: ⁊ dabo prodigia mea sursum: ⁊ in terra deorsum. Hec ibi. Ipse quoqꝫ xp̃us hoc idem predixit Apostolis Actu. primo. vbi dicitur. Et conuescẽs precepit eis ab Hiero. ne dis. ⁊c̃. Hoc adimpletum fuit Actu. secũdo capitulo. vbi dicit̃. Factus est repente de celo sonus. ⁊c̃. dic totum. Prophetauit insuper Salomon Sapiẽtie. primo capitulo. de effusione spiritussancti ꝑ predicationẽ Apostoloꝝ ꝑ totum orbem terrarum dicens. Spiritus domini reple. orbem ter. ⁊c̃. Et Dauid in ps̃. hoc idem ꝓphetauit di. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre verba eorum. Hoc ad impletum fuit Matthei vltimo capitulo. Vbi dicitur. Dixit auteꝫ eis Jesus. euntes in mũdum vniuersum predicate euange. omni creature. Et infra subditur. Illi autem profecti ꝑdicauerunt vbiqꝫ domino cooperãte: ⁊ sermonem cõfirmante: seqũtibꝰ signis. Prophetauit etiam patriarcha Jacob Gen. 49. capi. de dispersione sacerdotij Judeorum ⁊ regni translatione in gentes. post morteꝫ christi dicens. Non auferetur sceptrum de Juda: et dux de femore eius: donec veniet qui mittẽdus est: ⁊ ipse erit expectatio gentiuꝫ. Et xp̃s hoc idem predixit Judeis. Matth. vicesimo primo di. Auferetur a vobis regnũ dei: ⁊ dabitur genti. i. populo gentili. facienti fructum eius. Hoc patet ad impletũ esse ⁊ fuisse per experientiã. eo q̃ a xp̃i morte vsqꝫ ad presens tempus: regnum et sacerdotiuꝫ populi iudaici translatum est ad xp̃ianos qui tunc gentiles erant. Prophetauit deniqꝫ Salomõ ꝓuerbi. vltimo capi. de aduentu xp̃i ad iudiciũ cum seniorībꝰ ecclesie sue di. Nobilis in portis vir eius. i. xp̃us quando sederit in iudicio cum senioribus terre. Dauid etiam in psal. prophetauit patrem daturũ iudiciũ filio suo. di. Deus iudiciũ tuum regi da: ⁊ iusticiã tuaꝫ filio regis. Ipse vero xp̃us de aduẽtu suo ad iudiciũ etiam prophetauit Matth. vicesimo quinto capi. di. Cum venerit filius hominis in maiest. ⁊c̃. Hoc totum adimplebitur. Sicut dicitur Joan. 5. capitulo. Ibi enim sic dicit̃. Pater omne iudiciũ dedit filio. Et infra subditur: ⁊ potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: q2 filius hominis est. Hec ibi. q̃ autẽ xp̃s iam venerit: ⁊ in ipso qui vtiqꝫ deus est et homo omnes simul predicte ꝓphetie complete fuerint. testat̃ Inno. tertiꝰ qui dicit. q̃ in die natiuitatis xp̃i tres soles in oriente apparuerũt qui paulatim in vnum corpus solare redacti sunt. In historia tamen scolastica dicit̃. q̃ nõ ipsa die natiuitatis predicti soles apparuerũt: sed ante per aliquod tempus. s. post mortem Julij cesaris. Quod sic fuisse et Eusebius in Cronica sua asserit. Ex hoc enim q̃ predicti tres soles in vnum corpꝰ solare redacti sunt: significatur q̃ trini: ⁊ vnius dei noticia toti orbi imminebat. vel natꝰ erat ille in quo tria scilicet caro: anima: ⁊ diuinitas in vnam personam simul conuenerant: seu moraliter dabatur intelligi. q̃ fides Saracenorum ⁊ Judeorum ante fineꝫ seculi penitus debebat deficere: ⁊ tandem debebat incorporari subvna vera fide christianorum. sicut per Esaiã prophetam extitit ꝓphetatũ: quoniam in die-

bus illis saluabitur iuda.&c. Quo simul omnia. ut habetur Genes.18.capitulo. figurati ne. Abraam patriarcha vidit adimplenda: cui ut ibidem dicitur. Tres simul viri apparuerunt in hostio tabernaculi: et cum tres viderit. tamen vnum solum simpliciter adorauit. Ex predicto igitur sexto argumento. videlz completionis oium prophetarum clarissime patet. q xpianorum fides verissima est: nec ab aliquo sano intellectu potest censeri esse falsa & erronea. Quapropter oes exoro.ut oes simul humiliter hanc fidem verissimam: atqz sanctissimam corde teneamus: ore confiteamur. probemusqz sanctis operib9.ut ipsa mediate possimus fieri participes gratie dei in presenti. & glorie in futuro. qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Feria sexta post dominicā quiquagesime iterum de quarta excellentia. vz de veritate ipsius sacratissime fidei.

Attendite ne

iusticiā vestrā faciatis corā hominib9.ut videamini ab eis. Alioquin mercedez nō habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Scribuntur hec verba Matthei.5.capitulo.& in euangelio occurrētis ferie. Postq̄ clare generosi ciues.per sexta argumenta supradicta demonstraui solā xpianorum fidem:& non alterā verissimā fore. habeo iterum pro maiori certitudine precipue tria alia singularissima argumenta et profecto valde moralia & vtilia: immo plurimū necessaria in sermone presentis ferie declarare: firmiter demonstrantia qualiter nihil sub celo in credendis verius est. ipsa sanctissima fide. Et quod maximū est. nihil in p̄senti vita deo gratius atqz acceptabilib9 esse potest. Et ideo bene saluator volens precipue in presenti euāgelio vnūquemqz inducere ad hanc fidem: clamabat verba precallegata dicens. Attendite.&c. quasi dicere vellet. O vos quicūqz eternā salutem cupitis acquirere vi dete omnino ne felicitatē vestrā in presentibus bonis ponatis. Sed magis fundati in virtute vere fidei que simpliciter est de inuisibilib9 ab eternis collocate. Que vtiqz celestis pater tribuit vnicuiqz veram fidem in se habenti. Quā fidem verā ut quisqz possit habere & eidem indubitāter se submittere & sentire. Aliā ut prediri. tria fortia argumenta declarabo.

¶ De septimo argumēto q solum xpianoꝝ fides vera est et salutifera.

¶ Primū dicit argumentū tollerationis.

¶ Scōm dicit argumentū intrāsmutatōis.

¶ Tertiū dicit argumentū confirmationis.

Septimū igit argumētū i p̄nti feria in ordie declarādū quo singlariter ostēditur solā xpianoꝝ fidem & nō alteram verissimā esse. dicit argumentū tollerationis. vz crudelissime mortis. Certū est enī experientia teste. q licet cuilibet p̄sone etiam minima pena videat amara mors: siue sit naturalis: siue sit accidentalis: siue sit spōtanea siue sit coacta: cuilibz amarissima videt. propter qd nō immerito phus.3. Ethicoꝝ dicit. q mors est vltimū penaꝝ. ꝓpter quā etiam fugiendā non tm̄ rōnales p̄sone. & multa patiūtur: & insup a maximis delectabilib9 se abstinent. Sed etiā irrationabilia bruta ꝓ cadē euadenda se cōtinēt ab eisdē dicente pho 8. Ethicoꝝ. Videmus inqt ferocissimas bestias & a maximis delectatōib9 metu mortis atqz penaꝝ se abstinere. Hec ibi. Q̄ ō confirmans Boetius ꝓsa.xi.tertij libri.ait. O mne namqz aial tueri salutem laborat. mortē vero pernitiemqz deuitat. Hec ibi. Et Job.2. dicit. Pellē pro pelle & cūcta que habet homo dabit ꝓ aia sua.i.ꝓvita tuenda. Quo cōcesso q vz vnicuiqz vita est tam delectabilis & amabilis. ecōtra vero mors est tā amara & odiosa: peto an aliqs qui esset sane mētis: et sane intellect9. ꝓ mēdacio faciendo: seu ꝓ re dubia & incerta se morti exponeret: tā crudelissime tāqz amarissima: claꝝ ē q nō. igit dico p regulā phi a p̄io q̄ ponit.j. Posterioꝝ &.4. Metha. q si negatio est cā negationis ergo affirmatio est cā affirmatōis. Si igitur est repire aliquos q sint pati mori. & mortez suscipe ꝓ re aliq̄ quā credūt. predicāt.& ↄfitētur. manifestū est. q talis res ꝓ qua tā ↄstanter se morti exponūt. vtiqz verissima est atqz certissima. ꝓcipue qn̄ p̄sona q̄libet. sic se morti exponēs ē prudēs: grauis: sensati: saniqz intellect9: plurimūqz docta. Quis enī vnq̄z nisi amēs & stult9. susciperet mortē ꝓ re dubia aut incerta. immo ꝓ re falsa: His igit p̄missis peto O fides sanctissima xpi benedicti quot homines graues: doctos: sensatos: litteratos prudentes: atqz sapientes habuisti. qui pro

te confitenda predicanda: defendenda: atqȝ
prolonganda letanter mortui sunt: ⁊ mori
parati promptissimi erant? Certe quasi infi-
niti ⁊ innumerabiles extiterũt. de quibꝰ quos
dam de multis enumeremus. O Jsaia quis
fuisti tu? An amẽs an sapiẽs? Certe vt Hie-
ronymus dicit in prologo super Jsaiam. no
bilis quidẽ genere fuisti: in ierl'ez vrbane ele
gantie: ⁊ in tuo sermone disertissimꝰ: nec ha
bens i eloquio tuo qcq̄ȝ rusticitatis admixtũ
Quid queso predicasti. O Jsaia dũ viueres?
Certe non aliud nisi fidem xp̄ianam. Unde
Hieronymus de ipso dicit ibidem. Non tã
propha xp̄iane fidei dicendus est: q̄ȝ euange-
lista. ita enim vniuersa ecclesie mysteria ad
liquidũ est prosecutus: vt cum non de futuro
vaticinari putes. sed de preteritis hystoriam
texere. h illc. Pro hac aũt fide predicata: qd
habuisti in hoc seculo O isaia? Certe crudelis
simam mortem. Vñ Hieronymus ibidem
dicit. Sectus isaias i duas partes occubuit
Et O ieremia qui xp̄ianam fidez in egypto
predicabas: quid mercedis ⁊ premij pro pre-
dicatione tua ab ipsis egyptijs suscepisti? Cer
te non aliud nisi crudelem mortẽ. Vñ Hie-
ronymus in. 3. prologo sup Jere. dicit Jere-
mias a populo in egypto lapidibus obrutus
occubuit. Quid dicemꝰ queso de morte stu-
penda: quã pro xp̄iana fide quã explicite cre-
debant septẽ fratres Machabei vna cũ mr̄e
passi sunt? Audi obsecro quid dicaꝛ de ipsis
2. mach. 7. c. ibi enim sic dicit. Contingit aũt
septem frẽs vna cũ matre obsecro qd apphẽ
sos cõpelli a rege antiocho edere contra fas
carnes porcinas flagris ⁊ taureis cruciatos.
vnus aũt ex illis qui erat prior sic ait. Quid
queris ⁊ quid vis discere a nobis? parati su-
mus mori magis q̄ȝ patrias dei leges puari
cari. iratus itaqȝ rex iussit sartagines ⁊ ollas
eneas succendi. Quibus stati succensis iussit
ei qui prior fuerat locutus amputari linguaȝ
⁊ cute capitis abstracta: sũmas quoqȝ manꝰ
⁊ pedes ei precidi: ceteris eius fratribꝰ ⁊ mr̄e
inspicientibus: ⁊ cũ iam per oĩa inutilis fcũs
esset iussit ignem ãmoueri: ⁊ adhuc spirantẽ
torreri in sartagine: in qua cũ diu cruciaretur
ceteri vna cũ matre inuicem se ortabãt mori
fortiter dicentes. Dñs deus veritatẽ aspiciet
⁊ consolabit in nobis: quẽadmodũ in ptesta
tione cantici declarauit Moyses: ⁊ in seruis
suis consolabit. Mortuo itaqȝ illo pmo hoc
modo sequentem deducebant ad illudenduȝ
⁊ cute capitis eius cum capillis detracta: in-
terrogabant si manducaret priusq̄ȝ toto cor-
pore per membra singula puniret: at ille re-
spondens patria voce dixit: non faciã: nec iđ
quia frater meus crudelẽ consequutus ẽ pe-
nam negabo dñm meum: ppter qđ ⁊ iste se
quenti loco pmi tormenta suscepit: ⁊ in vltio
spiritu constitutus sic ait. Tu quidem scelera
tissime in pñti vita nos perdis. Sed rex mũ
di defunctos nos pro suis legibus in eterne
vite resurrectione suscitabit. Post hũc tertiꝰ
illuditur: ⁊ linguam postulatus cito protulit
⁊ manus constanter extendit: ⁊ cũ fiducia ait
E celo ista possideo: sed ppter dei leges nũc
h ipsa despitio: qm̄ ab ipso me ea recepturuȝ
spero: ita vt ⁊ qui cũ ipo erant mirarent ado
lescentis animũ. q tanq̄ȝ nihil duceret cru-
ciatus. Et hoc ita defuncto quartum simil'r
vexabant torquentes. Et cum iam esset ad
mortem sic ait. potius est ab hominibꝰ morti
dato spem expectare a deo iterum ab ipo re
suscitandos. Tibi enim ad vitam resurrectõ
non erit. Et cum ãmouissent qntum vexa-
bant eum. at ille respiciens in eũ dixit. ptãteȝ
inter homines habes: cum sis corruptibilis
facis quid vis: noli aũt putare genus nostrũ
a deo esse derelictum. Tu aũt patienter su-
stine: ⁊ videbis magnam potestatem ipsius
qualiter te ⁊ semen tuum torquebit. Post
hunc ducebant ⁊ sextum. Et his mori inci-
piens sic ait. Noli frustra errare. Nos eniȝ
propter nosmetipsos: lȝ hec patimur peccan-
tes in deum nostrum: ⁊ digna admiratio-
ne facta sunt in nobis. Tu autem ne existi-
mes tibi impune futurum: q contra deum
pugnare tentaueris. Supra modum autem
mirabilis ⁊ bonorum memoria digna que
pereuntes septem filios sub vnius diei tem-
pore conspiciens bono animo ferebat: ⁊ ppi
spem quã in deum habebat singulos illoruȝ
ortabatur patria voce fortiter repleta sapien
tia. Et infra subiungitur: tunc rex accensus
ira in septimũ adolescentiorem super omnes
crudelius desceuit indigne per omnia ferẽs
se derisum. Et hic itaqȝ mundus obijt per
omnia in domino confidens. nouissime aũt
post filios ⁊ mater cõsumpta est. hec omnia
ibi verbaliter. vltra predicta crudelissima
martyria: si discurrere velis per totum ve-
tus testamentũ: inuenies q̄si inumerabiles g

pro cōfeſſione fidei xp̄iane.quaſi infinitas pe
nas tollerauerūt.Sed dic mihi queſo in no
no teſtamento.quot fuerunt qui mortem pro
fide xp̄iana ſuſceperunt:quis enumerare ſuf
ficiat:⁊ pretermiſſis: quaſi innumerabilibus
exemplis:que ad Hebre.xi.ca.Apoſtolꝯ enu-
merat ⁊ ꝑ practicam diſcurramꝯ. Libet ali-
quos dulciter clamando expoſtulare.O igit
Petre apoſtolorū princeps:qd pro xp̄iana fi
de ⁊ veritate predicando habuiſti. Certe pe-
noſiſſimā crucifixionē.Et O paule qui plus
ꝓ fide xp̄iana ceteris apoſtolis laboraſti. qd
pro eadem chriſti fide predicanda a Nerone
crudeliſſimo accepiſti. Profecto decollatio-
nem.Et tu O Bartholomee.qui decoriatio
nē.O Joannes euangeliſta.Et tu qui exiliū
⁊ feruens oleū. Et tu O Laurenti.O Ka-
therina.O Agnes.O Lucia.O Agatha: et
ſic de ſingulis.quid pro cōfeſſione fidei chri-
ſti toleraſtis: Certe amariſſimā mortem. et
ut pretercam perſonas quaſi infinitas.que ꝓ
chriſti fide mortem paſſe ſunt. Ad vltimum
peto te.O ſancte Jacobe non Apoſtole. ſed
martyr et nominare interciſe.qd pro fide xp̄i
ſuſcepiſti: Audi ⁊ ſcies:h enim cū eſſet nobi-
lis genere fuit in ciuitate Ellape oriūdus in
ꝑtibus ꝑſarum:qui habebat matrē xp̄ianiſſi
mam:ſimul ⁊ vxorē:⁊ erat inter omnes opti
mates regni ꝑſarum primus. Hic tandez a
rege ꝑſarum ſeductus ad colenda idola ſe di
rexit.Quod audientes mater ⁊ vxor: protinꝯ
ſibi ſcripſerunt dicentes.O infeliciſſime obe
diēdo mortali deſeruiſti eū qui eſt vita. Pla
cendo future cito putredini:deſeruiſti ſempi-
ternū odorē:veritatem in mendatio cōmuta
ſti:⁊ mortali obtempans regi:viuorū ac mor
tuorū regem ac iudicem reliquiſti. Noueris
igit nos āmodo a te futuras extraneas: nec
tecum decetero aliquatenus moraturas.va-
le inquiūt infeliciſſime fili: has litteras cum
legiſſet Jacobus amare fleuit dicēs.Si ma
ter mea q̄ me genuit ⁊ vxor mea tm̄ mihi ex
tranee facte ſunt: q̄to magis extraneus fa-
ctus eſt a me deus meus ⁊ redemptor meꝯ:
Tunc ſine mora abijt ad regem ⁊ xp̄ianum
ſe eſſe profeſſus eſt.cui cū Rex mortē mina-
retur crudelem rn̄dit Jacob. Nos mortē ꝓ
xp̄i fide non timemꝯ: quia de morte ad vitaz
tranſire ſperamus.Tunc rex tulit ſententiā:
ut ad aliorū terrorem membratiz Jacobꝯ pu
niretur.Cum autē quidā ex cōpaſſione ſuper
eū flerent ſubridens ait.Nolite flere ſuꝑ me
ſed ſuper vos plangite:quia ego ad eternā vi
tam transferro.Tunc carnifices policē manꝯ
dextre abſciderunt.⁊ clamans Jacobus ait.
O Jeſu nazarene ſuſcipe ramū arboris tui
Nam a cultore vinee ſarmentū abſcidit:vi-
tis ut potius germinet ⁊ vberius coronetur.
Tunc carnifex ſecundū abſcidit digitū: ⁊ Ja
cobus dixit.Suſcipe dn̄e Jeſu duos ramos
quos in ſtipite corporis mei plātauit dextera
tua.Abſciditur ⁊ tertius:⁊ Jacobꝯ ait.Om-
nis ꝑfectio conſiſtit in numero trinario:⁊ ꝓ
pter hoc ſemꝑ benedicā patrem ⁊ filiū ⁊ ſpi-
ritūſcm̄:qui tres pueros de camino ignis ar
dentis liberauit. Abſciditur et quartus. Et
Jacobus ait.O protector filiorū iſrahel qui
vſq3 in quartā generationē benedictionez in
fundis:ſuſcipe a ſeruo tuo cōfeſſionem quar
ti digiti. Abſciditur quintus:⁊ Jacobus ait.
O dn̄e completū eſt gaudiū meū:quia q̄nq3
plagas pro me ⁊ tu certe perpeſſus es. Tunc
carnifices ei cōpatientes dixerūt. Parce Ja
cobe aie tue ne pereas:q̄uis eniz vnam ma
nū amiſeris:tamē multi ſunt qui vnā manū
tm̄ habentes tibi diuitijs ⁊ honoribꝯ habun-
dant.Quibꝯ Jacobꝯ dixit. Quando paſtores
incipiūt pecora tondere:nunq̄3 dextꝶ tm̄ vel-
lus auferunt ⁊ ſiniſtꝶ dimittūt. Si ergo pe-
cus quod aial brutū eſt totū vult vellus āmit
tere: q̄to magis ergo ego homo rationalis
dedignabor pro deo me ei totū offerre. Tūc
carnifices minimum digitum manus ſini-
ſtre inciderunt: ⁊ Jacobus ait. Tu dn̄e cum
eſſes magnꝯ puus ꝓ me fieri voluſti. Idcir-
co ꝓ gratitudine hunc puū digitū tibi reddo
Abſcindit ⁊ ſeptimꝯ:⁊ ait.Septē ſunt dona
ſpūſſancti.Idcirco ſepties in die laudē dicaz
ei ſeptē digitos ei offerendo. Abſcidit octa-
uus ⁊ ait.Octauo die pro me dn̄s eſt circūci
ſus.Inciditur nonus ⁊ ait.O dn̄e libēter ti-
bi offero nonū digitū:quia pro me hora no-
na ſpiritū tradidiſti.Incidit decimus et ait.
Decem precepta ſunt tibi grata. Tūc quidā
de aſtantibus dixerūt. O Jacobe licet am-
be manus tibi ſint abſciſe:adhuc tamē ſi vis
potes viuere cum triūpho.Tunc Jacobꝯ ait.
Abſit a me ipſa nephanda ꝓmiſſio. Nemo
enī mittens manū ad aratrū.⁊c̄.Tunc indi-
gnati carnifices policē pedis dextri abſcide-
runt:⁊ Jacobꝯ dixit.O dn̄e maior fuit ꝑfora
tio pedis tui.q̄3 abſciſio digiti mei. Abſcidit

pedis secundus digitus:⁊ ait. Sicut eniȝ vnꝰ digitꝰ in corpore nō stat bene sine altero: sic etiā pro xpi amore non stat bene primꝰ digitꝰ sine scdo. Absciderūt et scdȝ:⁊ an̄ ipȝ ꝓijciūt q subridens ait. Vade tertie digite ⁊ regesce cū socijs tuis:⁊ quēadmodū granū tritici additū grano granū multiplicat:ita ⁊ tu. Abscidit ꝗrtꝰ⁊ magnū dolorē sentiēs di. Quare tristis es anima mea:⁊ quare cōturbas me. spera in deo.q.a.ↄ.i.s.v.m.⁊.d.m. Absciditur quintus:⁊ ait. O dn̄e ecce iam video: qm̄ dignū me fecisti gratia tua: sicut fecisti ezechiā in cuius signū.15.lineis solē retrocedere fecisti. Tūc accedētes ad pedē sinistrū: digitū ꝑuulū absciderūt Jaco. dixit. O digite puc cōfortare:quia magnus ⁊ paruus vnā habȝ resurrectionē:apud deū capillus capitis nō ꝑibit:ꝗ̄nto minus tu sepabis a gloria aliorū digitorū. Abscidit secūdus ⁊ ait. Vetus homo destruitur ut sic splendidior efficiat. Abscidit tertius:⁊ ait. Tonsionibꝰ firmat incus. Absciditur quartus:⁊ ait. Conforta me deus veritatis:quoniā in te confidit aia mea: ⁊ in vmbra alarū tuarum sperabo donec trāseat iniqtas. Absciditur qntus:⁊ ait. O dn̄e cōsummata sunt oia:vtinā haberē alios digitos tibi offerendos. Tunc accedētes pedē dextruȝ absciderūt:⁊ ait. Hoc munus offeraȝ celesti regi pro cuius amore hec patior. Absciderūt pedē sinistrū:⁊ ait. Etiam hunc bolū suscipias dn̄e charitatis sale conditū. Absciderunt dextrū brachiuȝ simul ⁊ sinistrū:⁊ dixit. Lauda anima mea dn̄m lau.d.in vi.m.p.d.m.ꝗ̄ȝ diu fuero. Tunc accedētes absciderūt coxam dextri cruris:scindentes vsqȝ ad femur. Tūc btūs Ja. ineffabili dolore grauatus ait. Dn̄e Jesu xp̄e adiuua me. quia circūdederunt me gemitus mortis:⁊ ait carnificibus. Carnē nouam induet me dn̄s quā vestra vulnera macularе nequibūt. Jam carnifices defecerant: eo ꝙ a prima hora diei vsqȝ ad nonaȝ in eiꝰ incisione sudassent. Tunc iterū accedentes sinistri cruris coxaȝ abscindēdo vsqȝ ad femur extraxerūt. Tunc exclamans beatꝰ Jaco. di. O dn̄e deus viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ iudex exaudi me semiuiuū:digitos dn̄e non habeo ut ipsos ad te porrigaȝ:nec manꝰ ut eas ad te extēdam:pedes mei truncati sunt. Ad te accedere neqo:genua demolita sunt:ut ea ad te flectere nequeaȝ. Ecce ꝙ sum velut casura domus ablatis quibꝰ sustentat columnis. Ecce iaȝ oia viscera mea sicut vides de corpe meo egrediūtur:sola supest lingua qua te rogo ex corde ut omnē iniuriā remittas his carnificibus:⁊ inimicis meis:hec cum dixisset vnꝰ de carnificibus accessit:⁊ caput eius amputauit. Ecce igit O Jacobe martyr sanctissime qd ꝓ xp̄iana fide ↄfitēda recepisti. Preterea ꝑtermissis tot scis martyribꝰ ꝓ xp̄i fide martyrizatis peto a te O Francisce. O Augustine. O Benedicte. O Basili. O dn̄ice. ⁊ ceteris religionū patriarche. cur tot spūalia martyria. videlȝ obediētie:paupertatis:castitatis: ieiunoꝝ:vigiliaꝝ: disciplinarū: ⁊ huiusmodi. tollerastis? Certe nō ob aliud:nisi pro obseruandis his que in sacra fide ꝓponūtur. Hec idem dico. de sacris virginibꝰ:atqȝ confessoribus. His omnibꝰ premissis concludo ꝙ fides pro qua oēs predicti martyres mortē susceperunt aut vera est aut falsa. Si vera est. si pro quia:sic est habeo propositum. vȝ. ꝙ sola xp̄iana fides est vera. Si autem falsa existit: ergo omnes ꝑdicti martyres fallaces ⁊ mēdaces ⁊ stulti fuerūt. ⁊ per consequēs omnes damnati sunt. Sȝ quia impossibile est. tot scientificos ⁊ sanctos viros fuisse mendaces et erroneos. Ideo concludo xp̄ianoꝝ fidē: omnino esse verissimā. Proinde arrogans ⁊ ꝑsumptuosus. ⁊ non sani intellectus qlibet eē censetur. qui huic fidei cōtrarius existit. imo qui eā summa cū reuerētia nō cōplectitur dicente sancto Maximo in sermone plurimorū martyrū. Mouerimus itaqȝ inquit:qr nō sine magno discrimine. de religionis veritate disputamus. quā tantorū martyrū sanguine confirmatā videmus. Magni ꝑiculi res est. si post prophetarū oracula. post Aplorum post martyrū vulnera. veterē fidem quasi nouellam discutere ꝑsumas:⁊ post tam manifestos duces in errore ꝑmancas. Et post morientiū sudores ociosa disputatione contēdas. Et infra subdit di. Martyr inꝗ̄ȝ martyrij fides est:veneremur ergo in scōꝝ martyꝝ glīa fidem nostrā:quō fidem nostrā:ab illis enim dum mortis tollerātia indubitāter accipitur spes immortalitatis euidenter asserit. Numꝗ̄ȝ enim hanc vitam tam constanter asserit. Numꝗ̄ȝ eniȝ hanc vitā tam constāter expenderēt:nisi esse alteraȝ incōparabiliter beatiorem ꝑfecta diffinitione sentirēt. hec ille. Gregorius insuꝑ in.4. dyalog. ait. Numꝗ̄ȝ sancti Apostoli ⁊ martyres xp̄i. sic ꝑsitem vitā de-

sacerdos est maioris ptãtis q̃ simul oẽs pre dicti: vnde sacerdos põt agere in virtute verborum suorum: q substantia hostie transubstantietur in illam substantiã corporis xp̃i: qḋ illi nequaq̃ pñt agere. Silr̃ ille pãnus dicit̃ esse nobilior: qui se extendit ad maiores gradus calefactionis seu duratiõis: q̃ pãnus qui se non extendit ad tot gradus calefactionis et durationis. Quo presupposito: certum est a simili q illa scia dicet̃ esse nobilior: que plura ⁊ nobiliora intelligere facit. Sed manifestũ est: q fides sanctissima seu scia fidei: facit intelligere plures ⁊ nobiliores veritates ceteris oibus scijs. ergo seq̃t̃ p ↄñs q fides est nobilior oi alia scia. Et declaro sic hanc minorez certũ est enim ẽm phm.2.⁊.5.ethi. q similes bitus simplr̃ generãt similes act⁹. Tũc vltra manifestũ est: q ois bitus scie acq̃site p intellectũ humanũ: est simpliciter bitus nãlis. qḋ si sic est: pꝫ q talis bitus nequaq̃ põt se extẽdere ad intelligendũ seu capiendũ veritates supnaturales. ppter qḋ Bonauen. in.3. dist. 23. arti.q.2. verbaliter dicit. Per nullũ bituz nãlem vel acq̃sitũ eleuat̃ vnq̃ intellectus super se vt apprehendat supnaturalia: seu vt assentiat pⁱme veritati ppter se: ⁊ sup omnia h bona. vt aũt per practicã supradicta ↄfirmemus: peto an per sciam nãlem possit aliqs intellectus creatus intelligẽ: q verbũ dei ineffabile fuerit vnitũ humane nature i vtero virginis vniõe hypostatica: ⁊ certũ est q nõ. mirũ enim videt̃ toti nature qũo virtus finita vnita infinite ab ipsa sustentet̃ in vnitate suppositi: nec infirmet̃ vel cõsumet̃: cũ tñ maximũ calidũ radicale cõsumat humidũ paruũ radicale: imo mi𝔷 videt̃ q salua veritate diuine nature in eodẽ supposito sit vera humanitas: ita q idẽ suppositũ realr̃ sit pfectus hõ ⁊ pfectus deus. Certe hoc est mi𝔷: ⁊ hanc veritatẽ non capit grãmaticus: non rethoricus non logicus: non poeticus: non astrolog⁹: nõ phs. non enim vnq̃ viderũt vel videre poterunt grammatici nec rethorici nec logici nec poete nec astrologi nec phi per bitum sciẽtie naturalis ⁊ acquisite: qũo possit virtus finita salua veritate sue nature i eadẽ hypostasi vniri infinite ⁊ non cõsumi. Non etiam poterit logicus sophisticus vel dialecticus siue demõstratiuus per suã experientiã atqꝫ scientiam concludere virtutẽ finitã ab infinita sustentari: atqꝫ ex duob⁹ remotissimis ⁊ distantib⁹ i infinitũ vnũ suppositũ fieri. Hoc et mysteriũ nõ capit phs moralis vl̃ methaphysic⁹ p suã sapiam. non enim habitu nãlis sciẽtie videre seu itelligere poterũt phi naturales morales vel physici cum omni sua sapia: qũo dei verbum ineffabile: impassibile: ⁊ immortale: potuerit hõ fieri passibilis ⁊ mortalis: ⁊ vltra hoc simul pati ⁊ simul beatificari dum penderet in cruce ⁊ moretur. Hoc insup mysterium non capit geometricus: nec arithmetric⁹: nec musicus per suam ↄsonantiam. non eni videre potuerunt geometrici: qũo circulus infinitus potuit abreuiari: ⁊ insup per finitatez mensurari. Nec arithmetrici videre potuerunt: qũo vnitas inattingibilis potuerit copulari: nec etiã musici: qũo vnitas indiuisibilis potuerit mediari. Hoc etiam mysterium non capit astrologus. non ppha mundanus non phitonicus per suam influentiã. Nõ.n. intelligere potuit astrologus p syderũ influẽtiam: nec ppha mundanus p signo𝔷 euidentiam: nec homo phitonicus p obedientiã demonis: ⁊ sciam diuine incarnationis supernaturale mysteriũ. Hoc deniq̃ mysterium non capit iuridicus auditor: seu iurista ciuilis per suam audaciã. non eni ex lege humanit⁹ adinuenta põt ↄcludi ⁊ intelligi: q par possit proportionari inter creaturã ⁊ creatorez. Ex prefato igit̃ discursu euidẽter apparet: q nullus bitus scie nãlis: põt se extendere ad intelligendũ veritates supnãles. Qḋ totum ↄfirmat Isaias.7.c. di. Nisi credideritis. s. p aliũ habitum q̃ per nãlem: non intelligetis. s. supnaturalia. Oppositũ est de sanctissima fide: que cũ sit qdam habitus a deo infusus ⁊ supnaturalis: certum est q facit intellectũ veritates supernaturales intelligere: ⁊ q fides realiter sit habitus supnaturalis. tripliciter pbo

Primo auctoritatibus. Scdo ratione. Tertio distinctione. ¶ Primo pbo auctoritatibus. Nã Paulus ad ephe.2. ait. Grã saluati estis per fidem. ⁊ hoc nõ ex nobis ne quis glorient̃. dei enim donum est. ibi. Itẽ 1.cor.12. dicitur. Alij datur. s. a deo fides in eodem spiritu. Si ergo fides datur a deo: ergo non acqritur per naturam: ergo est habitus supernaturalis. Item Sap.3. Salomon ait Dabitur ei fidei donum electuꝫ: ⁊ sors in tẽplo dei acceptissima. h ibi. Aug. etiam lib. de libero arbitrio. ⁊ ponitur de conse. distin.4. c. gratia. ait. Fides non est liberi arbitrij tm:

sed donum dei. Et Luc. 17. dicebāt discipuli Dñe adauge nobis fidē. Et Mar. 9. c. qdaȝ dixit. Adiuua dñe incredulitatem meā. Ex q̄bus auctibus pȝ: ꝙ habitus fidei non est acq̄situs sed infusus. ¶ Scđo hoc etiam probo vnica rōne: vȝ opationis. Fundamentū rationis ponit dñs Mat. 7. di. Ab opib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. vȝ hypocritas ꝛ viros iustos Quo ɔcesso vȝ: ꝙ opera sunt demonstratiua essentie rei. Bonauentura in. 3. di. 23. ar. 2. q. 2. sic arguit. Illud ingd qđ pōt in ea que sunt ꝛ supra ꝛ contra nām: nec est a nā: nec est ab acq̄sitione: sed habitus fidei non tm̄ formalis sed etiā informalis: pōt intelligere ea q̄ sunt supra nām. qđ pȝ: q2 etiam ꝑ fidem informē elicitur intellectus ad credulitatem diuine incarnationis: ꝛ distinctionis trinitatis: q̄ excedunt humanū intellectum per nām. qđ si sic est. ergo cōcludit ꝙ fides est habitus oio infusus ꝛ supnaturalis. ¶ Tertio hoc idē ꝓbo distinctione beati Tho. 2. 2. q. 6. arti. 1. di. Cuȝ querit an fides a deo infūdat. Rñdeo ꝙ ad fidem duo regrunt. Quoꝝ vnum est vt hōi credibilia ꝓponant: qđ requirit ad hoc: ꝙ hō aliquid explicite credat. Aliud aūt qđ ad fidem regrit est assensus credentis ad ea q̄ ꝓponunt. Quātū ergo ad ṗmum hoꝝ necesse est ꝙ fides sit a deo. Ea enim que sunt fidei excedunt humanā naturā: vnde non cadunt in contemplatione hominis nisi a deo reuelante. sed q̄busdam quedā reuelant imediate a deo: sicut sunt reuelata apostolis ꝛ ꝓphis. quibusdam etiam ꝓponunt a deo mittente fidei predicatores: sm illud Ro. 10. Quō predicabunt nisi mittant? Quātū vero ad scđm scȝ ad sensum hominis ad ea que sunt fidei: potest cā considerari dupliciter. Vno modo exterius inducens sicut miraculū visum: vel persuasio hominis inducentis ad fidē: quoꝝ neutrum est sufficiens cā. videntiuȝ eni vnū ꝛ idem miraculum: ꝛ audientiū eundem predicatorem: quidam credunt: ꝛ quidam non. Et ideo oportet ponere aliam cām interiorē que mouet hominem interius ad assentiendum in his que sunt fidei. hanc autē causam pelagiani ponebant esse solum liberum arbitrium hominis. ꝛ propter hoc dicebant: ꝙ initium fidei est ex nobis inquātum. s. ex nobis est ꝙ parati sumus ad assentiendum his que sunt fidei. Sed postmodum consūmatio fidei est a deo: ꝑ quā nobis ꝓponunt ea ꝑ q̄ credere debemus: sed hoc est falsum: quia cū homo assentiendo his que sunt fidei eleuet supra nām suā: oportet ꝙ hoc insit ei ex sup̄naturali ṗncipio interius mouente ꝙ ē de⁹: ꝛ ideo fides quātum ad assensum: qui est ṗncipalis actus fidei: est a deo interius mouente per grām. Ex premissis igit pȝ: ꝙ realiter fides est habitus a deo infusus ꝛ supernālis. Qđ si sic est: ergo seqt ꝙ hitus fidei facit intelligere veritates supnaturales: ꝙ non facit habitus acq̄situs. ꝙ sit sic pȝ. Nam auctor in libro de causis dicit. ꝙ effectus semꝑ habent suaꝝ cāꝝ silitudinem. Sed cuȝ habitus fidei sicut imediate ꝓbatū est sit cā supnaturalis: ergo effectus eius qui est intelligere erit etiā supnaturalis. Qđ ɔfirmans Ber. sup cant. ait. Quid non inueniet fides? attingit enim ī accessa: deprehendit ignota: cōprehendit imēsa: apprehendit nouissima: ipsā deniqȝ eternitatē suo illo āplissimo sinu quodāmodo circūcludit. ꝛ hoc ē q2 fides trāsgredit rōis fines humane nature vsum: ꝛ expiencie terminos. hec ille. Item Aug. 24. q. 1. c. non turbat. ait. Et si alijs impatur vt laxent peccata sua: soli Petro dictum est: duc in altū rete: hoc est in profundū disputationū. Quid eni tam altuȝ q̄ȝ altitudinē diuitiaꝝ videre. ꝛ scire filiū dei ꝛ professionē generationis diuine assumere quā lȝ mens nequeat humana plene rōnis īuestigatione cōprehendere: fidei tñ plenitudo amplectit. hec ille. Cuȝ igit vt ex premissis pȝ fides sanctissima virtutes supnāles excipiat qđ nulla altera scia facere pōt. cōcludit necessario: ꝙ fides oibus alijs scijs nobilior est. ꝙ si forte diceres ɔtra predicta: q2 in. 12. metha. tractat de ipso deo: ꝛ intelligentijs separatis Et. 8. physi. agitur de deo inquātū est ṗmus motor: ergo ꝑ ɔñs fides non est nobilior scia speculatiua. Ad hoc rñdeo sm Ric. in ꝓhemio. 1 señ. q. 5. in cor. q. 4. ꝙ hoc est tm̄modo ad ea que de ipso deo pñt inuestigari lumie naturali: ꝛ etiā inquantū ipse deus se hȝ sm aliquā aliam habitudinem rōnis ad ens qđ analoge dicit de creatore ꝛ de creaturis. sic eni methaphysica tractat đ deo: q2 ē de ente sm ꝙ ens: sm ꝙ videt phus velle. 4. metha. Et Auicenna. 1. metha. sue. c. 10. Deus est ait quoddam ens. vnde sic patet: ꝙ scientia fidei deum comprehendit seu itelligit sub rōe nobiliori q̄ȝ methaphysica: q2 ens sūme ꝑfectum: est nobilior rō: q̄ȝ ens inquantum ens:

⁊ etiã sub rõe mirabiliori: qr ea que nõ sunt nata cognosci de deo a creatura: nisi p reuelatõnẽ:mirabiliora sunt:q̃ ea que pñt cognosci p inuestigationẽ in nãli lũie factã. hec Ricar. Et sic concludit̃ ex predictis: vz q̃ fides cũ faciat supnãlia intelligere:nobilior est oibus alijs sciẽtijs. Jmmo dico plus: q̃ etiã minima pticula fidei inq̃ztũ capit supnãlia: nobilior est atq3 delectabilior:q̃ simul sint oẽs sciẽ acqsite rerũ inferioꝝ. Propterea phs.xi.de aialib⁹.dicit. Quãuis parꝫ sit qꝺ de substantijs superiorib⁹ pcipimus tñ illud modicũ est magis amatũ:⁊ desideratũ oi cognitiõe:quã de oib⁹ simul substãtijs inferiorib⁹ hẽm⁹. Et 3.Ethi.etiã dicit. Qꝺ magis est mirabile ⁊ ineffabile:illud est magis mirabile ⁊ delectabile. Ex qua rõne extẽsionis pꝫ.q̃liter fides seu scia fidei:est nobilior oib⁹ simul alijs sciẽtijs. ¶ Tertio hoc idẽ probo rõne:qui dr̃ Approximationis.vz q̃ sanctissima fides supat nobilitatẽ:oium aliaꝝ sciaꝝ. Fundamentũ rõis ponit phs.5.Meth.di.Melius est qꝺ pmo pncipio ppingus est.pꝫ hec regula. Nam qr aia p intellectũ:⁊ amorẽ magis deo assimilatur in quo h sunt:q̃ ipm corp⁹humanũ.ideo ipsa dr̃ esse melior oi puro hũano corpe. Similiter qr argentũ q̃ztũ ad valorẽ est ꝯformius auro q̃ es ⁊ ferrũ.ideo nobilius est ere et ferro. Quo psupposito. certũ est ẽm glo.sup verba Jaco.j.vz.oẽ datũ optimũ ⁊c.q̃ a deo dant̃ pcipue hoib⁹tria bona. Nã pmo dant̃ simplr̃ bona. Scꝺo meliora. Tertio vero optima. Prima a deo dant̃ p acquisitionem. Secũda p assuefactionẽ. Tertia p infusionẽ. Primo sunt quedã dona que dat de⁹:p hominis acquisitionẽ:sicut sunt oẽs scie: a reb⁹ acquisite:utputa septẽ liberales artes: nãlis phia ⁊ hmõi. Silr̃ virtutes morales:frequentia ⁊ assuefactõe opeꝝ acquirũtur. Eodẽ mõ diuitie:⁊ delitie:atq3 tpales magnificẽtie acquirũtur:que simul oia tria:⁊ multitudo phorum ⁊ paganorũ ceterorũq3 infideliũ: a largitore oium bonoꝝ deo obtinuerũt: ⁊ etiã nũc acqri pñt ipso donãte a multis peccatoribus etiã dum pmanẽt in peccatis.vñ ad Ro. xi. Apostol⁹ait. Sine penitentia eñi sunt dona dei.vz.supradicta. ¶ Scꝺo dant̃ a deo q̃daꝫ alia dona meliora pmis:sicut sunt nãles virtutes:nãles scie:nãles diuitie:atq3 nãles delitie:q̃ nãm nõ corrũpunt:sed poti⁹illustrãt decorãt ⁊ meliorãt: virtutes nãles voco nãlem prudentiã: nãlem iusticiã:fortitudinẽ: mãsuetudinẽ:pietatẽ.magnificentiã:grauitatẽ:zeluꝫ clementiã:amicitiã rigiditatẽ contra vitia:et cetera huiusmõi. Sciẽtias aũt naturales voco:q̃ a nã nobis indite sunt: sicut nã nr̃imet: ⁊ coꝝ q̃ sunt in aiab⁹nr̃is:cuiusmodi est viuere:intelligere:gaudere:tristari:timere: spare: atq3 opposita eorundẽ. Hoꝝ igit̃ in nobis ẽ scia nãlis:quoꝝ nobis ignorãtia ipossibilis ẽ Diuitie autẽ nãles in corpe sunt: sicut sanitas:fortitudo:pulchritudo:libertas:nobilitas sensuũ,psperitas:⁊ ꝯsimilia. Diuitie aũt nãles in aia sunt pspicatia intellect⁹ ingenij rectitudo: subita apphẽsio veritatis: memoria tenax:⁊ hmõi. Diuitie etiã naturalis honesta tis sunt honesta in rebus honestis:honestate naturali per se nota:sicut delectari de pfectu scientiaꝝ:delectari in bonis opibus:⁊ honestis:ut est delectari in subueniẽdo egenis: in bonorãdis parẽtib⁹:in seruando fidẽ amicis ⁊ huiusmõi. ¶ Tertio vero loco atq3 sublimiori dant̃ a deo dona maxia ⁊ optima. ⁊ hec dona sunt sup oẽm nãm. ⁊ ideo nãm nrãm trahũt sursum supra semetipsam.s.ad gloriã eternalẽ:propter qꝺ pꝫ talia dona esse optima:⁊ maiora:⁊ fortiora:oibus naturalibus ⁊ acqsitis donis. Ex naturalib⁹ eñi donis sol: solũmodo descendit̃ ad inferiora ⁊ naturalia bona:p ista vero ascendit̃ etiã ad supnaturalia dona. His igit̃ pmissis certũ est: q̃ inter naturã ⁊ gloriã:gratia fidei intermedia ẽ:gloria autẽ in fortitudine: magnitudine:nobilitate:⁊ sublimitate:vltima est seu supma.propter qꝺ cũ gratia ⁊ sciẽtia fidei sit secũda i ordine.vltima vero sit natura. ꝯcludit̃ necessario:q̃ ex tali approximatione fidei ad ipꝫ deum ⁊ eternã gloriã:fides ipsa sanctissima nobilior est:⁊ excellentior omnib⁹alijs scientijs naturalib⁹⁊ acqsitis. ¶ Quarto etiaꝫ probo ratione egressionis:q̃ vz fides sanctissima ẽ excellentior ceteris oibus scientijs. Fundamẽtũ rationis ponit phs.j.de anima. Et octauo Thopicoꝝ.di. Vna scientia vel disciplina dicit̃ melior altera:cũ simpliciter egredit̃ a meliori subiecto.pꝫ hec regula. per formatiõem vnius sillogismi q̃ format̃ sic. Omne animal rõnale est disciplinabile:seu beatificabile.ois homo est animal rõnale. ergo ois homo est disciplinabilis:seu beatificabilis. Ecõtra tibi ppono etiã scientiã alterius sillogismi:de viliori subiecto. vz in barbara sic. Omne ani-

mal irrōnale est indisciplinabile:rudibile:seu
in beatificabile. oīs asinꝰ est animal irrōnale
ergo oīs asinus est indisciplinabilis : rudibi-
lis:⁊ beatificabilis. His premissis:claꝝ est ꝙ
subiectū prime scīe seu p̄mi silogismi fuit hō:
subiectū vero secūdi fuit asinus. Nūc igitur
quero a te que istaꝝ duaꝝ scientiaꝝ sit nobi
lior.⁊ certū est ꝙ q̄ꝫto homo differt ab asino
in nobilitate:tanto sciētia a subiecto homi-
nis egressa: est nobilior scīa de asino: sic etiā
incōparabiliter ꝫm phm p̄mo de aīa. nobili
or est scīa q̄ egredit̄ de ipsa aīa:q̄ꝫ scīa q̄ egre
dit̄ de quolibet corpe:qđ etiā mālí exēplo pꝫ
quia fructꝰegrediēs ab arbore nobiliori sim-
pliciter nobilior est oī fructu q egredit̄ ab ar-
bore minꝰnobili ⁊ viliori. Quo presupposito.
certū est ꝙ q̄libet scīa hꝫ subiectū minꝰ no-
bile ipsa fide. Ecōtra fides hꝫ subiectū nobili
us oī scīa. Qđ sic patꝫ discurrēdo ꝑ subiectū
cuiuslibet scīe. Nā subiectū scīe grāmatica-
lis ad qđ oīa reducūtur sicut ad p̄ncipiū ra-
dicale:⁊ ex quo sillabe ⁊ dictiones egrediunt̄
⁊ formantur est ipsa lrā quā vocat Priscia-
nus elemētū:q̄ est vnū in quo stat oīs reso-
lutio ipsiꝰgrāmatici. Subiectū autē eiusdem
grāmatice ad qđ oīa reducūtur sicut ad totū
integrale:est orō cōgrua ⁊ ꝑfecta. Et tu o re
thorice qđ est subiectū tuū: vtiqꝫ est orō or-
nata vel inornata. Subiectū aūt logice:est ip
se sillogismꝰ. Subiectū li. Phisicoꝝ: ē corpꝰ
mobile. Subiectū libri de celo ⁊ mūdo:ē cor
pus mobile ad locū. Subiectū libri de gene
ratiōe ⁊ cor.est corpꝰmobile ad formā. Sub-
iectū libri methauroꝝ:est corpꝰ mixtū:⁊ ipse-
ctū:veluti ros pruina grādo ⁊ hmōi. Subie-
ctū libri mineraliū:est corpꝰ minerale.s.corpꝰ
mixtū ⁊ ꝑfectū:sed inaīatū ut plūbū: auruꝫ:⁊
hmōi. Subiectū libri de aīa:est corpꝰaīatum
vel aīa. Subiectū libri devegetabilibꝰ:⁊ plan
tis:est corpꝰvegetabile. Subiectū geometrie
est linea vel q̄ꝫtitas ꝯtinua. Subiectū ipsiꝰ ꝑ
spectiue:ē linea visualis. Subiectū ipsiꝰastro
logie:est corpꝰ celeste. Subiectū deniqꝫ ipsiꝰ
methaphisice:est ens:inq̄ꝫtū ens. Tu aūt o fi
des scā:o fides catholica: o fides orthodoxa:
dic mihi q̄so :qđ est subiectū tuū:a quo egre-
deris:⁊ a quo ꝓcedis: ⁊ ex quo in aīas rōna
les descēdis? Certe clamās ꝓ te Rn̄deo:deꝰ
eternꝰest subiectū tuū:deꝰgloriosus est subie-
ctū tuū:deꝰoīpotēs est subiectū tuū. ꝙ si sic ē
ꝙ deꝰipse sit subiectū fidei:⁊ deꝰ ipse ē nobili
or p̄dictis oībꝰ subiectis aliaꝝ sciaꝝ. ꝯcludit̄
necessario ꝙ fides ipsa simplr̄ ⁊ realr̄ p̄dictis
oībꝰsciis nobilior ē.ꝙ āt deꝰ sit subiectū fidei
triplr̄ ꝓbo. Prio auctē. Scđo similitudīe.
Tertio rōne. ¶ Prio ꝓbo auctē Boetii p̄-
mo de trinitate.c.ij.di. Fides ē virtꝰq̄daꝫ ab
vna substātia dei simpliciter ꝓcedēs. ¶ Se-
cūdo hoc idē ꝓbo sic similitudīe. Sicut enim
se hꝫ hitꝰad obiectū:ita vr̄ se hr̄e fides ad sub
iectū. Sꝫ illud assignat̄ ꝑ se obiectū alicuiꝰ hi
tus:sub cuiꝰrōne oīa q̄ cadūt sub illo hitu: re
ferūt̄ in ipm obiectū: q̄propter dicimꝰ ꝙ ꝑ se
subiectū charitatis ē ipse deꝰ. q̄ q̄cq̄d chari-
tas diligit:diligit ꝓpter deū. ergo similiter il
lud ē subiectū in scīa fidei:rōne cuiꝰtractātur
oīa de qbꝰscīa fidei ꝯsiderat. Sꝫ oīa q̄ ꝯside
rant̄ in sacra scriptura:q̄ refert̄ ad fidē: ꝯside
rāt̄ aut inq̄ꝫtū cōprehēdūt̄ ifra diuā ꝑfectiōꝫ
aut inq̄ꝫtū sunt dei effectꝰ:ergo ꝯcludit̄ ꝙ de
us realiter est subiectū:a quo scīa fidei ꝓgre-
dit̄. ¶ Tertio hoc idē ꝓbo duplici rōe. Prio
rōe ꝓp̄etat̄. Scđo rōevirtualitat̄. ¶ Prio
ꝓbo rōe ꝓprietatis sic. Scđꝫ ꝙ p̄t trahi ex
p̄mo Poster. Illud ē subiectū in scīa: cuiꝰ ꝑ
se ꝓp̄etates ꝯsiderat ipsa scīa. Sꝫ sacra scri-
ptura q̄ idē significat qđ fides cōsiderat dei
ꝓp̄etates:⁊ dei oꝑationes.ergo deꝰ est subie
ctū in ea. Et declaro sic minorē.claꝝ est ꝙ fi-
des ꝯsiderat de deo ꝫm rōem sue nālis ꝑfe-
ctionis:⁊ inq̄ꝫtū ciꝰꝑfectio relucet in oꝑibꝰcō
ditionis: administrationis:restaurationis:scifi
cationis:⁊ retributionis. Ad q̄ q̄nqꝫ p̄nt re-
duci oīa q̄ ꝯsiderant̄ in sacra scriptura seu in
substātia fidei:q̄ infra diuinā ꝑfectionē com
prehēdunt̄ attributa diuine eēntie: ꝑsonaruꝫ
emanationes:⁊ ꝑsonaꝝ ꝓp̄etates in oꝑibꝰcō
dictiōis cōprehēdunt̄ creatio creaturaꝝ disti
ctio:⁊ distinctoꝝ ordiatio. Itē in oꝑibꝰrestau
ratiōis:etiā multa oꝑa cōprehēdunt̄.q̄ figu-
rata fuit in veteris legis:⁊ in sacramētoꝝ ve
teꝝ institutiōe. initiata filii dei incarnatione
ꝓmota in noue legis datione. cōpleta in xp̄i
passione.paucis hominibꝰmanifestata in re-
surrectiōe.⁊ aliquibꝰangelis in ascensione:et
toti mundo in euangelii ꝑ discipulos p̄dica-
tione.q̄ ut dicit ps. In oēm terrā exi.⁊c̄. In
oꝑibꝰetiā scificationis intelligo virtutū infu-
sionē:⁊ sacramentoꝝ noue legis salutiferam
susceptionē. In operibꝰetiā retributionis cō
tinet̄ tanq̄ꝫ prima extremi iudicii examinatē
Continet̄ etiam ibi reproboꝝ damnatio. Sꝫ

principaliter electorũ glorificatio ꝛ sic ostensum est quomõ omnia que cõsideranť in sacra scriptura: seu que cõsiderat ipsa fides. aut spectant ad dei intrinsecã perfectionẽ. aut ad refulgẽtiã sue perfectionis ꝑ multiplicẽ eius operationẽ: quia per quandã appropriationẽ potentia maxime relucet in creatione: sapientia in administratiõe: misericordia in restauratione ꝛ sanctificatione. Justicia in reproborũ damnatione: ꝛ bonitatis affluentia in electoꝝ glorificatione. Et sic patet ꝓma ratio. ❡ Secũdo etiã probo rõne virtualitatis. ꝙ fides egrediť a deo tãq̃ a subiecto. ꝛ formo sic rationẽ. Certũ est ꝓm phum quarto Meth. ꝙ tota scientia virtualiter est in suis principijs. Sed articuli q̃ sunt quedã res supnaturales sunt quedã principia ipsi⁹ fidei. ergo tota fides virtualiter est in articulis. Illud ergo qđ est subiectũ articuloꝝ. est subiectũ hui⁹ scientie. vꝫ fidei. sed deus est subiectũ oĩuꝫ articuloꝝ fidei. quod patet: qꝛ si de singulis articulis formes enũciationes: deus est subiectũ in q̃libet illaꝝ. verba gratia. Si de primo articulo q̃ est. credo in deũ pa. o. ꝛc̃. Formes enũciationẽ. deus erit subiectũ in ea dicendo Deus est pater oipotens creator celi ꝛ terre. Similiter si de scđo articulo. q̃ est. Et in Jesum xp̃m fi. e. v. do. n. Si fiat enũciatio. deus erit subiectũ in ea. dicendo. De⁹ est filius ꝛc̃. Ex quo patet ꝙ deus est subiectũ in scientia fidei. he rõnes cũ similitudine eliciũtur ex dictis Ricar. in prohemio ꝓ. sen. questio. 6. per totum. Que omnia confirmat Thomas secunda secũde. questi. ꝓma. arti. j. in corpore. q. Ubi ꝓbat ꝙ ꝓma veritas increata q̃ de⁹ est simpliciter. est obiectũ fidei seu subiectũ. vide ibi si vis. Cũ quo cõcordans Dyo. 7. c. de diui. no. dicit. ꝙ fides est circa simplicẽ ꝛ semꝑ existentẽ veritatẽ. Fac igiť ex oibus ꝓmissis tale correlariũ. Cum quelibet scientia dicať nobilior respectu nobilioris subiecti: ꝛ de⁹ sit subiectũ sacre scripture seu scissime fidei. quo subiecto nullũ est nec põt esse nobili⁹: ꝯcludiť necessario ꝙ scia fidei est nobilior incõꝑabiliter oibus alijs scijs. ❡ Quinto hoc idẽ ꝓbo rõne manifestationis. ꝙ fides scissima nobilior est oibus scijs. Fundamentũ rationis ponit phs ꝓmo pier. di. Uoces sunt note ꝛ sig̃ eaꝝ q̃ sunt i aia passionũ. Qđ ꝯfirmãs dñs Matth. 12. c. di. Ex habũdantia cordis os loquiť. Quo ꝓsupposito. certũ est ut dicit glo. sup verba Luce. 2. c. vꝫ. Et factũ est post triduũ inuenerũt eũ in tẽplo in medio doctorũ audientẽ illos ꝛ interrogantẽ: ꝛ stupebãt omnes qui audiebãt eũ sup prudẽtia ꝛ rñsis ei⁹ hec ibi. ꝙ tũc xp̃s nõ docebat suos auditores sciam naturalẽ ꝛ acq̃sitã: sed simpliciter res supnãles que ꝑtinẽt ad virtutẽ fidei. Similiť Matth. 8. c. Docẽs populũ simpliciter cõmendebat ei fidẽ di. Amen q̃ppe dico vobis si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis: ꝛ dicetis mõti huic trãsi hinc: trãsibit: ꝛ nihil erit ipossibile hñti fidẽ. Similiter Matth. vltimo c. ꝓdicabat apostolis di. Qui crediderit ꝛ baptisatus fuerit saluus erit. Qui vero nõ crediderit cõdẽnabiť. Siliter trãscurre euãgelia: ꝛ in plurib⁹ locis repies ꝙ xp̃s nunq̃ꝫ docuit populũ aliquã sciẽtiã acq̃sitã: immo plunes reprobauit eã hñtes. Oppositũ est de fide. quã simul edocuit ꝛ etiã eam hñtes miro modo cõmendauit. sicut pꝫ de Centurione. q̃ ut habeť Mat. 8. c. cũ dixisset. Dñe puer me⁹ iacet in domo ꝑalitic⁹: ꝛ cũ xp̃us rñdisset: ego veniã ꝛ curabo euꝫ. Subiecit centurio. Dñe nõ sum dign⁹ ꝛc̃. Et ibidẽ seq̃tur. Audiẽs ãt Jesus mirat⁹ est: ꝛ seq̃ntib⁹ se dixit. Amẽ dico vobis nõ inueni tantã fidẽ in israel. q̃bus premissis ꝯcludiť. ꝙ cũ xp̃s docuerit veritatẽ fidei ꝛ nõ aliquã aliã scientiã. manifestũ ẽ ꝙ etiã ipse in corde suo maiorẽ habebat ꝯplacẽtiam de virtute fidei. q̃ꝫ de aliq̃ scientia. Nã si nobilior fuisset scientia acq̃sita q̃ꝫ fides. nulli dubiũ est quin xp̃s per prius doceret sciẽtiã quã fidem. ꝛ ꝓcipue cũ xp̃s sicut tradunt theologi in. 3. in omnib⁹ actibus suis presertim a superiori parte rõnis ꝓcedentib⁹. semper preelegerit nobiliores meliores perfectiores atq̃ꝫ excellentiores. Ex q̃bus omnib⁹ claret manifeste. ꝙ necesse est ex hac rõne cõcludere: sanctissimã fidẽ omnib⁹ scientijs eẽ nobiliorẽ. Et cõfirmať ista ratio sic. Nã presupposito ꝙ xp̃s docuerit populũ sanctissimã fidem. ergo sic. Quãto doctor alicui⁹ scientie ẽ maioris veritatis nobilitatis ꝛ excellentie: certum est ꝙ tanto etiã illa scientia magis extimať ꝛ nobilior iudicať. Quod sic patet. Naꝫ magis extimatur in grãmatica scientia prisciani q̃ꝫ cuiuslibet alterius grãmati. Similť in rethorica magis extimať oratio ipsi⁹ Tulij q̃ꝫ oratio cuiuslibet oratoris. In naturalibus vero ac logicalib⁹ quid dicã: Nunq̃d adherebimus Anaxagore: Nũq̃d Socrati: Nũq̃d

Platōni? Certe nō. Sed cui? Certe ipsi soli
Aristoteli oium phoꝝ principi. Et qꝛ sic di-
cis Rñdeo. ꝙ ꝑpter eius magnā veritatē: au
ctoritatē: ꝛ excellentiā quā habuit in ꝑfectiōe
illius scientie de cuius magna ꝑfectione loq
tur Cōmentatoꝛ sup. 3. de anima dicēs. Cre
diť ꝙ iste homo vꝫ Aristoteles fuit regula in
natura: ꝛ est exemplar qđ natura inuenit ad
demonstrandū vltimā ꝑfectionē in scientia
totius nature. Idem quoqꝫ Cōmentatoꝛ su
per ṗmo Politicoꝝ de eiusdē perfectiōe ait
Nomen auctoris huius libri fuit Arist. fili⁹
Nicomatij sapientissimus grecoꝝ: qui scien-
tiā inuenit ꝛ cōpleuit. Inuenit: quia quicqd
scriptū est ab antiquis in scientijs: non est di
gnū ꝙ sit ei pars scientie sue vel principium
compleuit: quia nullus eoꝝ qui secuti sunt cū
vsqꝫ ad hoc tempus aliquid addidit: nec inue
nit in dictis eius errorē. Talem autē virtutē
esse in vno indiuiduo: miraculosum ꝛ extra-
neū extitit. Et quia hec dispositio in isto ho-
mine fuit quid dignius: debet dici homo di-
uinus potius q̄ꝫ humanus. hec ibi. His pre-
missis peto a te o fides sanctissima quē habu
isti doctorē. Certe non priscianū: nō Cicero-
nem: nō Virgiliū: non Socratē: nō Plato-
nem: nō deniqꝫ Aristo. seu aliquē poetarum
vel phorum. Sed quē ergo? Clamans Rñ-
deo. Certe habuisti filiū patris eterni. Filiuꝫ
dei omnipotentis incarnatū: seu sapientiam
patris increatā ꝛ humanatā. cuius noticia ē
nuda ꝛ apta: dicente apostolo ad Hebre. 4.
Omnia nuda sunt ꝛ aperta oculis eius. qui
insuper non tm̄ specialiter in auctoritate di-
cendi omnes simul philosophos superauit:
sed etiā simul totum mundū fecit in doctri-
na sua q̄ꝫplurimuꝫ admirari. Nam omnis
turba eius doctrinā audiens: sicut legiť Io-
annis. 7. de ipso dicebat. Nunq̄ꝫ locutus est
sic homo in israel. Nec mirū: quia cum lin-
gua illa benedicta cum claritate esset vnita:
proferebat doctrinā suam nō cum auctorita
te hominis simpliciter sicut fecerunt omnes
alij philosophi. Sed cum auctoritate totius
trinitatis: que superat in dignitate auctorita
tem omniū creaturarū. propter quod merito
bene concludiť. ꝙ ratione manifestationis ex
quo xp̄us manifestauit in mūdo: ꝛ docuit sci
entiam fidei ꝛ non aliā scientiā. ꝙ fides supe
rat nobilitatē omniū scientiaꝝ. ¶ Sexto eti-
am probo ratione certificationis. ꝙ fides san
ctissima superat nobilitatē omniū scientiarū
Fundamentū rōnis ponit phus ṗmo de aia
ꝛ. 8. Thopicoꝝ di. Scia vna q̄ꝫto certiori de-
monstratione ꝛ modo ꝑcedit altera tanto no
bilioꝛ est illa. Et sic illa scientia que ꝑcedit ex
demonstratione. propter quod id est ꝑ causā
nobilioꝛ est demonstratiōe q̄ ꝑcedit. qꝛ hoc
modo loqtur Cōmētatoꝛ. 2. Metha. di. De-
monstratiōes Metaphisice sunt in ṗmo gra
du certitudis: eo ꝙ ꝑcedūt ex ṗncipijs certiori
b⁹ nobis ꝛ firmiorib⁹. Sꝫ clari⁹ pꝫ hec regula
ꝑ hoc exēplū. Nā certioꝛ eēt cognitio de aia
seu scientia si eēntialiter videreť: q̄ꝫ ꝙ cogno
scať simpliciter ꝑ signa ꝛ effectus sui corpis.
Quo ṗsupposito. certū est ꝙ hac ratiōe fides
est certioꝛ omni sciētia: ꝛ ꝑ ꝯsequens nobili-
oꝛ. Et ꝙ hoc veꝝ sit dupliciter probať. Pri
mo vnica auctoritate. Secūdo vnica rōne.
¶ Primo ꝑbať vnica auctoritate. vꝫ Aug.
libro de fide ad Petrū dicentis. Nihil ē cer
tius hoi sua fide. ¶ Secūdo ꝑbať rōne quaꝫ
ponit Bonauē. in. 3. dist. 23. ar. j. q. 4. Sed ꝑ
fundamento rationis accipe dictū Pauli ṗ
me ad Thessa. 2. di. Cum accepistis a nobis
verbū auditus. s. per fideꝫ accepistis illud: nō
ut verbū hominū: sed sicut verbū dei. Quo ṗ
supposito: illud quod cognosciť. certū est ꝙ co
gnosciť certi⁹ in lumine veritatis ṗme: q̄ꝫ il-
lud qđ cognosciť in lumine veritatis create:
sed fides cognosciť in lumine veritatis ṗme:
ꝛ sciētia cognosciť in lumine veritatis create
dicente pho. 7. Metha. 3. de aia. ṗmo Phisi
coꝝ. ꝛ libro de sensu ꝛ sensato. Scia inquit in
oibus fit per minus nota ꝭm naturā. i. ꝑ sen
sibilia. Et Cōmentatoꝛ. xi. Methaphisice ait
Scientia dei causat res. Sed scientia nostra
causata est a rebus: ꝛ per cōsequens patet ꝙ
certioꝛ est scientia fidei q̄ꝫ ois alia sciētia. vel
forma sic rationē ꝭm Alexandꝝ in tertia ꝑ-
te summe. in tractatu de fide. in. q. An fides
sit certioꝛ scientia. vbi sic dicit. Certius est qđ
scitur testimonio spiritussancti: q̄ꝫ quod scitur
testimonio creature. sed quod scitur per fideꝫ
scitur testimonio spiritussancti. Roma. 8. ca.
Ipse spiritus reddidit testimoniū spiritui no
stro ꝙ sumus filij dei. ꝛ quod scitur alijs sci-
entijs: scitur testimonio creature. ergo cōclu-
ditur ut prius. vꝫ ꝙ fides est certioꝛ omnib⁹
scientijs. ꝛ per consequens superat nobilita-
tem seu excellentiā ꝛ dignitatem oium alia-
rū scientiaꝝ. ꝙ si obijceres. videlicꝫ ꝙ scientia

fidei non est certior omni alia scientia argu-
endo sic. Certitudo pertinet ad dignitatem
scientie: dicēte pħo i fine posteriorꝝ.ꝛ.6. ethi.
Scientia inqͣt est hitus conclusionis demō-
strate. Sed certū est ꝙ alique sciētie sūt cer-
tiores fide: ꝓut sunt methaphysice: qꝛ de ipa
rum pncipijs: nullatenus pōt dubitari: ergo
per ꝯñs tales scientie sunt nobiliores ipsa fi
de. Ad hoc rñdeo ſm Ric. in ꝓhemio pmi
scñ. q.5. ꝙ fides nobilior est alijs sciētijs sim
pliciter. i. in natura sua: ꝗ̄uis alique alie cer-
tiores sint: ſm qd. s. per compationez ad de-
bilitatem intellectus nostri: quia vt dicitur. 2.
metha. Sicut se habet oculus noctue: ad lu-
men solis: sic se habet intellect⁹ noster ad ea
que manifestissima sunt in natura. Et iō ac-
cipe h fundamentū pħi. j. physi. dicētꝭ. Nihil
prohibet aliqd esse simplr notius: minus tñ
notum quo ad nos. Et etiā. j. physi. dicit. Cer
titudo in tm̄ querenda est inquātū recipit de
natura rei. Et. j. ethi. ait. Certitudinē non oꝫ i
oib⁹ similiter expetere: sed in singulis ſm suā
nām: ꝛ in tm̄ quātum est ꝓprium doctrine.
Quib⁹ premissis pꝫ: ꝙ certitudo q̄ est simplr
reddit sciam nobiliorem: ꝗ̄ certitudo que est
ſm qd: hoc est quo ad nos. Et p ꝯñs fides ē
nobilior oī alia scia. Et nota: ꝙ ꝗ̄uis aliqua
scia hēat pncipia certiora ſm qd ipsa fide: tñ
hoc non est ꝯtra nobilitatē scie fidei: sed ma
gis est pro ea: qꝛ rōne altitudinis materie: de
qua est: nr̄am transcēdit cognitionē nālē. Et
ideo pħs. 2. metha. dicit. Ea q̄ maxie sūt sensi
bilia quātū est ex pte sui: nobis sunt modicū
intelligibilia. Auicenna etiā. 6. nālium lib. 5.
c. 5. Res inqͣt subtilissimas nō pōt aliqñ itel
lectus apprehendē: qꝛ excedūt eū. Et sic pꝫ re
sponsio ad argumētū in oppositū. Cui argu-
mento egregie rñdet dñs Bona. i. 3. di. 23. ar.
j. q. 4. in solu. vlti. argu. vbi dicit ad argumē
tū: vꝫ ꝙ ꝗ̄to scia ē certior tāto ē nobilior ꝛc̄.
Dicendū ē ꝙ istd non hꝫ veritatez. Nā scia
fidei seu diuina ē certior scia metha. Et ꝗ̄uis
appareat oppositū. hoc est pp defectū ex pte
intelligentis. vñ illa q̄ sunt certissima: i se sim
plicit cognoscūt aliqñ dubia: ꝛ tñ illa cogni-
tio minus certa: magis ē nobilis ꝛ pfcā: qm̄
est de re nobiliori. melius est. n. vel modicum
qd de deo scire: ꝗ̄ oiuz celestiū siꝉ ꝛ terrestriū
certā notitiā hr̄e. h Bona. Ex predictis oib⁹
pꝫ exp̄sse rōne certificatōis: ꝙ cū scia fidei cer
tior sit oī alia scia. p ꝯñs ēt nobilior esse iudi
catur. ¶ Septimo ꝛ vltimo ēt ꝓbo rōne acq
sitiōis. s. melioris finis: ꝙ. s. fides sanctissima
supat nobilitatē oiuz sciaꝝ. Fundamentum
rōnis ponit pħs. 2. physi. ꝛ. 3. topi. di. Cuius fi
nis melior ipsum quoqꝫ melius. pꝫ h regula.
Nā cū melior sit sanitas aie: ꝗ̄ sanitas cor-
poris. seqꝉ ꝙ melius fuit ꝯsiliū quo aia sana
ta est: ꝗ̄ ꝯsiliū vꝉ medicina: quo mediāte cor
pus recipit sanitatē. Quo p̄supposito: certū ē
ſm pħm. 2. metha. ꝙ sciaꝝ quedā sūt specula
tiue: quedā practice: sed finis scie speculatiue
est veritas. finis vero practice ē actio: seu op⁹
Sciaꝝ aūt speculatiuaꝝ nobilitas attenditꝉ
penes nobilius obiectū ꝛ subiectuz: vel circa
certiorē modū ꝓcedendi: atqꝫ his duob⁹ mo
dis scia fidei: sicut est theologia excedit om̄es
alias scias: sicut supra dcm̄ ē. Practicaꝝ aūt
nobilitas ſm pħm. j. ethi. c. j. Attenditꝉ penes
nobiliorē ꝛ potentiorē finē: qꝛ quāto dignior
ꝛ potior est finis: alicuius artis practice: tāto
ipsa ars dignior est. His p̄missis finē cuius-
libet artis: ꝛ ēt fidei attendam⁹: vt videamus
qs sit melior. ꝛ p ꝯñs nobilior. Et certū ē ꝙ
artis cerdonū finis est reipub. de sotularibus
prouidere sutoꝝ de vestibus: barbitonsoꝝ de
tonsura: mercatoꝝ de mercib⁹: medicoruꝫ de
corpoꝝ sanitate: armigeroꝝ finis est a latro-
nibus rapinis ꝛ ab hostib⁹ ciuitatē defensare
Finis deniqꝫ pncipū ac oiuz legū ciuiliū est
in pace tpali ꝯseruare statū suū. sed certe hec
oia ad solū corpus ptinēt ꝛ referuntꝉ. Sꝫ tu o
sanctissima fides qs est finis tu⁹? Certe cla-
mans rñdeo. vita eterna: felicitas ppetua: et
beatitudo sempiterna. dicēte Jo. Qui credit
in filiū hꝫ vitā eternā. Et Mar. vlti. dꝛ. Qui
crediderit ꝛ baptizatus fuerit saluabitꝉ. Sꝫ cū
eterna vita sit p se melior finis: oī fine totius
artis practice. seqꝉ ꝙ fides nobilior est omni
scia tā speculatiua ꝗ̄ p̄ctica. ¶ Tertio postre-
mo ꝓbo duab⁹ distictiōib⁹ ꝙ fides scissima ē
ꝛ nobilior ꝛ excellētior oib⁹ alijs scijs. Pria
distinctio est Tho. 2. 2. q. 4. ar. 8. i corpe. q. di.
Cū qͥritꝉ an fides sit certior. ꝛ p ꝯñs nobilior
oib⁹ alijs scijs. Rñdeo ꝙ virtutū intellectua
lium due sunt circa contingentia. s. prudentia
ꝛ ars: quibus prefertur fides in certitudine
ratione sue materie: quia est de eternis: que
non contingit aliter se habere. Tres autem
relique intellectuales virtutes. scilicet sapi-
entia: scientia: ꝛ intellectus: sunt de neces-
sarijs vt supra dictum est. Sed sciendum

est ꝙ sapientia:scientia:ꝛ intellectus duplicit dicũtur. Vno mõ ƀƺ ꝙ ponũtur virtutes intellectuales a pħo in.6.Ethicoꝝ.Alio modo ƀm ꝙ ponũtur dona spũssctĩ.Esa.xi.c.Prio ergo mõ dicendũ est:ꝙ certitudo põt ꝯsiderari dupl'r. Vno mõ ex causa certitudinis:et sic dr̃ esse certius illud qꝺ̇ habet certiorẽ causam:ꝛ hoc mõ fides est certioꝛ trib⁹ predictis quia fides innitit̃ diuine virtuti.Tria autem predicta innitũtur rationi humane.Alio mõ potest considerari certitudo ex pte subiecti: et sic dr̃ esse certius qꝺ̇ plenius cõsequit̃ intellect⁹ hois:ꝛ per hũc modũ: quia ea que sunt fidei sunt supra intellectũ hois:non autẽ ea q̃ subsunt trib⁹ p̃dictis:ideo ex hac pte fides est minus certa.Sƺ qꝛ vnũquodqƺ iudicat̃ simpliciter ƀm causam suã.Scꝺ̇m autẽ dispositionẽ que est ex pte subiecti iudicat̃ ƀm quid inde est ꝙ fides est simpl'r certioꝛ. Sed alia sunt certioꝛa ƀm quid.s.quo ad nos.Similit̃ si accipiant̃ predicta tria ƀm ꝙ sunt:sunt que dã dona pñtis vite que opant̃ ad fideƺ: sicut ad principiũ qꝺ̇ presupponit ipsa fides. vnde etiã ƀm hoc. fides est oĩbus scientijs certioꝛ ꝛ p consequẽs nobilioꝛ.hec Tho. Aliã distinctionẽ.vƺ.scꝺ̇am ponit Bona. in.3.di.23. ar.p̃mo.q.4.dicens. Cũ querit̃ an fides sit certioꝛ q̃ȝ scia. Rñdeo dicẽdo ꝙ cũ ꝯpam⁹ certitudinẽ fidei ad certitudinẽ scientie:põt intelligi dupliciter.Nam vno mõ:scientia põt dici apta ꝛ certa visio dei in patria: ꝛ hoc modo nõ est qꝺ̇:nec dubiũ:quin scientia isto mõ precellat in certitudine ipsam fidẽ: sicut gloria precellit grãm:ꝛ status patrie statum vie Alio modo dr̃ sciẽtia cognitio:quã quis habet in via:ꝛ ista potest esse duplex. Aut respectu illoꝝ respectu quoꝝ est fides. Aut respectu alioꝝ cogniscibiliũ. Si respectu illoꝛuƺ respectu quoꝝ est fides:sic simpliciter loquẽdo certioꝛ est fides q̃ȝ scia. Vñ si aliqs pħoꝝ cognoscit aliquẽ astrologoꝝ rõcinatiue:utpote deũ esse creatorẽ:vel deũ esse remuneratoreƺ nunq̃ȝ ita certitudinaliter cognouit per suam scientiã sicut cognoscit vnus fidelis p suaƺ fidem.Si autẽ loq̃mur de sapiẽtia ƀm ꝙ ẽ cognitio aliaꝝ cognitionũ:sic quodãmodo certioꝛ est fides q̃ȝ scia:ꝛ quodãmodo ecõtrario Est eni certitudo speculationis: ꝛ ẽ certitudo adhesiõis: ꝛ pꝛia qdẽ respicit intellectũ. Secũda vero respicit affectũ ipm.Si loq̃mur de certitudine adhesionis: sic maioꝛ est certitudo in ipsa fide:quã in hitu alicui⁹ sciẽtie:p eo ꝙ vera fides magis facit adherere ipm credentẽ veritati credite:q̃ȝ aliqua scia alicui rei scire. Videmus eni veros fideles:nec p argumenta:nec p toꝛmenta:nec p moꝛtẽ: nec per blandimenta inclinari posse: ut veritatẽ quã credunt saltẽ oꝛetenus negent. Qꝺ̇ nemo sciens sane mentis faceret: p aliquo qꝺ̇ cognoscit nisi inq̃ȝtum doctrina fidei dictat nõ esse mentiẽdũ. Stultus etiã esset geometer : qui p q̃ȝtũcumqƺ certa cõclusione geometrie auderet subire moꝛtẽ. Vnde verus fidelis etiã si sciret totã sciam pħicam: mallet totã illaƺ sciam pdere:q̃ȝ vnũ solũ articulũ ignoꝛare:qꝛ adheret veritati credite. De certitudine igit̃ adhesionis veꝝ est fidẽ esse certiorẽ scia pħica:ꝛ hec certitudo respicit veritatẽ ꝛ doctrinã ƀm pietatẽ.Si aũt loq̃mur de certitudie speculationis:q̃ quidẽ respicit ipm intellectũ: et nudã veritatẽ: sic concedi potest: ꝙ est maioꝛ certitudo in aliqua scia q̃ȝ in fide:p eo ꝙ aliquis potest aliqd p sciam ita certitudinaliter agnoscere:ꝙ nullo modo põt de eo dubitare nec aliquo mõ discredere:nec in coꝛde suo vllo mõ ꝯdicere:sicut pƺ in cognitiõe dignitatũ primoꝝ p̃ncipioꝝ.hec Bona. Aliã distinctionẽ ponit Alexã.de ales in p̃ma pte sũme q.j.ar.2.di.Cũ q̃rit̃ an sacra scriptura p quaƺ fidẽ hẽt̃:sit vna aliaꝝ sciaꝝ simplicit:an sit nobilioꝛ illis. Rñdeo: ꝙ fides seu doctrina sac̃ dr̃ diuina.ꝛ ẽ nobilioꝛ ceteris.ꝙ triplicit̃ apparet:qꝛ est simpliciter a deo. qꝛ ẽ de deo: et qꝛ est pductiua ad deũ.Et p̃io puenit a deo qꝺ̇ ꝛ ꝯuenit alijs scijs: sicut eni dr̃ Ecclesi.j. Ois sapia:a dño deo est. Sed tñ nõ ꝯuenit hoc mõ scripture sacre.Est eni veꝝ ut veꝝ:et est veꝝ ut bonũ:vtrũq̃ȝ ẽ a spũ scõ.Sƺ cũ accipit̃ veꝝ ut bonũ:illud bonũ: aut ẽ ut bonuƺ moꝛale:aut ut bonũ gratuitũ.Si gratuitũ sic est assimilatio ad spm̃ scm̃ q ẽ bonitas. Et iõ hmõi acceptio ẽ a spũ scõ p modũ ipsi⁹. hinc est ꝙ antonomatice dr̃: hec doctrina edita a spũ scõ. In alijs vero scijs speculatiuis ẽ acceptio veri ut veri: ꝛ boni ut veri. In p̃cticis aũt moꝛalib⁹:ꝛ si sit acceptio boni ut boni: ñ tñ ut boni gratuiti:sƺ moꝛalis.Quia igit̃ simplicit̃ alie scie hñt̃ p inuestigationẽ hũanã: h vero simplicit̃ p infusionẽ ꝛ reuelationẽ diuinã.ut dr̃.2.Ethi.3.c.Hinc ẽ ꝙ hec ẽ nobilioꝛ illis.¶Scꝺ̇o etiã ista scia dr̃ eẽ de deo ꝛ nõ sicut alie scie:veluti pꝛia pħia: qꝛ nõ agũt de

deo ƀm misteriũ trinitatis: vel ƀm sacrm̃ humane repatiõis. ¶ Tertio insup est pductiua ad deũ p pncipia amoris ꝛ timoris. Qḋ nõ pducit alicui ex alijs sciẽtijs. Et iõ Jo. 20. c. dr̃. Hec eni scripta sunt ut credatis: qꝛ xp̃s ẽ filiꝰ dei: ꝛ ut credẽtes vitã eternã hẽatis. ꝛ alibi de hac scia dr̃. Nosce te ꝯsũmata iusticia est: ꝛ scire iusticiã tuã ꝛ veritatẽ: radix ẽ imortalitatꝭ. Et Aug. 5 li. ꝯfes. ait. Infelix hõ est q oia alia scit: te vero nescit: btũs aũt q te scit: ẽt si cetera nesciat: q vero ꝛ te ꝛ illa nouit. nõ ꝑpter illa beatioꝛ: sꝫ ꝑpter te solũ btũs erit. hec ille. Propterea Hiero. dic̃. Discamꝰ i terris ea: quoꝝ scia in eternũ pseueret i celis. h Alexan. q̃si verbaliter. Ex p̃dictꝭ igit̃ tribꝰ distinctiõibꝰ pꝫ: q̃liter scissima fides ẽ nobilioꝛ: ꝛ excellẽtioꝛ ceterꝭ oĩbꝰ alijs sciẽtijs. ¶ Qr̃to deniqꝫ ꝓbo effectibꝰ. ꝙ. s. fides seu scia fidei: realit̃ supat in dignitate oẽm aliã sciaꝫ. Sic̃ enim hẽt̃ libro de causis. ꝛ expientia hoc idẽ demõstrat: claꝝ ẽ ꝙ ex effectibꝰ cõiter cãs cognoscimꝰ: ꝛ vbicũqꝫ effectꝰ sunt fortiores vel nobiliores: arguũt ẽt suas cãs fore nobiliores ꝛ fortiores. Ex duplici igit̃ effectu pꝫ: fidẽ seu sciaꝫ fidei ceteris scijs eẽ nobiliorẽ. Et prio ex effectu adhesiõis. Secũdo ex effectu pductionis ¶ Et p̃mo ex effectu adhesiõis. nã fides facit magis adherere suũ subiectũ ꝓp̃o obiecto q̃ꝫ aliq̃ alia scia. Qḋ pꝫ: qꝛ nullꝰ ꝑ ista ꝯclusione scia vel demrãtione. vꝫ. Triangulꝰ hꝫ tres angulos. vel ꝑ ista: oẽ totũ maiꝰ ẽ sua pte. vellet se morti exponẽ. Ecõtra vero ꝑ hac ꝯclusiõe fidei: seu argumẽto xp̃s mortuꝰ ẽ: seu crucifixus: ꝛ innũerabiles posuer̃t ꝛ mille ponerent vitã. Sic̃ facẽ voluit btũs pr̃ nr̃ Frãciscꝰ q cristẽs vltra ptes marinas a ñ soldanũ: voluit igredi copiosum ignẽ ꝑ xp̃i fide: si credẽ vellet in xp̃m. Qḋ tñ facer̃ noluer̃t ifideles soldani seu machometi: q reputabãt̃ sanctiores ƀꝫ eorũ legẽ. h' claruit in ifinitꝭ martyribꝰ. Ex quo igit̃ scia fidei seu fides facit fortiꝰ adherẽ suo obiecto: q̃ꝫ cetere oẽs alie scie: ꝯcludit̃ necessario ꝙ fides ẽ certioꝛ: nobilioꝛ: ꝛ excellẽtioꝛ: oibꝰ alijs sciẽtijs. ¶ Scḋo hoc idẽ pꝫ ex effectu pductiõis seu superatiõis. Nã fides ꝑducit ad deũ: qḋ nõ facit aliq̃ alia scia: ꝛ per consequẽs nobilioꝛ ẽ: ꝛ vltra hoc potẽtioꝛ ẽ fortioꝛ ꝛ efficatioꝛ: ad superãdũ ꝛ ꝯuincẽdũ oẽs alias scias q̃ꝫ econuerso. Qḋ bñ claruit in btã virgine Katherina Costi regis filia: q̃ cũ eẽt corã Marẽtio iperatore in alexãdria: ꝛ ibidẽ adeẽnt. 50. viri seu ph̃i doctissimi: q ex iperio Marẽtij aduenerãt: ut disputarẽt cũ ea. fauente diuina grã cũ virtute scie infuse: seu sacratissime fidei. Ipsa virgo scissima oẽs deuicit ꝛ superauit: adeo ꝙ fidei scissime se subiecerũt: ꝛ ꝑ eadẽ xp̃i fide oẽs. 50. martiriũ per ignẽ susceper̃t: qḋ neq̃q̃ꝫ fecissẽt: nisi fides seu scia fidei: oi coꝝ scia ꝛ sapia: nobilioꝛ: potẽtioꝛ atqꝫ efficatioꝛ extitisset. O igit̃ fides amabilis. o fides incorruptibilis. o fides sup oia desiderabilis: q̃ꝫta est dignitas ꝛ excellẽtia tua Tu eni sicut manifestãt auctoritates. Declarant rõnes: ꝓbãt distinctiões: ꝛ ꝯcludũt effectus. certe p̃cellis in dignitate: efficacia: atqꝫ excellẽtia. oẽm simul sciaꝫ. vꝫ sciaꝫ grãmatice sciaꝫ rethorice: sciam logice: sciaꝫ arithmetrice: ꝛ geometrie: sciaꝫ iuris ciuilis: ꝛ canonici: ꝛ postremo sciaꝫ ipsiꝰ astrologie: totiusqꝫ nãlis ph̃ie. Ex p̃dictis igit̃ oibꝰ pꝫ sexta nobilitas de qnta excellentia sacratissime fidei: que dr̃ nobilitas superatiua. Quã fidei virtuteꝫ ꝛ nobilitateꝫ: nobis ꝯcedẽ dignet̃ auctoꝛ ois sapie deꝰ: ꝛ largitoꝛ ipsiꝰ fidei dñs nr̃ Ihs xp̃s q cũ pr̃e ꝛ sp̃ũ scõ: viuit ꝛ regnat deꝰ ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria scḋa post scḋam dñicã q̃dragesime Iteꝝ de qnta excellentia. vꝫ de nobilitate ipsius sacratissime fidei.

i

N peccato vr̃o moriemini. Scribũt̃ hec verba Jo. 8. c. ꝛ in euãgelio occurrẽtꝭ ferie. post sacri euãgelij lrãlẽ ꝛ sp̃ũalem expositionẽ dilectissimi ciues. Ex quo ut claruit in sermõe p̃cedẽti: hũistis declarationem sexte nobilitatis de qnta excellẽtia sacratissime fidei: q̃ dicta fuit nobilitas supatiua: in qua mõstratũ fuit q̃lit̃ ipsa fides bñdicta supat oẽm sciaꝫ acq̃sitã in dignitate ꝛ excellẽtia: hẽo vobis p̃nti die singularit̃ declarare septimã ipsiꝰ sacratissime fidei nobilitatẽ: q̃ vtiqꝫ erit valde vtilis salutifera: atqꝫ gratiosa: cuius nobilitatis declaratio talis erit.

¶ De septima nobilitate sanctissime fidei: q̃ dicit̃ nobilitas adoratiua.

s

Eptima igit̃ nobilitas sacratissime fidei in ordine declarãda: dr̃ nobilitas adoratiua. Vltra eniꝫ sup̃dictas no-

bilitates: fides sciſſima hoc ẽt ꝑuilegio singu lariter gaudet: qm̃ facit deũ ⁊ creatorẽ noſtꝝ ꝑut oĩs rõ ꝑsuadet veraciter adorare. Q̃m igit̃ repit̃ magna ꝑsonaꝝ multitudo: q̃ in hu militate diuini cult⁹ dedignat̃ se velle exercere: qḋ vtiq3 accidit: vel ꝑpter carnalẽ voluptatẽ: vel ꝑpter mundanã cupiditatẽ: vel ꝑpter craſſam ⁊ malitioſam ignorantiã: arrogãtiã: atq3 ſupbiã: q̃ generalia pctã ad hãc reproba tã cecitatẽ hoĩem rõnalẽ inducũt: ut sui oblitus creatoris mĩme cõueniẽs ei videat̃ se diuine maieſtati velle subiugare: ut a tali maligna ꝑuersitate hẽant se retrahere: ⁊ ad diuinũ cultũ se veraciter ꝯuertere: ꝑcipue cu3 lex nr̃a ceteris verацior sit: ⁊ forti⁹ obliget vnum quẽq3 xp̃ianu3. Decreui ꝑpterea de diuino cultu: seu de diuina adoratiõe ꝑdicare: q2 mihi vr̃ marie neceſſariũ. mũdo ⁊ fidelibus xp̃i publicare. qualr̃ vnuſqſq3 dẽat ⁊ deũ colere: ⁊ creatorẽ suũ adorare. Qḋ ut clari⁹ quisq3 itelligat: circa diuinũ cultũ ⁊ diuinã adorationẽ septẽ contemplationes annotabimus.

¶ Prima dr̃ cõtemplatio Specificationis.
¶ Scd̃a dr̃ cõtemplatio Diffinitionis.
¶ Tertia dr̃ cõtemplatio Obligationis.
¶ Quarta dr̃ cõtemplatio Modificationis.
¶ Quinta dr̃ cõtemplatio Locationis.
¶ Sexta dr̃ cõtemplatio Aſſociationis.
¶ Septima dr̃ cõtemplatio Oppositionis.

¶ De septẽ cõtemplationib⁹ diuini cult⁹: seu diuine adoratiõis. ⁊ primo de prima que dicitur cõtemplatio Specificationis.

p Rima igit̃ cõtẽplatio de diuino cultu: seu de adoratiõe ad deũ facienda: dr̃ Specificatiõis. Pro cui⁹ ꝯtẽplationis declaratiõe occurrit mihi sñia b̃ti thome dicẽtis sup illa verba phi. 2. Meth. Scit̃. n. cõtingit donec venit̃ ad spẽm spãliſſimã. Intellect⁹ inqt nõ ꝑficit̃ simplr̃ de cognitiõe obiecti in gnẽ ⁊ in vli. s3 o3 q2 ꝑficiat̃ de cognitione i spẽ ⁊ in ꝑticulari. Que sñia exemplis declarat̃. Nã posito q2 Petr⁹ sit remotiſſim⁹ a potẽtia visiua. certũ ẽ q2 intellect⁹ cũ simplicit̃ cognoscit: ut ens qõdã in gnẽ: ⁊ iõ cũ ñ discernat qd est petr⁹ in spẽ: nõ delectat̃: nec ꝑficit̃: sed magis ꝯtriſtat̃. Et ẽ in motu ad sciendũ. q vtiq3 ẽ q̃dã ꝑuatio qetis. Si ãt ex approximatiõe intellect⁹ cognoscit Petꝝ in spẽ: tunc summe gaudet: ꝑficit̃ ⁊ delectat̃. Silr̃ ut tradũt theologi in. 4. di. 49. Cognitio b̃titudinis inq̃tũ est q̃dã stat⁹. ut dicit Boeti⁹ pro sa. 2. 3. li. Omium bonoꝝ aggregatiõe ꝑfectus: nõ ꝑficit simplr̃ intellectũ: q̃nimo neceſſe est ad salutẽ: ut talis b̃titudo cognoscat̃ in specie ꝑut. s. simplr̃ in diua visiõe ꝯsistit: ⁊ nõ i aliq̃ alia re. Quib⁹ declarat̃: cũ triplex poſſit ẽẽ honor siue adoratio. v3. dulie. Ypdulie atq3 latrie: videndũ est quo honore: seu adoratione dẽat in spẽ de⁹ coli. An adoratione dulie. An ypdulie. An latrie: nẽ ꝑpter hoc intellect⁹ deũ adoret in gnẽ: ⁊ in vli: sed silr̃ ut debitũ est in specie: ⁊ in ꝑticulari. Accipe tñ p̃rio qd est dulia: qd ypdulia: qdue latria. Dulia ut tradunt theologi in. 3. di. 9. Est quidã honor: q simpliciter exhibet̃ rationali creature: ex ꝑticipatione alicuius diuini doni. Ypdulia aũt que est super duliam: est quidã honor qui exhibetur creature rationali excellẽti: propter maiorem affinitatem ⁊ cõionem ad deum. Latria vero ut dicũt theologi vbi s̃. Est quida3 honor excellentiſſimus soli deo debitus. ⁊ nulli cõmunicabilis creature. Declaratio igit̃ iſtarũ triũ diffinitionũ ponet̃ succeſſiue inferius in suis locis. Hijs premiſſis cõclusionaliter dico ⁊ diffinitiue: q2 solus honor latrie: qui est excellentiſſimus sup honorẽ dulie ⁊ ypdulie: debet deo simpliciter exhiberi. Et q2 deus ut veraciter adoret̃: debeat adorari latria: ⁊ non dulia: vel ypdulia. tripliciter probo. Primo auctoritatibus. Secũdo rationib⁹. Tertio exẽplis. ¶ Primo probo auctoritatib⁹. Nā3 glo. super verba Matth. 4. Dñm deum tuũ adorabis ⁊c. ait. Latria est honor ⁊ cultus soli deo debitus: super duliã ⁊ ypduliam: propter summã eius excellentiã. Et August. ibidem dicit. Latria est quedã seruitus interior ⁊ exterior excellentiſſima: soli deo debita: ⁊ incõmunicabilis omni creature. Ex quib⁹ auctoritatibus patet: qualiter deus a rationali creatura: solo honore latrie adorari debet

¶ Secundo hoc idem probo triplici ratione. Primo ratione Superationis. Secundo ratione Argumentationis. Tertio ratione. Juſtificationis. ¶ Primo probo ratione superationis. q2 deus simpliciter debet honorari honore excellentiſſimo latrie: super omnẽ rationalẽ creaturam. Fundamentũ rationis ponit phus quarto Ethicorũ. di. Honor est exhibitio reuerentie in teſtimoniũ alicui⁹ virtutis. Patet hec regula. Nam videmus per experientiã: q2 si aliquis est virtuoſus bonus ⁊ sapiens: cõmuniter honoratur: et reueretur

Quo p̄suppoſito certū eſt ſm phm.5.Thop.
ꝙ ſi ſimplr aliqd ē:ſimplr etiā intelligit:ꝛ di
ligit:ſi aūt eſt magis ergo magis: ſi āt ē ma
xime ergo maxie. Qđ pꝫ.nā ſi vicario epi:q
ſimplr habꝫ illā dignitatē debet honor:ergo
epo debet maior honor: cū ſit maioris auct͡
ergo pape debet maximꝰ honor: cū ſit maxie
auctis. Quibꝰ ꝯceſſis certū eſt: ꝙ in deo ſolo
eſt maxima:virtus.bonitas: ſumma potētia:
infinita ſapientia:optimaqꝫ iuſticia:clemētia
ꝛ miſericordia: ſuper omnes creaturas:tam
rationales:qua intellectuales ꝛ angelicas: er
go ꝑ conſequēs ei debet maior honor:ꝛ reue
rentia exhiberi:ꝙ̄ ſimul ceteris oibus ſanct͡
ꝛ rōnabilibꝰ creaturis ꝙ̄tūcūqꝫ bonis ꝛ vir-
tuoſis. Et ꝙ in deo ſolo ſit optima bonitas
ꝛ nō in aliqua alia creatura:ꝛ per cōſequens
optimꝰ ꝛ excellētiſſimꝰ debeat ei honor: audi
Platonē in thimeo dicentē. Deus inqt eſt
ſummū bonū ſuꝑ omnē ſubſtantiā: omnēqꝫ
naturā:cui cūcta expediūt cum ſit plene ꝑfe-
ctionis:ꝛ nullius ſocietatis dignus. Et idem
ait. Solus deus eſt infinitus: nō ſolum loci
excluſione:ſed etiā vite ꝓprietate:ꝛ nature oi
moda dignitate ꝛ bonitate.phs etiā.2. Me-
tha.dicit. Deꝰ eſt principiū nobiliſſimū opti-
mū ꝛ ꝑfectiſſimū. Et p̄mo Metha.dic. Nūc
ſolus deꝰ habet honorē:ſiue ſapiētiā: ſiue me
thaphiſicā. Et idē in ꝓlogo methaphiſice ait
Scientia maxime diuina: eſt maxime hono
randa:ꝛ quā maxime deꝰ habꝫ dea eſt ſciaꝝ
Oēs enim alie ſcie magis neceſſarie ſunt ea:
dignior vero nulla.hec ibi. Et auctor in li.de
cauſis dicit. Cā p̄ma eſt optima ſuꝑ omnes
res creatas:nec eſt magis diues ipſa. Diſtin
ctionē autē ꝙ deꝰ ſimpliciter ſit qđdā bonuꝫ
optimū:ꝛ non inueniat alia aliqua bonitas
optima in quauis creatura:ponit Bonauen.
in ſcđo.di.3.pte.2.ar.1.q.1.in cor.q.d. Optimū
poteſt capi quadruplr. Aut ꝯꝑabiliter. Aut ꝑ
fectionabilit. Aut finaliter. Aut ſimpliciter.
¶ Primo mō pōt intelligi adeſſe optimum
ꝯꝑabiliter:ſeu in cōꝑatione ad totū vniuer-
ſum. Et ſic vnūquodqꝫ creatū dr̄ eſſe bonuꝫ
optimū: nā aliquod ꝑuū dr̄ eē optimū reſpe
ctu maximi:qꝛ maximū accipit decorē a ꝑuo
Sicut etiā lapis dr̄ eſſe optimū in ꝯꝑatione
ad aiam ſenſitiuā:qꝛ ex tali diuerſitate appa
ret bonū optimū in oibꝰ. Et quelibet res ſic
cōꝑata eſt optima. Silr albū dr̄ eſſe qđ opti-
mū in comꝑatione nigri:ꝛ ecōuerſo:qꝛ oppo
ſita iuxta ſe poſita magis eluceſcūt. Ut dicit
phs p̄mo Elencoꝝ.ꝛ p̄mo rethorice ſue. Si-
militer q̄libet creatura dicit eſſe optima inꝙ̄
tum deducit ad cognitionē creatoris. Nā in
uiſibilia dei.ut dicit ad Roma.p̄mo. Per ea
que facta ſunt a creatura intellecta cōſpiciun
tur:ꝛ inſuꝑ quelibꝫ creatura etiā minima dr̄
eſſe optima inꝙ̄tū ꝓcedit ſimpliciter ab opti
ma cauſa:dicente Dio.libro de di.no. Opti
mi eſt enim ſemꝑ optima adducere. Et rō eſt
quia ſi a ſumme calido nō egredit niſi ſum-
me calidū:ꝛ a ſumme frigido niſi ſumme fri
gidū:ꝛ a ſumme dulci ꝛ amaro: niſi ſumme
dulce ꝛ ſumme amarū.ergo a ſimili ab opti
mo bono:ſeu ab optima cauſa:nō pōt egre-
di:niſi optimū bonū ſeu optimus effectꝰ. Cū
igit omnes creature etiā viliſſime ab optima
cauſa que dicta eſt ꝓceſſerint:clarū eſt ꝙ ne-
ceſſario omnes creature optime ſunt. ꝓpter
hoc dr̄ Gen̄.p̄mo. Uidit deus cūcta que fe
cerat:ꝛ erāt valde bona. Et phs p̄mo de celo
ꝛ mūdo ait. Totū vniuerſum neceſſe eſt eſſe
optimū. Et libro.xi.de aialibꝰ. Nullū inquit
ens nāle quātūlibet minimū natū eſt ocioſe.
Unde in oibꝰ minimis eſt quoddā optimū
ꝛ diuinū. ¶ Secūdo modo pōt dici aliqd op
timū ꝑfectionabiliter. Naꝫ optimū ꝛ ꝑfectū
ut dr̄.5. Meth.eſt illud ſimpliciter cui nō eſt
additio.hoc mō ſolus deus dr̄ ſimpliciter eē
optimus:ꝛ nō aliqua creatura: qm̄ nulla eſt
creatura cui nō deficiat additio bonitatis:la
pis igit hoc modo non dicit eſſe optimus:qꝛ
melior eſt planta arboris: eo qꝛ lapis habet
ſimpliciter eſſe.planta vero habet eē ſicut la-
pis:ꝛ vltra hoc habet etiā vitā:ſeu aiam ve-
getatiuā. Itē planta hoc modo nō eſt optie
bona:quia formica melior eſt oi planta arbo
ris ꝙ̄tūcūqꝫ nobiliſſima. qꝛ formica hꝫ eſſe
ꝛ viuere ſicut planta:ꝛ vltra hoc habet ſenti-
re:ſeu aiaꝫ ſenſitiuā. Formica inſuꝑ hoc mo
do nō dicet optima:nec etiā aliqđ aliud ani-
mal ꝙ̄tūcumqꝫ nobile ſimplr habēs animā
ſenſitiuā:quia ſolus hō melior eſt oi animali
ſenſitiuo.ꝓ eo ꝙ habet eſſe: viuere:ꝛ ſentire:
ꝛ vltra hoc habet rōnē: ſeu ratiocinari quod
nō habet aliqđ aliud aial. Item hō hoc mo-
do dicit eſſe quid optimū:quia angelus natu
raliter melior eſt oi homine: nō tm̄ ſm natu
ram que nō ſubicit corpori corruptibili ſicut
rōnalis aia:ſed inſuꝑ ſm vſum intellectus ꝓ
eo ꝙ homo ꝑcipue in p̄nti vita: accipit veri-

tatem de rebus successiue:ꝛ per discursuʒ ra
tionis.Angelus econtra capit veritates sine
aliquo discursu ꝛ successione. Taceo de gr̃a:
qm̃ quilibet hõ etiam si non ꝑ nãʒ tñ ꝑ gr̃aʒ
põt esse melioꝛ angelo. Insuꝑ hoc modo vir
go nõ põt dici q̃d optimũ:qm̃ aia xp̃i est me
lioꝛ ipsa in gr̃a ꝛ gl̃ia . Silr̃ aia xp̃i non põt
dici optima:qm̃ vt dicit Bonauentura in.3.
di.14.ar.j.q.2.Aia xp̃i non est capax vt com
p̃hendat totã virtuteʒ diuinitatis: ꝛ ex hoc
impfecta ẽ respectu dei.Oppositũ ẽ de ip so
deo: in quo cum nõ possit fieri additio alicu
ius bonitatis.concludit̃ ex hoc scd̃o mõ deũ
simplr̃ esse q̃d optimũ ꝛ pfectũ.¶Tertio de-
niqʒ mõ põt dici aliq̃d optimũ finaliter.i.re
spectu finis: qꝛ finis vt dicit ph̃us.2.physi.hʒ
rõnem optimi.Et.j.metha.dicit.Finis ẽ bo-
num vniuscuiusqʒ rei:ꝛ vlr̃ est optimuʒ in oi
nã. Ideo fructus qui est finis arboris dicit̃
esse q̃d optimũ.Hoc.3.mõ solus deus ẽ sim
pliciter optimũ bonũ: pro eo q̃ est finis oiuʒ
creaturaꝝ: inquãtum oẽs creaturas creauit
fine primario ad manifestandũ suã infinitaʒ
potentiã sapiam atqʒ clementiã: ꝓut tradũt
theologi in.2.di.j. Marie Bonauentura ibi
dem pte.2.ar.2. Et i.2.di.15.ar.2.q.j.di.q̃ ꝛ si
ad vsum hoiuʒ ꝛ ad coꝝ recreationeʒ seu ad
coꝝ adiumentũ diuersas creaturas creauit:
tñ primario fine eas creauit: ꝛ eas fouet pro
os̃sione gl̃ie sue: ꝓpter q̃d Salomon ꝓuer.
16.dicit. Vniuersa ꝓpter semetipsuʒ opat᷒ ẽ
de᷒:ꝛ ipse hõ ordinat̃ ad finẽ beatitudinis:q̃
nihil est aliud nisi ipse deus. ¶ Quarto mõ
põt dici aliq̃d optimũ simplr̃: ꝛ hoc mõ sol᷒
deus respectu optimi dicit̃ optimũ bonũ:cuʒ
simplr̃ non sit nec esse possit alius de᷒ p̃ter
ipsum. Si igit̃ vt clare ꝓbatũ est in solo deo
optima bonitas repit̃:ꝛ non in aliq̃ creatura
ergo ꝑ ꝯn̄s ei debet̃ optima adoꝛatio:q̃ con-
sistit in latria: ergo adoꝛatio latrie: ꝛ nõ du-
lie:vel hyꝑdulie:simplr̃ cõuenit deo: seu crea
toꝛi:ꝛ nõ alicui simplici creature.¶ Scd̃o ẽt
probo rõne argumẽtatiõis.q̃.s.honoꝛ latrie
ꝛ non dulie:vel hyꝑdulie:simplr̃ deo debet .
Fundamentũ rõnis ponit ph̃us.2.topico.di.
Si de quo minus videt̃ inesse:non inest:nec
de quo magis.pʒ h̃ regula.Nã si q̃s non te-
netur dare Petro.x.ducatos: a foꝛtioꝛi nec
mille dare tenet̃.Quo p̃suppositõ:certũ est
q̃ nulla bonitas est in creaturis quãtũcũqʒ
nobilibus simplr̃ sed ſm q̃d.Nã simplr̃ ois
bonitas est in solo deo. Nõ si sic est: ergo ꝑ
ꝯn̄s nulli simplici creature:ꝓut est angelis
virgini Marie:sanct:ꝛ aie xp̃i debet̃ honoꝛ
q̃ si honoꝛ debet̃ creature:i qua simplr̃ nulla
est bonitas:ergo debet̃ simplr̃ deo:in quo est
ois bonitas ꝛ non in aliqua creatura: ꝛ q̃ ꝑ
ꝯn̄s ei soli honoꝛ latrie debeat̃ pʒ. Nã Luc.
18.Mat.19.Et Mar.x.cũ q̃dã diceret Sal-
uatoꝛi.Magister bone ꝛc̃.statim saluatoꝛ q̃si
iniuriã dei audisset increpatiue dixit . Quid
me dicis bonũ:nemo bonus nisi solus deus
Nõ vt elicere potui a beato Tho.p̃ma parte
sũme.q.6.ar.3.q̃nqʒ modis intelligi põt.q̃.s.
nulla creatura in cõparatiõe dei bona ẽ ꝛc̃.
Primo essentialiter. Scd̃o vniuersaliter.
Tertio icoꝛꝛuptibiliter. Quarto ipeccabilr̃
Quinto finaliter. Primo solus de᷒ sim
pliciter dr̃ esse bonus essentialr̃:qꝛ eius boni
tas nõ descendit ab aliquo:ſʒ simplr̃ a seipso
Oppositũ est in creaturis:quaꝝ ois bonitas
ab ipso deo descendit. Exemplũ habemus i
sole:qui hʒ lucem eternalẽ a seipso ꝛ a nullo
dependẽtẽ nisi a deo imediate. Ecõtra vero
ois claritas lune atqʒ stellaꝝ depẽdet ab ip̃o
sole. Scd̃o deus solus dr̃ esse bonus vni-
uersaliter.Et rõ est:qꝛ vniuersaliter in se cõ-
tinet oẽs pfectiões ꝛ bonitates: ꝓpter quod
dixit deus Moysi Exo.33. Ostendam tibi
omne bonũ.Que vniuersalis bonitas i nul-
la repit̃ creatura etiã nobili. ¶ Tertio solus
deus dicit̃ esse bonus incoꝛꝛuptibilit̃: pro eo
q̃ deus oio incoꝛꝛuptibilis est: ꝛ a nullo põt
coꝛꝛumpi:cuʒ hẽat influentiã sue bonitatis a
seipso.Oppositũ vero est de ceteris oib᷒ crea
turis:que vtiqʒ ſm Greg.cito coꝛꝛũperent̃
ꝛ in nihilũ tenderent:si ꝑ momentũ tp̃is seu
instans influẽtia diuine bonitat᷑ ab eis sub-
traheret̃.¶ Quarto deus solus dr̃ esse bon᷒
impeccabiliter. Nã ꝛ si angeli oẽs seu cete-
re rõnales creature simplr̃ in se considerate:
aut peccauerũt:aut saltem in ptãte peccandi
fuissent:vel fuerint.solus tñ deus ab his duo
bus simplr̃ excludit̃:pro eo q̃ nũq̃ peccauit:
nec vnq̃ poterit nec potuit peccare.¶Quin
to deniqʒ modo solus deus dicit̃ bonus fina
liter. Nam cum simul omnes creature sint
create ꝛ ordinate ad diuine bonitatis finem
manifestande seu participande:pro eo q̃ ipse
est finis omniũ:tñ deus ipse non est ordina-
tus seu subiectus ad aliquam creaturaʒ. Si
igitur vt patet p̃dictis q̃nqʒ modis solus
p

creator bonus est ⁊ non aliqua alia creatura
concludit necessario: q soli deo debet honor
latrie: exquo latria p̄supponit simpliciter ali
quā bonitatē esse adorandā. ¶ Tertio insup
hoc idem ꝓbo rõne iustificatõis. Fundamē
tum rõnis ponit ph̄s.5.ethi.di. Iustitia ē ha
bitus cuilibet ad bñ viuendū opportunus: s3
quē nullus eligit cõtra aliquē male operari.
p3 h regula. Nam vt q̄sq3 sit iustus tenet oi
tpe nihil inferre ꝓximo quo ꝓximus dāni
ficetur: pro eo q aliter facere nequaq̄3 iustitia:
sed iniustitia foret. Quo presupposito: certu3
est q cultus latrie: seu adoratio: que est quid
excellentissimū: soli deo cõpetit ꝓpter suam
excellentiā: vt in p̄ma rõne monstratum est.
Qd si sic est: si adoratio latrie attribueret ali
cui simplici creature: vtiq3 fieret ꝯtra iustitiā
pro eo q vsurparet a deo illd qd sibi simpli
citer cõpetit. Sed cū agere ꝯtra iustitiā nul-
li liceat: ergo adoratõ latrie simpliciter ē deo
exhibēda: ꝓpter qd Isa. in p̄sona dei loquēs
c.41.dicit. Gl'iam meā alteri nõ dabo.s. ado
rationis latrie mihi debite. Ex predictis rõ
nibus p3: qualiter deus adorādus est simplr
cultu latrie: ⁊ non dulie vel hyperdulie. ¶ Ter-
tio deniq3 ꝓbo exemplis. q v3 solus deꝰ cul-
tu latrie d3 adorari. Primū exemplū habe
mus Apoc. vlti. de angelo. qui prohibuit ne
Ioānes ip̄m adoraret. Ibi eni sic dr̄. Cecidi
inquit Ioānes vt adorare3 ad pedes angeli
qui dixit mihi. Vide ne feceris: cõseruꝰ enim
tuus sum ⁊ fratrū tuoꝝ. tu vero deū adora.s.
adoratiõe latrie. hec ibi. Sup que verba q̄rit
Tho. in.3.di.9.ar.2.q.6. Et.2.2.q.84.ar.j.⁊ in
super dñs Bonauentura in.3.di.9.ar.j.q.5.
Cur angelus ꝓhibuit Ioāni ne ipsum odo-
raret: ⁊ pariter r̄ñdet q h fec̄ triplici respectu
Primo respectu oñsionis. Scd̄o respectu
manifestatiõis. Tertio respectu euitationis
¶ Primo ꝓhibuit respectu oñsionis. Nam
noluit adorari a Ioāne: ad oñdendū dignita
tem magnā ipsiꝰ Ioānis: q multis angelis
dignior excellentior ⁊ supior erat: ⁊ h vel sim
pliciter vel s̄m qd: vnde nūq̄3 superiora ado
rant inferiora: sed ecõuerso. ⁊ hoc ideo: q2 su-
periora hñt dignitatē excedentē respectu in-
ferioꝝ. ¶ Scd̄o etiā angelus ꝓhibuit se ado
rari a Ioāne respectu manifestatiõis. Quia
enim genus humanū exaltatū est in genere
per xp̄m supra nām angelicā: ꝓpter hoc no-
luit angelus adorari: vt ostēderet q̄3 magna
esset dei gl'ia in humana nā: ⁊ q̄3 maxime ex
altata erat humana nā p cõparationē ad ip̄3
deum. Quāuis aūt angeli in veteri testõ pa
terent se ab hoibus dulia adorari: sic habet
Iosue.5. In nouo tñ testõ post glorificationē
humane nature in xp̄o qua vident consedere
ad dexterā patris eterni non patiunt illā nā3
sibi subijci. ¶ Tertio deniq3 angelus ꝓhibuit
se a Ioāne adorari respectu euitatiõis: v3 cri
minis ⁊ erroris. Si enim angelus p̄misisset
se adorari: hoc poterat seu posset alicui eē oc-
casio idolatrie: q2 sub pretextu dulie occasio-
naliter forsitā latria exhiberet creature. Qd
vtiq3 facere nephas maximu3 esset. Et ideo
Paulus p̄me cor.8. ꝓhibet comedē i idolo:
q2 posset esse occasionali: vel in se: vel i alio.s.
veneratiõis idoli. ¶ Adde si vis ⁊ quartū re
spectū s̄m aliquos. Nam illa ꝓhibitio ado
rationis ideo facta fuit Ioāni ab angelo: qa
fuerat nimis excessiua: potuisset tñ tūc sicut ⁊
nunc adorari angelus simpliciter adoratiõe
dulie: quēadmodū ⁊ ceteri sancti adorantur.
Quo exemplo euidēter apparet: q deꝰ solus
est adorādus latria: exquo angelus ꝓhibuit
se adorari non tm̄ latria sed ⁊ dulia. ¶ Scd̄3
exemplū habemꝰ Mat.4.c. vbi legit: q cum
demon transfiguratus in similitudine hois
oñdiss3 xp̄o oia regna mundi ⁊ dixisset: h oia
tibi dabo si cadens adoraueris me. stati xp̄s
videns hoc esse iniquissimū ⁊ cõtra omnem
iustitiā: v3 q honor creatoris ipsi creature ex
hiberet: statim exprobratiue r̄ñdit di. Vade
retro sathana. scriptū est enim. dñm deū tuū
adorabis ⁊ illi soli seruies. Quo exēplo dat
intelligi: q exquo xp̄s noluit lucifeꝝ adorare
qui tñ s̄m dignitatē nature ip̄o xp̄o nobilior
erat: intellige de humana nā simpliciter et
nõ de diuina: dicente ꝓpha. Minuisti eum
paulominꝰ ab angelis ⁊c̄. A fortiori nec q̄sq3
alius sanctus adorari d3: non dico adoratõe
dulie sed simpliciter latrie. Si aūt quereret
an peccatū esset idolatrie: si cultus latrie exhi
beret demoni in forma Christi: aut virginis
transfigurato. R̄ñdit Bonauen. ibi.3.dist.9.
ar.j.q.6.ar.9. Et etiam Alex. de ales in.3. p̄te
sum.q.16.ar.9.di. q honor latrie põt exhiberi
aduersario xp̄i dupliciter: aut simpliciter: aut
sub ꝯditione. Si simpliciter: dico q non põt
esse sine peccato. Non offert eni cultus latrie
alteri q̄3 deo: ⁊ ideo est ibi peccatu3 idolatrie
nec excusat quisq̄3 rõne ignorantie. habet eni

triplex adiutorium ꝑpter qđ pōt hmōi erro
rem deuitare. Primū est adiutoriuȝ seu re
medium premonitōis sacre scripture: q̄ mul
totiens docet qualiter multi in noīe Christi
mendaciter vēturi sunt:seu qualiter angelus
tenebraꝝ sepius ī angelum lucis se transfigu
rat.prout habet.2.corin.xj.ꝛ Mat.24.dicitur
Multi.s.demones venient in nomine meo
dicentes: ego sum Christus. ¶ Scđm est ad
iutorium seu remediū orationis:qua debet ꝛ
tenetur homo ad deum recurrere vt cor eius
illuminet. Si enim aliquis oraret deū toto
corde vt reuelaretur ei veritas:deus non per
mitteret eum decipi. In hoc enim casu intel
ligitur illud Jo.15.Quicqd petieritis patrem
in nomine meo:vȝ ī nomine Jesu qui salus
interpretat:dabit vobis. Qui igitur nō orat
deum:non adhibet omnem diligentiaȝ quā
debet. Et ideo non excūsat. ¶ Tertium ē ad
iutorium seu remediū conditionis. Facilime
enim posset quisqȝ vitare periculū apponen
do.s.conditionem hoc modo. Adoro te si tu
es Christus. Si igitur aliquis aduersarium
Christi adorat:vterqȝ in idolatriaȝ incideret
nec ignorantia aliquo modo eum excusaret:
precipue cum vti posset tribus remedijs su-
pradictis.propter qđ.j.Jo.4.dicitur. Nolite
credere omni spiritui:sed ꝓbate spiritus si ex
deo sunt. Si autem quis adoraret sub con-
ditione:hoc potest esse dupliciter. Aut quia il
la conditio est apposita actualiter. Aut habi
tualiter. Si actualiter. Sic non adorat ipm
luciferꝝ:sed magis Christū:quia non stat ado
ratio nisi stante conditione: ꝛ ad eum infert
adoratio ad quē refertur adorationis implo
ratio. Si autem illa adoratio sit sub condi-
tione habituali:hoc modo non sufficit ad vi-
tādū peccatū idolatrie respectu h⁹ apparitio
nis:sufficit tñ respectu sacramēti altaris. Nā
talis transfiguratio est insolita ꝛ non precipi
tanter:sed cuȝ pura maturitate debet fieri ta
lis adoratio. Consecratio vero hostie est con
sueta: ideo sufficit ꝙ adorans habeat in habi
tu hanc conditionē.s.si cōsecratio debito mō
facta sit. Unde pauci vel nulli fideles ī ado-
ratione peccant:etiam si hostia non sit conse
crata:vel modo indebito cōsecrata: quia oēs
accidunt cum conditione ista. Si tamen ali
quando accideret casus ꝙ demon in forma
virginis vel crucifixi se ad adorandum tibi ꝑ
beret:consulo ꝙ imitaris exemplū cuiusdam
sancti patris:cui sicut legitur in vitis patrum
cum diabolus in specie Christi gloriosus ap
paruisset:vt vel sic eum adoraret latrie ado-
ratione:statim ille clausis oculis dixit deriso
rie se in hac vita Christum nolle videre nec
adorare:asserens se tali visione oīo indignuȝ
Qđ videns diabolus statim confusus eua-
nuit. Ex predictis igitur auctoritatibus rōni
bus atqȝ exemplis clarissime patet: qualiter
de⁹ solo cultu latrie nō dulie vel ẏꝑdulie ado
randus est:cum sit excellētissimus super oēs
creaturas in omni clementia:sapientia: iusti
tia:potentia:atqȝ bonitate. hic igitur quisqȝ
aduertere pōt:q̄ȝ grauiter peccent q diabolū
in diuersis maleficijs supstitiōibus facturis
atqȝ incantationibus adorant: ꝑpter h ei fi-
dem adhibendo: cuȝ tñ quisqȝ teneatur citi⁹
permittere mori omnes creaturas q̄ȝ eas ali
quo maleficio adiuuare. dicente Augustino
22.q.2.c. Faciat inquit homo pro temporali
salute hominū quicqd potest. cum autem ad
hoc ventum fuerit:vt tali saluti nisi peccando
consulere possit:iam se existimet nō amplius
habere quid faciat.hec ille. Grauissimū in-
super peccatū incurrunt: qꝛ magis prelatos
ecclesiasticos ꝛ tēporales dños venerant q̄ȝ
deum. A quo peccato ꝛ vituperio nos pre-
seruare dignetur deus ipe ꝛ dñs Jesus xp̄s
qui in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat bene-
dictus in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria tertia post dñicam.2.q̄dragesime.
Iterū de gnta excellentia:vȝ de nobilitate ip
sius sanctissime fidei.

q Ui se humili
at exaltabit. Scribunt h ver
ba Mat.23.ꝛ in euangelio
pn̄tis ferie. Post sacri euan
gelij lr̄alem ꝛ spūalē exposi-
tionem amātissimi ciues: ex
quo vt claruit in ꝑcedēti sermone declaraui
de diuino cultu ꝛ adoratōe ꝑmā ꝯtēplatiōeȝ
que dr̄ specificatōis. In q̄ mōstratuȝ fuit:qlr
honor latrie deo simplr debet:ꝛ nō dulie vel
ẏꝑdulie:hōo vobis ī pn̄ti sermōe spālr decla-
rare scđam ꝯtēplationē:de ipsa latria seu di
uina adoratōe:q̄ plurimum erit vobis grata
atqȝ salutifera. Cui⁹ scđe ꝯtēplatōis declara
tio talis erit.

¶ De scđa ꝯtēplatōe diuine adoratōis que
dicitur contemplatio diffinitionis.

(s) Ecunda igitur cōtēplatio de diuino cultu seu de adoratōe ad deū faciēda dr̄ diffinitōis. O n̄so.n. q̄l'r deus dꝫ simpl'r latria adorari. Vidēduꝫ ē ad p̄n̄s qd sit ipsa latria ſm suā eēntiā atqꝫ substantiā. Pro cuiꝰ ꝯtēplatōis clariori declaratōe tres solū diffinitōes de ip̄a latria ponemꝰ. Pria est Aug.io.de de ciui.dei.c.4.dicētis. Latria inquit grece nihil est aliud q̄ꝫ religio latine. Et ibidē dicit. ꝙ cultus deo debitus quattuor nominibꝰ vocat̄.s.duobꝰ apud grecos:⁊ duobus apud latinos. Apud grecos dr̄ latria et theusebia vel eusebia.i.cultus diuinus ⁊ cultus pius. Apud vero latinos latria vocatur religio: ⁊ pietas. Ita ꝙ hec duo noia correspondent illis duobꝰ: licet quodāmodo sint in plus: q̄ꝫ ad modū consuetū. Cum queritur igit̄ quid est latria: simpliciter absolute dico ꝙ idē est ꝙ religio. Quā religionē Tuliꝰ in prima rethorica que ars vetus dr̄ diffiniens ait. Religio inq̄t est que supiori cuidā nature quā diuinā vocāt: cultū cerimoniāqꝫ affert hec ibi. Extensa igit̄ hoc nomine religio. clarum est: ꝙ cōmuniter omnes illi dici possunt religiosi: qui deū colunt ꝑ cultum interiorem cordis: ⁊ per cerimonias exteriores sui corporis: specialiter tamē religiosi dicūtur: qui vitam suā totaꝫ deo dedicātes: a mūdanis negocijs se abstrahunt. Demonstrato igit̄ qualiter latria est simpliciter q̄dā religio seu cultus pius deo exhibitus: quoniā ut ait philosophus.4.Metha. Nomina imponūtur rebꝰ ſm eorū proprietatē ⁊ significationē. propter quod ⁊ nomē dicit̄ quasi notamē. Hinc ē ꝙ habemus videre quid significet iste terminꝰ religio. Et certū est ſm Isido.8. libro suaruꝫ ethimologiaꝝ. et etiā August.io. de ciui. dei. ꝙ latria ideo appellata est religio: quia ꝑ eā vni soli deo ⁊ creatori nostro religamus animas nostras ad cultum eius: cum vinculo seruiendi. Quadruplex igit̄ est religatio.

¶ Prima dicit̄ religatio Generalis.

¶ Secunda dicit̄ religatio Specialis.

¶ Tertia dicit̄ religatio Specialior.

Quarta dicit̄ religatio Specialissima.

Prima religatio qua per religionē aīe se religant ad diuinū cultū ⁊ diuinā seruituteꝫ dicit̄ generalis. Et talis religio seu cultus ꝙ est principiū omniū consequētiū: exhibet̄ deo generaliter in suo principio. vꝫ in sacramēto baptismi: in quo initiat̄ omnis xp̄iana religio. Quoniā in ꝑsona cuiuslibꝫ baptizādi cō pater spiritualis se religat deo ꝑ abrenūciationē omniū que possent esse in dei cōtumeliam. di. Abrenūtio sathane ⁊ omnibꝰ pompis eius. in q̄bus verbis ꝓmittit̄ triplex abrenūciatio: quoniā omnis pompa reducitur ad tria. Et p̄ma est renūciatio carnalis: que consistit in delectationibꝰ corporis. Secunda est renūciatio tempalis: que cōsistit in cupiditate ⁊ amore tempaliū bonoꝝ. Tertia est renūciatio spiritualis: q̄ consistit in supbo appetitu honoꝝ ⁊ dignitatū. Et quoniā post ꝓmissionē rerum honestarū: nulli licet contrafacere. idcirco post sacramentū baptismi nunq̄ꝫ licitū est vti aliquo triū p̄dictoꝝ. Proinde Joannes p̄me Jo.2. dicit. Nolite diligere mundū: neqꝫ ea que in mūdo sunt: quoniā omne q̄d in mūdo est: aut est ꝯcupiscētia carnis: aut est concupiscētia oculorū: aut est supbia vite. Et sic ex predictis patet p̄ma religatio generalis. Secūda religatio qua ꝑ religionē anime religātur ad diuinū cultū ⁊ diuinā seruitutē dicit̄ specialis. Et hec religio cōuenit specialiter peccatoribꝰ adultis: q̄ cum peccauerint seu deū offenderint in tribꝰ predictis que ꝓmiserāt in baptismo: denuo per ꝯsensum li.arbi. se religant deo: ⁊ hoc modo religio ſm August.io. de ciui. dei. dr̄. a religendo deū: quē quis ꝑ peccatū amiserat. Et in libro de vera religione dicit. Religet nos religio vni omnipotēti deo: a quo ꝑ culpam sepati fuimus. Vt autē talis religatio peccatoris sit vera ⁊ iusta tria includit. Primuꝫ est ꝙ doleat ꝑ contritionē cordis de peccato ꝯ deū ꝑpetrato. dicēte ꝓpheta. Sacrificium deo sp̄us cōtribulatus ⁊c̄. Scd̄m est ꝙ post dolorē culpe detestet̄ ⁊ contēnat i futurum ⁊ semp vsqꝫ ad mortē oēm amorē terrenoruꝫ bonoꝝ. dicēte Seneca. Nemo dignꝰ deo est nisi q̄ propter deuꝫ contēpserit opes. Et propheta dicit. Juraui ⁊ statui. cus. vi. iusticie tue.

¶ Tertiū est ut peccator simpl'r pctm̄ suū propter deū sacerdoti ꝯfiteat̄. dicēte Ambro. de pe. di.j.§. Alij ecōtra. Non pōt inq̄t iustificari quis a peccato nisi peccatū fuerit añ cōfessus. Et propheta dicit. Dixi cōfitebor iniusticiā meā dn̄o ⁊c̄. Adde si vis ⁊ q̄rtū post p̄dicta. debꝫ peccator vitā suam cōmittere deo ut eā dirigat semp in beneplacito volūtatis sue. Proinde Thobias.4.c. Ad hoc hortabatur filiū suū. di. Omni tp̄e benedic deū: ⁊ pe-

re ab eo ut vias tuas dirigat ⁊ omnia consi-
lia tua in ipso ꝑmaneant. hec ibi. Ex quo igi
tur peccator post peccatū sponte se deo mo-
dis predictis religauit: nunq̄ȝ licet ei postmo
dū a predictis se auertere. Quoniā ut dicitur
Luce. 9. Nemo mittens manum ad aratruȝ
Et aspi. re. ap. est regno dei. Ex p̄dict̄ etiā pȝ
scđa religatio spālis. ¶ Tertia religatio qua
per latriā. i. ꝑ religionē aīe se religāt ad diui-
nū cultū ⁊ diuinā seruitutē dr̄ spā'ioꝝ. Hāc
religationē obseruant q̄ in spālibus religio-
nibus se obligant per votū ꝓpter deū ad fa-
ciendū ea que sunt ꝑfectōis seu ꝑfectōis reli
gionis. Talis aūt religatio vt sit ꝑfecta tria
reqrit. Primo renūciationē actualē vel ha
bitualē oīuȝ tpalium bonoꝝ. dicēte saluatore
Mat. 19. c. Si vis ꝑfectus esse: vade ⁊ vende
oia q̄ hēs ⁊ da paupibus ⁊ veni sequere me.
Et Luc. 14. dicebat de necessitate talis abdi
cationis. Nisi qs renūciauerit oībus q̄ possi
det nō pōt meus esse discipulus. ¶ Scđo re
quirit̄ q̄ talis hēat ꝑfectā castitatē: ⁊ sui cor-
poris macerationē: dicente saluatore Lu. 12.
Sint lūbi vestri p̄cincti ⁊c̄. Et apl's ad Ro.
13. dicit talib⁹. Frēs induimini dn̄m Jesum
xp̄m: ⁊ carnis curam ne feceritis in desiderijs
vestris. Et ad Ro. 8. ait. Frēs debitores su-
mus: nō carni vt ꝟm carnē viuam⁹. Si eniȝ
ꝟm carnē vixeritis moriemini: si aūt spū fcā
carnis mortificaueritis viuetis. hec ibi. ¶ Ter
tio insuꝑ reqrit̄ q̄ talis hēat toto tꝑe vite sue
ꝑfectā subiectionē seu obedientiā p̄latis suis
propter deū in oībus abnegando ꝓp̄am vo
luntatē. dicente saluatore Mat. 16. Qui vult
venire post me abneget semetipsum. s. ꝑ ꝯtē-
tum ꝓp̄e voluntatis: ⁊ tollat crucē suā ⁊ seq̄t
me. Et apl's ad hebre. 13. ait. Filij obedite pre
positis vestris in oibus ⁊ subiacete eis. Qui
cūq̄ȝ igit̄ semel in predictis tribus se deo de-
uouerit seu religauerit: tenet̄ vsq̄ȝ ad morteȝ
predicta obseruare: ⁊ citius velle mori q̄ȝ ali-
qđ p̄dictoꝝ infringere. vn̄. 23. q. 8. c. conuenior
dr̄. Tanta dȝ esse fideliū ꝯstantia: vt potius
vita q̄ȝ fides auferat̄. Patet insuꝑ ex predict̄
tertia religatio spālioꝝ. ¶ Quarta deniq̄ȝ re-
ligatio: qua ꝑ latriā. i. ꝑ religioneȝ aīe se reli-
gāt ad diuinū cultū ⁊ diuinā seruitutē dicit̄
spālissima: hanc religationē obseruat fidelis
aīa: qn̄ egressa a corpore: sponte se obligat ad
colendū deū: non tpaliter sicut fit in precedē-
tibus: sed eternaliter ⁊ in ꝑpetuū. Talis autē
religio celestis ⁊ eternalis tria in se includit
Primo includit in se ꝑpetuū timorē. Naȝ
in eternū talis aīa deū colet timore reueren
tiali ⁊ filiali. de quo timore ꝓpha dic̄. Timor
dn̄i sanct⁹ ꝑmanet in seculuȝ scl'i. Et Moy.
Deutero. 28. ait. Timebis deū die ⁊ nocte in
sempiternū. ¶ Scđo includit in se ꝑpetuum
amorem siue ꝑpetuaȝ dilectionem. De quo
Eccle. 17. Omni tꝑe diligit qui amicus est. ⁊
Tulius dicit. Vere amicitie sempiterne sūt.
Et Isidorus lib. de sūmo bono. dicit. Vera
amicitia nulla vnq̄ȝ arte excluditur: nullo tꝑe
abolet̄: sed vbicūq̄ȝ tp̄s se vertit: semꝑ firma
est: semꝑ ꝑpetua: semꝑ stabilis ⁊ ꝑseuerās ē.
Et ideo Jere. 31. dicit̄. In caritate ꝑpetua di
lexi te. ¶ Tertio in se icludit ꝑpetuā ꝯforma
tionē. s. voluntatis sue cū ipso deo: ꝓpter qđ
propha dicit. Inclinaui cor meū ad faciēdas
iustificationes tuas in eternū ꝓpter retribu
tionē. s. eterne vite. Intellige non antecedent
sed ꝯn̄ter: ꝓpter que tria deus ipse se religa
bit ⁊ sponte se faciet obligatū ad ꝯformāduȝ
voluntatē suam cū voluntate tam fidelis aīe
attestante ꝓpha: q̄ ait. Voluntatē timentiuȝ
se faciet: ⁊ deprecationes coꝝ exaudiet: ⁊ sal-
uos faciet eos. Ex predictis oibus pȝ decla-
ratio p̄me diffinitionis de latria: in q̄ ꝯn̄sum
fuit qualr̄ latria essentialiter est idem q̄ reli-
gio quedā: qua religione aīe: vt pretractatuȝ
est. quadruplr̄ religant̄ ad diuinū cultū: ⁊ ad
diuinā seruitutē. ¶ Scđa insuꝑ diffinitio de
claranda de latria est glose suꝑ verba Mat.
4. Dn̄m deum tuum adorabis ⁊c̄. dicentis.
Latria est honor qdam excellentissimus soli
deo debitus: ⁊ nulli cōicabilis creature. De
qua diffinitiōe simpliciter remanet declarā-
dū qd significent illa verba: ⁊ nulli cōicabilis
creature. Qm̄ in p̄ma cōtēplatōe declaratuȝ
fuit qd sit honor excellentissimus: ⁊ quō soli
deo cōpetit. Dicit ergo glo. q̄ latria ē honor
qui nulli creature est cōicabilis. Quero igit̄
an hunc honorē latrie possit deus alicui sim
plici creature cōicare. Et breuiter rn̄deo q̄ n̄
tripliciter ꝓbando. Primo auc̄te. Scđo
rōne. Tertio distinctione. ¶ Primo probo
auc̄te Isaie. 41. c. in ꝑsona dei dicētis. Glo-
riā meā alteri non dabo. vbi glo. dicit. Glo
riam honoris sui nemini pōt deus dispēsare
¶ Scđo h̄ idē probo vnica rōne: vȝ ꝓpetat̄
fundamētum rōnis ponit phus. j. de celo ⁊
mundo. di. Qui nō hȝ essentialiter substātiā

alicuius rei:non hʒ eius ꝓprietatem. pʒ hec regula. Qȯ enim nõ habet essentialiter substantiã arboris vel solis:non põt ꝓducẽ per ꝯñs fructus:nec radios:q sunt eoꝝ ꝓprietates quo presupposito:certũ est ꝙ ꝓprietas substãtie dei essentialiter reqrit latrie adorationeʒ: propter eius excellentiã. Sed claꝝ est ꝙ substãtia dei ꝓut est forma quedã simplicissima non põt alicui simplici creature cõicari: nisi forte ex cõione quadã prout forma:sicut xp̄o contigit. Qȯ si sic est:ergo p ꝯñs nec eius ꝓprietas que est honor latrie põt alicui cõicari Et cõfirmať ista rõ. Claꝝ est enim ꝙ ois potentia seqť ꝓprietatem sue substantie. Sʒ ois substantia creature est finita:ergo ꝛ eius virtus:vel potentia est finita. Sed cũ finitũ non sit capax alicuius infiniti:vt dr̃.8.physi. Substantia vero dei:bonitas:sapia:atqʒ potentia sit qd infinitũ.ꝯcludiť ꝓpter hoc ꝙ nulli creature est cõicabilis. An non potentia dei ẽ immensa ꝛ infinita:cuʒ ꝓduxerit de nihilo oẽs creaturas ad esse:ꝛ cõseruet in esse: ꝛ tribuat bñ esse:vʒ ꝑfectionẽ finis cuiuslibet rei: ꝛ certum est ꝙ sit. Sed manifestũ est ꝙ talis vertus ꝛ potentia:vʒ creatiõis:ꝯseruatiõis:ꝛ ad finem ꝑductionis:est incõicabilis oi creature ꝛ etiã ipsi aie xp̄i.ergo per ꝯñs vt predictuʒ est:incõicabilis est etiã cuilibʒ creature latrie adoratio. Tertio deniqʒ ꝓbo vnica distinctione.ꝙ vʒ nec substantia nec potentia dei infinita põt alicui creature cõicari:ꝛ p ꝯñs nec eius honor qui est latria. Nam Bonauen.i 3.dist.14.ar.3.q.3.querit vtrũ deus potuerit cõicare aie xp̄i suam oipotentiã:ꝛ rñdet i corpore.q.dicens. Nec inquit aie xp̄i: nec alicui alij creature põt oipotentia cõicari:nisi eatenus qua cõicatur ei nomẽ ꝛ excellentia diuinitatis.hoc est p cõicationẽ idiomatũ: q̄ ortũ habet ex ꝑsonali vnione. sic enim possumus dicere:ꝙ homo est oipotens:ꝛ sicut excellentia diuinitatis nulli creature ꝯuenire potest sicut forma ꝛ ꝓprietas eidem inherens substãtialiter:vel actualiter sic nec etiã oipotentia. Rõ aũt q̃re oipotentia alicui creature cõicari nõ põt est:q2 omnis creatura eoipso ꝙ ex nihilo est: deficit a sũma stabilitate: vnde nõ existit per seipsam. Deficit a sũma simplicitate:vnde non agit per se totam. Deficit a sũma imensitate:vñ distare põt ibi ipsa virtus a substantia. Et qm̃ ibi se non subsistit nec p e nisi sustenteť a diuina potẽtia:ideo impossibile est ipsam eẽ oipotentẽ.non enĩ põt seipsam sustinere. Rursus qm̃ ex se tota nõ agit non põt in totam rei substantiã. Et ideo nõ põt esse oipotens:cũ non possit simul totum producere. Postremo q2 virtus eius distat a substantia:tm̃ põt elongari ꝙ oio deficiat vnde nõ põt in oia. Sicut igitur soli deo cõuenit sũma stabilitas:sũma simplicitas:ꝛ sũma imensitas:sic etiã oipotentia que necessario requirit ista tria. Et ideo oipotentia cõicari non põt alicui creature:nec etiaʒ aie xp̄i ħ Bonauen.ad lr̃am. Si aũt forte obijceres ꝙ xp̄s oia põt:dicente Mat.vltio. Data est mihi ois ptãs in celo ꝛ in terra. Ad ħ rñdet idem Bonauen.in.3.dist.14.in q̃onibus circa lr̃am.q.vltima.di. Triplex est potentia.s. potentia presidendi:potentia ipetrãdi. Et potentia faciẽdi. Cũ dr̃ Mat.vltimo. Data est mihi ois potestas:intelligiť de potẽtia presidendi.oib[9] eniʒ que sunt sub deo preest xp̄s etiam ꝭm humanã nãʒ. Cum etiã dr̃ Mat. 6. Omnia possibilia sunt credenti: a fortiori ergo aie xp̄i intelligiť de potentia impetrãdi Fides enim ipetrare põt oia miracula. iuxta illud.j.cor.13. Si habuero fidem:ita vt mõtes transferã ꝛc. Hoc m̃ȯ xp̄s hʒ oipotentiã impetrandi a deo oia quecũqʒ vult: etiã ꝭm humanitatẽ. Potentia aũt faciendi etiã granũ milij:non est in xp̄o:nec esse põt ꝭm humanitateʒ:cũ ad hoc reqratur virtus infinita: que nullatenus inest aie xp̄i.ħ Bonauen.ad lr̃aʒ Ex predicta igiť auctẽ rõne ꝛ distinctiõe pʒ qualr̃ adoratio latrie:est oio incõicabilis oĩ creature. Quãto igiť honore venerandus est deus nõ sufficit explicare. Cum etiaʒ debeať deo maior honor ex creatiõe vni[9] vermiculi villissimi de nihilo:cũ in hoc cõcurrat potentia infinita:q̃ʒ aie xp̄i virgini glīose:ceterisqʒ oibus sanctis ꝛ angelis:atqʒ rõnabilib[9] creaturis:quãtũcũqʒ polleant maxima potentia virtute:bonitate:sapia. Ex predictis igiť oibus pʒ etiã declaratio scḋe diffinitiõis de latria:in qua ꝯñsum fuit:qlr̃ latria essentialiter ꝛ simplr̃ non est cõicabilis alicui creature.

Tertia deniqʒ diffinitio declaranda de latria est Augu.in lib.de vera religione. dicẽs Latria est quedã deuotio soli deo exhibenda cũ exclusione amoris mundanoꝝ. In q̃ diffinitione tria sunt declaranda. Primũ ẽ qd significeť p illa verba:latria est deuotio qdaʒ Scḋʒ est qd significeť p illa verba: soli deo

exhibēda. Tertiū est qd significet p illa ver
ba: cū exclusiōe amor' mūdanoꝝ. ¶ Primū
declarandū in hac diffinitiōe est videre qd si
gnificet p illa verba: latria est deuotio quedā
Et certū est q deuotio dr a deuouendo: vñ
deuoti dicunt q seipsos quodāmodo deuo
uent deo: vt ei se totalr subdant: pṗter qd et
olim apud gentiles deuoti illi dicebant: qui
seipsos idolis deuouebāt i morte: aut pro se:
aut pro sui salute exercitus. Sicut exemplū
ponit Valerius maximus li.5.c.5. de Pu
blio decio: qui cū eēt ꝯsul Romanus: ⁊ vide
ret quasi prostratā totā rempublicā ⁊ ciuita
tem: caput suū deuouit dijs pro salute reipu.
si salutē dij ꝯcederent reipublice. Et statim
emisso voto ꝯcitato equo intrepidus iuit in
medio hostiū clamās ⁊ dicēs. Auferte mihi
caput pro repub. Facta igitur ingenti strage
plurimis telis obrutus corruit. Ex cuius vul
nerībꝰ sanguine ⁊ morte: insperata victoria
emersit. Sile exemplū recitat idē Valerius
codē lib.⁊.c.2.5. de Codro pncipe ⁊ rege athe
nensiū: qui videns preualere hostes ꝯtra rē
publicā: ex diffidentia humani auxilij: statim
ad apolinis delfici oraculum confugit: petēs
ab eodem apoline: qūo tam graue hostium
bellum vinci posset: cui respōdit deus apolo.
Si te hostes occiderent victoriam ciues tui
obtinerent. Quod intelligentes hostes ꝯtra
rij: fecerunt edictū ne quis cordi corpus vul
neraret. Quod intelligens Codrus: depositis
insignibus vestimentis imperij: familiarem
⁊ peregrinum habitum induitur. Et statim
in bello exiliuit. Qui cum falce vnum ex ho
stibus percussisset: vt ⁊ ipse percuti posset: in
cognitus ab eodem: statim in morteꝫ percus
sus est. Ex qua morte victoria in hostes ꝯ
secuta est. Simile exemplū ponit Augustinꝰ
5. de ciuitate dei. ⁊ Valerius vbi supra. De
Curtio. Tempore enim huius Curtij accidit
q platea ciuitatis Romane repētino hyatu
in duas partes tota scissa est ⁊ diuisa: ita vt
apparet precipitium maximum ⁊ ruina to
tius ciuitatis. Cum aūt ciues orassent deos
vt eis reuelarent: quod remedium huic exci
dio adhiberi posset. Responsum est eis: q si
vnus in illud precipitium se precipitaret: sta
tim tota ciuitas liberaretur ab illo excidio.
Quid plura? Curtius animi ⁊ generis nobi
lissimus adolescens: totum se militaribꝰ ar
mis exornans equum conscendit: cūqꝫ vehe
menter calcaribus pungens clamabat. Pro
republica mori volo: ⁊ me deo apolini i mor
tem deuoueo: ⁊ statim concito gressu se cum
equo in illud magnum precipitium dedit.
Quo absorto: statim terra pristinum habitū
recuperauit. Ex qbꝰ collige q deuotio nihil
aliud est q̄ voluntas promota faciendi quod
ad dei seruitium pertinet. Sic dicitur Exo.
35. q multitudo isrl' obtulit pmitias deo mē
te promptissima atqꝫ deuota. Vbi glosa in
terlinearis. Omnis multitudo israel obtu
lit primo mente promptissima: quia nō vult
deus coacta seruitia. Scdo mente deuota
quia amore ei seruitur ⁊ non timore. Tertio
mente .i. corde: quia mente ei seruitur: vel cor
de principaliter ⁊ non corpore. Ex premissis
patet qualiter deuotio est voluntas sponte se
tradens ad ea que pertinent ad dei famula
tum. Vgo tamen de sancto Vic. deuotio
nem diffiniens sic dicit. Deuotio est feruor
quidam bone voluntatis: quem mens cohi
bere non valens: certis manifestat indicijs:
videlꝫ tristitia: aut leticia: ⁊ sic patet primum
declaratum. ¶ Scdm declarandum in hac
diffinitione est videre quid significetur per il
la verba: soli deo exhibenda. Et quero an
deuotio debeat simpliciter haberi ad deum.
⁊ videt q non: quia deuotio non solum ha
betur ad deum: sed etiam ad sanctos viuos
⁊ mortuos. Quod si sic est: ergo deuotio nō
diffinitur bene. Ad hoc respondet beatus
Thomas scda scde. q.82. articu.1. in respon
sione tertij argumenti dicēs. Cum queritur
an deuotio sit habēda etiam ad sanctos dei
viuos vel mortuos. dicendū est q talis de
uotio non terminatur ad ipsos: sed transit in
deum tāq̄ in primum obiectum: inquātū s.i
ministris ⁊ sanctis dei: deum per deuotioēꝫ
veneramur: cui deuotio simpliciter ē exhibē
da. Ex quibus etiam patet scdm tertium de
clarandum in hac diffinitiōe est videre qd si
gnificet per illa verba diffinitionis: vꝫ cū ex
clusione amoris mūdanoꝝ. Et claꝝ ē q iō
Aug. hec verba posuit: q.s. simul cum amore
mundanorum inordinato: nō potest quis di
ligere deum: in quo consistit substātia ois de
uotionis. Et q necesse sit excludere inordina
tum amorē rebus mūdanis aliter nō pōt qs
nec deū diligē: nec deo eē deuotꝰ triplr pbo.
Primo auctoritate. Secundo ratione.
Tertio exemplo. ¶ Primo pbo auctoritate

saluatoris Mat.6.dicẽtis. Nemo pōt duobus dñis seruire.s.ꝑ amorẽ deo aut mamõe Aut eniꝫ vnum diligit:⁊ alteꝝ odio habebit. ¶Secũdo hoc idẽ probo vnica ratione.vꝫ localitatis. Fundamentũ ratiõis ponit auctor in libro.6.principioꝝ.di. Idem simul ⁊ semel nõ potest esse in diuersis locis. patet hec regula. Nã corpus Petri nõ potest simul ⁊ semel esse Rome ⁊ Mediolani. Similiter nec angelus bonus custos: potest simul ⁊ semel esse ꝑ̃sentialiter cum anima mea ⁊ essentialiter i celo. Taceo de deo ꝙ simlr ⁊ semel ẽ in oibus locis. Similiter corpus xp̃i per coniũctionem diuinitatis potest simul ⁊ semel esse sacramentaliter in pluribꝰ hostijs cõsecratis. Quo ꝑ̃supposito:certũ est ꝙ cum anima sit simplicissima: ut dicit primo de aĩa.non pōt habere nisi vnũ amorẽ:aut simpliciter ad deum:aut in creaturis ꝑ relationẽ ad deũ. quẽ amorẽ si inordinate habeat ad terrena:impossibile est ꝙ simul amorẽ habeat ad deuꝫ. ¶Tertio deniqꝫ probo vnico exemplo.ꝙ ad contẽplationẽ ⁊ deuotionẽ dei oĩno requirit exclusio amoris mundanoꝝ. Nam legit in libro de vita ⁊ moribꝰ philosophoꝝ.ꝙ Democritus phus eruit sibi oculos ne mens vagaretur per visionẽ mundanoꝝ ad amorẽ ipsoruꝫ:⁊ sic priuaret intellectuali contẽplatione ⁊ dilectione celestiũ bonorũ. Ex quibꝰ etiam patet tertiũ declaratũ. Ex predictis igit tribꝰ diffinitionibꝰ patet secũda contẽplatio latrie seu diuine adorationis que dicit contẽplatio diffinitionis:in qua ostensum est quid realiter:quidue essentialiter seu substantialiter: sit ipsa latria. Quã latrie adorationẽ nobis concedere dignet: obiectũ latrie dominꝰ Jesus xp̃us:cui est honor ⁊ gloria in se.secu. Amen.

¶Feria quarta post secundã dominicã quadragesime. Iteꝫ de quinta excellentia.vꝫ de nobilitate ipsius sanctissime fidei.

n **Escitis quid** petatis. Scribuntur hec verba Matth.20.c. ⁊ in euangelio occurrẽtis ferie. Post sacri euangelij litteralẽ ⁊ spiritualẽ expositionẽ humanissimi ciues: exquo ut claruit in precedenti sermone sufficienter declarauimꝰ de diuino cultu ⁊ de diña adoratione. Secundã contẽplationẽ in qua ostẽsa fuit diffinitio de latria.vꝫ quid sit essentialiter ipsa latria:habeo in ꝑ̃senti sermone singulariter declarare tertiam contemplationẽ de ipsa latria ⁊ diuina adoratione:q̃ vtiqꝫ erit valde vtilis ⁊ generosa. Cuius tertie contemplationis declaratio talis erit.

¶De tertia contẽplatione que ẽ diuine adorationis:que dr̃ contẽplatio obligationis.

t Ertia igit contẽplatio de diuino cultu:seu de latria vel de adoratione ad deũ facienda dr̃ obligationis. Ostenso igit quid essentialiter sit latria per suã diffinitionẽ.videndũ est ad ꝑ̃sens q̃ꝫtum necesse sit deũ per latriam adorari. Accipe igitur pro firma ⁊ reali ꝯclusione:ꝙ impossibile est aliquẽ adultũ siue sit fidelis siue infidelis vnq̃ꝫ saluari posse: nisi actualiter ⁊ cordialiter deũ humiliter adoret adoratione oĩpotentis dei seu creatoris nostri:⁊ ꝙ nullꝰ saluari possit nisi modo ꝑ̃dicto q̃drupliciter ꝓbo Primo auctoritatibꝰ. Secũdo rationibꝰ. Tertio distinctione. Quarto exemplis. ¶Primo ꝓbo auctoritatibꝰ. Naꝫ phus ꝑ̃mo Thopicoꝝ sic ait. Venerari vtꝝ oporteat deũ vel parẽtes honorare:si quis dubitat indiget pena:sicut qui dubitat vtrũ nix sit alba:indiget sensu.hec ibi. Sapiens insuꝑ eccle.25.ait. Bono animo honorẽ redde deo:et non minuas primitias manuũ tuarũ. Et propheta in ps̃. dicit. Venite adoremus ⁊ ꝓcidamus ante deũ:ploremus corã dño qui fecit nos: qꝛ ip̃e est dñs deus nr̃.n.a.p.c.⁊ o.p.c. Deniqꝫ Joãnes Apoc.vltio. Angelus dixit Joãni. Deũ adora.vbi dicit glo. Vbi nõ est cultꝰ dei:nec remissio peccatoꝝ: nec gratia: nec gloria esse potest. Ex quibꝰ auctoritatibus patet magna necessitas ⁊ obligatio diue adoratiõis. ¶Secundo hoc idem probo triplici rõne. Primo ratione ꝑ̃ceptionis. Secũdo rõne causationis. Tertio ratione gratificationis. ¶Primo ꝓbo rõne ꝑ̃ceptionis.ꝙ q̃sqꝫ tenet deuꝫ adorare cultu latrie. Fundamentũ rõnis ponit phus ꝑ̃mo Politicoꝝ.di. Deꝰ nihil facit ociosum seu vanũ in nã. Quo ꝑ̃supposito:certũ est ꝙ deꝰ spãlr ꝑ̃cipit a quolibet cultu latrie se adorari.ꝓpter qḋ deutero. vlti.ca. Et Mat.4.dr̃. Deũ tuũ adorabis:⁊ illi soli seruies. Qḋ si sic ẽ:ergo exquo adoratio dei est in ꝑ̃cepto:tenet q̃sqꝫ hũiliter ⁊ cordialiter per

amorẽ ꝛ charitatẽ deũ adorare pp qđ phus. 3. Ethi. di. Desideriũ cuiuslibet dꝫ esse simplr̃ ßm pcepta doctoꝝ. Et. 2. Ethi. ait. Precepta danť de actib⁹ oium virtutũ. Et. 14. q. j. c. vlt. dr̃. Qđ pcipiť impať: ꝛ qđ impať necesse ẽ fi eri. Et infra pcepto dñi nõ obedire pctm̃ est. Bona. vero in. 3. di. 37. dicit. ꝙ de⁹ dedit pre cepta. 5. respectib⁹. Prio respectu instructio nis. ad Roma. 7. Pctm̃ nõ noui: nisi p legẽ Secũdo respectu argumẽtatiõis: ut illa ser uãdo qsqꝫ maius sibi meritũ acqrat. Tertõ respectu iurisdictionis. ut. s. de⁹ inotesceret iu risdictionẽ suã. Decet eni dñm a suis seruis obsequiũ petere. Quarto respectu inexcusa tionis: ut nullus hẽat excusationẽ bñ faciendi Quinto deniqꝫ respectu excusatiõis. ut scilꝫ operetur ꝛ actualiter exequať oẽ illđ qđ in mã datis accepit. Si igiť aliqs est ita negligens: vel temerarius: ꝙ nõ impleat hoc mandatũ: ꝙ vꝫ nõ adoret deũ humiliter: talis pfecto si ne vllo remedio excludeť ab eterna vita. dicẽ te Hiero. ad Eustochiũ. Eterna vita nõ nisi p diuinoꝝ preceptoꝝ obseruationẽ acqritur. Et Mat. 19. saluator ait. Si vis ad vitam in gredi: serua mandata. Et non tm̃ talis exclu detur ab eterna vita: sed insup puniet maxia pena. dicente dño Lu. 17. Seru⁹ sciens volũ tatẽ dñi sui: ꝛ nõ faciens: plagis vapulabit mľ tis. Et Aug. de sermone dñi in mõte. 14. q. j. c. Quisqs. dr̃. Quisqs pceptis nõ obtẽperat reus ẽ ꝛ debitor pene. Et ꝯfirmať sic ista rõ. Nã act⁹ iusticie est reddẽ debitũ cuilibet: put dr̃. 12. q. 2. c. Cũ deuotissimã. Sed claꝝ est: ꝙ q libꝫ seru⁹ teneť humiliter se subijcere dño suo ꝛ ei obsequium pstare. Sed cum qlibet nãliter sit seru⁹ oipotẽtis dei. ergo necesse est ex actu iusticie: ꝙ seipm deo subiciat p debitã serui tutẽ: que nihil aliud est q̃ꝫ quidã pius cultus ꝛ humilis adoratio latrie. ¶ Scđo etiã pbo rõne causatiõis. vꝫ ꝙ qlibet de necessitate sa lutis teneť deũ charitatiue ꝛ humiliter ado rare adoratione latrie. Fundamẽtũ rõis po nit auctor in li. de causis. di. Quicqd attribui tur scđe cause: nobiliori ꝛ altiori mõ attribuiť pme. pꝫ h regľa. Nã si qs facit honorẽ mili ti vni⁹ impatoris: a fortiori teneť facere maio rẽ honorẽ ipsi ipatori. Itẽ si qs humiliter ve nerať epm: multo magis teneť venerari pa pã. Quo psupposito: certũ est ut inferi⁹ pate bit ꝛ etiã expientia docet: ꝙ cõiter qlibꝫ vene rať hoiem bonũ: hoiem sapientẽ: ꝛ hoiꝫ po tentẽ: maxime prãte dñationis. Similiter ve nerať ecclesiasticas psonas ꝛ scãs. Qđ si sic est: a fortiori teneť humiliter deũ ꝛ creatoreꝫ venerari: cũ in infinitũ excellat in oi sapia: bo nitate: atqꝫ potẽtia: oẽs scõs: oẽsqꝫ personas mũdanas: atqꝫ oẽm ecclesiasticã dignitateꝫ. dicẽte Cõmẽtatore sup. 2. Meth. Pria ingt cã est magis digna in cẽ ꝛ virtute: quã simul oia alia entia: qr oia alia entia trahũt cẽ ꝛ vir tutẽ a prima. hec ibi. Et iđ pp ter hoc. 8. ethi. phs dicit. Maiorib⁹ sp maior debeť honor. minorib⁹ vero lucꝝ: qr honor ẽ retributio in beneficijs: lucrũ autẽ in auxilio indigẽtie. Et iđ act. 5. etiã iudeis dicebat apostol⁹ Petrus Obedire oportet deo magis q̃ꝫ hoib⁹. Et cõ firmať ista rõ. Nã aialia bruta ꝛ ois alia cre atura suo mõ deũ vtiqꝫ adorãt: dũ cũ in suis actib⁹ laudãt ꝛ diligũt. dicẽte Aug. in sermõe de vno martyre. Audistis ingt in bñdictioni b⁹: ꝛ audistis in oi solẽnitate qñ leguntť: quo niã oia laudãt deũ: celestia: terrestria: angeli hoies luminaria celi arbores terre. Flumina maria qcqd de⁹ creauit: siue in celo: siue in ter ra: siue in mari: laudãt deũ. hec ibi. Dio. insu p li. de di. no. dic̃. De⁹ ꝯuertit oẽs creaturas ad laudẽ ꝛ amorẽ sui ipsi⁹. Boeti⁹ insup me tro. 6. 4. li. ait. Hic. s. de⁹ est cũctis cõis amor repetũtqꝫ boni fine teneri. Quia ñ aliter du rare queant: nisi cõuerso rursus amore. Re fluant cause: q̃ dedit esse. ꝙ si irrõnabilia deũ suo mõ laudãt: diligũt: honorãt: ꝛ benedicũt. multo magis hõ ipse q est nobilissim⁹ oium aialiũ: deũ debet diligere: bñdicere: ꝛ hono rare. Et ꝙ sit nobilissim⁹ aialiũ testať phus. 2 de aia. di. Hõ est prudẽtissim⁹ ꝛ nobilissim⁹ aialiũ. ꝛ idẽ phs pmo de aialib⁹. dicit. Nobi lissimũ ꝛ altissimũ ꝛ apud nos noti⁹ ꝛ magis fixũ aial est hõ. Cõmẽtator aũt sup. 3. de aia dicit. Quando homo copulatus fuerit intel lectui p scientiã oium rerũ ꝯplete: tunc idem est ꝙ deus. Si igitur homo tam nobilis deũ non laudat: benedicit: ꝛ adorat: clarũ est ꝙ est peior cunctis animalib⁹. dicente pho primo Politicoꝝ. Sicut oium animaliũ lege fru ens melius est homo: ita pessimũ oium ani maliũ est homo a lege ꝛ iusticia separat⁹. hec ille. ¶ Tertio insup probo ratione gratifica tionis: ꝙ de necessitate salutis quilibet teneť p latriam deũ adorare. Fundamentũ ratio nis ponit phus. 9. Ethicoꝝ. di. Beneficiatus quilibet debet in aliquo suũ benefactorẽ re

cōpensare. Rationē huius gratitudinis erga benefactorē assignat Tho. secūda secunde. q. 106. ar. 6. in corpore. q. di. Cū querit vtrum ex recōpensatione alicuius beneficij recepti: teneatur quis benefactori suo non tm̄ equale: sed etiā recōpensare maius beneficiū q̄z accepit ab eo ut sit gratus. Rn̄deo q̄ sic. ꝛ rō est. Nam sicut benefactor: gratis beneficiū dedit beneficiato: ad quod nō tenebat: sic q beneficiū accepit: obligāt ad simile ex debito honestat ut similiter grat aliqd impēdat. Nō aūt gratis vr̄ aliqd impendere: nisi excedat si possibile est q̄ntitatē accepti beneficij: quia q̄z diu recōpensat minus vel equale: non videt facere gratis sed reddere quod accepit: ꝛ ideo gratie recōpensatio semper tendit: ut pro suo posse aliquid semp maius retribuat. hec thomas verbaliter. Cui cōcordans phs. 5. Ethicoꝝ. ait. Refamulari oꝫ ei qui gratiam fecit. Et rursum. Ipm incipere qdē fit: dū aliquid maius super impēditur. Seneca vero li. 2. de beneficiis. sic ait. Ingratū est beneficiū: quod gratis beneficiū nō superat. Quo p̄supposito vꝫ. q̄ quisq̄ꝫ tenet ad recōpensationē recepto rū beneficioꝝ: alias ingratus existeret: peto a te o aīa: an aliqua beneficia receperis a tuo creatore: p quoꝝ recōpensatiōe merito teneris ꝛ obligaris deū humiliter venerari: ꝛ eū cultu latrie adorare. ꝛ certū est q̄ sic. Et ut cetera beneficia ad diuinū cultuꝫ te obligantia obmittā: cum sint quasi infinita ꝛ innumerabilia: solū septē specialissima beneficia suscepta tibi ad presens ꝓpono. Quoꝝ quidem.

Primū dicit beneficiū creationis.
Secundū dicit beneficiū conseruationis.
Tertiū dicit beneficiū subiectionis.
Quartū dicit beneficiū infusionis.
Quintū dicit beneficiū iustificationis.
Sextū dicit beneficium donationis.
Septimū dicit beneficiū beatificationis.

¶ Primū bn̄ficium qd̄ deus cuilibet rōnali anime cōmunicauit. ꝛ propter quod tenetur cultu latrie deū humiliter adorare: dicit creationis. Certū est eni q̄ ꝛ si sol ꝛ homo generāt corpus hominis: ut dicit phs. 2. Phisico. animā tm̄ intellectualē ꝛ rōnalē solus de⁹ in ipso corpore: sm̄ omnes theologos in secūdo creando infundit: ꝛ infundendo creat. ꝓpter quod Gene. pmo. dicit. Creauit deus hominē. i. animā hoīs: cū homo sit maxime ut dicit. 9. Ethicoꝝ. Intellectus ꝛ ratio ad imaginē ꝛ similitudinē suaꝫ. Quo cōcesso q̄ deus creauerit animā rōnalem vniuscuiusq̄ꝫ. certū est: q̄ ad creationē cuiuslibet anime reqrit virtus: bonitas: sapientia: ꝛ potentia infinita. Vnde Bonauē. in. 2. di. 2. ar. 2. q. 3. ar. 3. dicit verbaliter. Ad productionē vnius soli⁹ etiam minime creature: nulla virtus creata sufficit: sed necesse est virtutē creatoris infinitā ex eo: eo q̄ ex nihilo aliqd facere p̄supponit infinitā potentiā ꝛ bonitateꝫ. hec ille. Si igit ad anime creationē reqrit infinita bonitas: virtus: sapientia: atq̄ꝫ potentia. ergo dando nobis deus: siue cōicando illam animā: obligamur tm̄ deū amare ꝛ tantundē ꝓ deo facere immo plus si grati eē debem⁹: sicut supra patuit q̄ꝫtum est preciū bonitas ꝛ valor ipsius anime. Sed cū anima nobis sit cōicata cum bonitate ꝛ potētia īfinita: ergo tenemur deū diligere amore infinito. ꝛ vltra hoc tenemur pro ipso facere infinita opera bona si tm̄ fas esset. Qd̄ si sic est: tenet quisq̄ꝫ non tm̄ ꝓ creatione anime infinita mala tolerare: sed etiā infinitas mortes sustinere. Et qui nō habet hanc voluntatē: si possibile esset omnia predicta tolerandi: ingratus ꝑfecto est de beneficio creationis ipsi⁹ aīe. ¶ Secundū beneficiū quod deus cuilibet rōnali aīe cōmunicauit: ꝛ propter quod tenet cultu latrie deū humiliter adorare: dicit Conseruationis. Non tātū ut patet deus aīas creat: sed etiā ipsas in esse conseruat. Si eniꝫ deus p momentū tpis influentiā sue bonitatis ab aīab⁹ subtraheret: ꝛ etiā ab alijs creaturis: statim oīa in nihilum redigerent. Vn̄ Greg. sup verba Job. si attraxerit spm̄ suū oīa deficient. Cito ait. Oīa ad nihilū tēderēt: nisi mā⁹ cōditoris ea teneꝛ. phs isup. 16. de aialib⁹ ait. Prim⁹ motor dat esse oibus: ꝛ conseruat oibus entibus eē. Itē Aug. li. 10. de ciui. dei. ꝛ. c. 14. ait. Plotin⁹ platonicus phs asserit oīa cito eē peritura ꝛ ad nihilū deducēda: nisi ea coꝝ creator cōseruet in eē. Idē Aug. li. 12. c. 26. ait. Si. n. potētiā suam deus ut ita dicā fabricator iam reb⁹ subtrahat: ita nō erunt: sicut anteq̄ꝫ fierent non fuerunt. Idē li. 8. ca. 4. ait. Vnus est ver⁹ de⁹ q ꝛ oīa fecit: ꝛ sine quo nulla natura subsistit in esse. Plato etiā in thimeo ait. O dij deoꝝ quoꝝ opifex idē est: estisq̄ꝫ vos opera mea: dissolubiles quidē nā mea tm̄ volūtate indissolubiles. Nota q̄ p deos itelligit sm̄ Cōmētatorē substantias sepatas. i. angelos et

corpa celestia: que de se sunt mortalia corru
ptibilia: ⁊ anihilatiua: sed sola dei volūtate p
petuanꝰ ⁊ ꝯseruanꝰ in esse. Presupposito igi
tur ꝙ deus oīa cōseruat in esse: pcto q̄ sit ma
ior bonitas ⁊ potentia: aut in creando aīas:
aut in seruando eas in eē. Ad qđ rñdet Ric.
in.j.di.39.ar.2.q.2.⁊.3. ꝙ realiter tanta est bo
nitas ⁊ potētia dei in cōseruatiōe rex q̄ta ē
seu fuit in eax creatione. Et rōnē ponit tho
mas in.j. di.43.ar.j.q.j. Allegās phm.iz. me
tha.⁊ di. Vnūq̄dq3 sicut se hꝫ ad virtutē ita
⁊ ad opationem. Sed cū eēntia dei sit infini
te bonitatis: ⁊ etiā eius potētia atq3 sapiētia.
ergo oīs opatio ab ea ꝑcedēs hꝫ in se infini
tā bonitatē: qꝛ vbicūq3 simpliciter est eēntia:
⁊ virtꝰ infinita: oportet ꝙ in oī re quā opatur
sit bonitas infinita. Cum ergo simpliciter sit
virtutis infinite. ergo seqtur ꝙ oīs actꝰ elicitꝰ
⁊ ꝑcedens est infinite bonitatis. Sed mani-
festū est ꝙ ꝯseruatio aīax in esse est operatio
solius dei. ⁊ ideo sicut creatio animax est infi
nite bonitatis: sic a simili ⁊ eax cōseruatio in
esse. ꝑpter quod qdaꝫ sapiēs ait. Nō minor
est virtus q̄ꝫ q̄rere parta tueri. Ex qbꝰ omni-
bus cōcludo ꝙ cū conseruatio aīax in esse sit
infinite bonitatis: qlibet tenetꝰ ex hoc bñficio
nō tm̄ deū diligere infinito amore: si fas eēt
⁊ infinito cultu latrie deū humiliter colere: sꝫ
etiā tenetꝰ infinita bona ꝑ ipso facere: atq3 in
finita mala tollerare. Et ad oīa predicta toti
ens tenetꝰ: quotiēs eius aīa anihilaretꝰ: nisi a
deo misericorditer cōseruaretꝰ. Quare cōside
ra hic quot sunt momēta tpis: in quibꝰ q̄libꝫ
anima realiter anihilaretꝰ: nisi a creatore be-
nigne ꝯseruaretꝰ ⁊ sustentaretꝰ in esse. ¶ Ter-
tiū beneficiū qđ deus cuilibet rōnali aīe cōi-
cat. ⁊ ꝑpter qđ tenetꝰ cultu latrie deū humi-
liter adorare: dr̄ subiectionis. vꝫ oīum inferio
rū creaturax. vñ magister sentētiax in.2.di.j.
Deus inqt oēs inferiores creaturas nobis
subiecit: ⁊ ꝑ nobis creauit. Qđ ꝯfirmās Bo
nauē. in.2.di.15.ar.2.q.j. ait. Deꝰ oīa inferiora
creat ꝑ nobis. Aliq̄ creat ad nr̄m vsum ⁊ vti
litatē: ut panē vinū ⁊ similia. Aliq̄ ad nrāꝫ re
creationē: ut aues: accipitres: canes: ⁊ hmōi.
Aliq̄ vero in nr̄m adiutoriū: ut asinos: equos
boues: ⁊ similia. ⁊ sic oīa inferiora creat deꝰ
ꝑ nobis. Phs etiā.2.de aīa.⁊.2. Phisicorū.
dicit. Finis quodāmodo oīm est hō.i.oīa fcā
sunt ꝑpter hoīeꝫ: licet p̄ori fine ea fecerit deꝰ
ꝑpter ostēsionē glorie sue: ut ait Bona.i.2.di,
15.ar.2.q.j. Phs etiā.j.politi.ait. Nā fecit oīa
alia ꝑpter hoīeꝫ. Et ꝑpha dicꝰ. Oīa subiecisti
sub pedibꝰ eiꝰ ⁊c. Jō gen̄.j. dicꝰ dñs. Faciamꝰ
hoīeꝫ ad imaginē ⁊ similitudinē nrāꝫ: ⁊ p̄sit
piscibꝰ maris: ⁊ volatilibꝰ celi: ⁊ bestijs vniuer
se terre: oīq3 reptili qđ mouetꝰ in terrā. h ibi.
Et ꝙ deꝰ oīa creat ꝑpi vsuꝫ hoīs: pꝫ qꝛ Ric.
in.4.di.48.ar.2.q.6.di.ꝙ pꝰ iudiciū eo ꝙ hō
nō indigebit ipsis creaturis: iō oēs creature
p̄ter elemēta ⁊ celos deficiēt ⁊ anihilabūtur.
hoc p̄supposito: ꝙ deꝰ oēs creaturas ꝑ nobis
creauit: ⁊ ut.s̄. patuit fm Bona. ad creationē
vniꝰ minime creature: ꝯcurrit bonitas ⁊ poten
tia īfinita. ꝯcludo ꝑpter hoc: ꝙ totiēs tenetur
q̄sq3 hūiliter deū adorare: ⁊ īfinita bona ꝑ ip
so agē: quot spāles creaturas deꝰ ꝑ ipso crea
uit. Pretermitto bñfitiū administratiōis āgelox
Nā fm tho.in.j.pte sūme.q.113. Et fꝫ bona.
in.2.di.10.ar.j.q.j. Deꝰ imediate pꝰ creationeꝫ
cuiuslibꝫ rōnal' aīe: mittit spāliter cuilibꝫ rō-
nali aīe vnū angelū in custodiā eiꝰ: qđ ñ ē p-
uū bñficiū. Nā si nō eēt angelꝰ nos custodi-
ens: millies diabolꝰ nos ī die occidēt ⁊ stran
gularet. Jō ꝑpha ait. Angelis suis deꝰ mādа
uit de te. ut c. te ī o. vi. t. ⁊c. Qđ plꝰ est: non tm̄
vnꝰ āgelꝰ mittitꝰ ad mīstrandū: sꝫ etiā oēs si-
mul nouē chori angelox sunt spāliter admi-
stratores cuiuslibꝫ aīe. dicēte Paulo Heb.j.
Oēs sūt administratorij spūs ī misteriū missi
ꝑpter eos q̄ hereditatē capiūt salutis. ꝙ ꝯfir
mās Bona.in.2.di.10.ar.j.q.2. dicit. Cuꝫ q̄ritꝰ
vtx oēs angeli mittanꝰ ad custodiā cuiuslibꝫ
aīe. Rñdeo ꝙ oēs angeli mittūtur nō ab ex̄
sꝫ ab intra hoc mō. Nā oīs influētia diuine
grē ⁊ bonitat' hoc mō in nos descēdit. Pri
mo tota trinitas. s. prꝰ filiꝰ ⁊ spūsſctūs reuelat
illā gratiā in aīam xp̄i: deinde xp̄s in virgi-
nē: virgo in seraphin: seraphin in cherubim:
valeas cu3 salute: quia sicut ex noticia tui ve-
nit in te timor dei: et ex noticia dei amor eius
ita de ignorantia tui superbia: et de ignoran-
tia dei conteptus: atq3 desperatio. hec ille. Ite
Iere. 9. dicitur. Non gloriet(ur) sapiens in sapi
entia sua: nec fortis in fortitudine sua: nec di
ues in diuitijs suis. Sed in hoc gloriet(ur) q(ui) glo
riatur scire et nosce me. s. per fide3. Ite Iere.
5. dicitur. Captiuus ductus est populus me9
sc3 a diabolo in infernum: quia non habuit
scientiam. s. dei. Salomon etiam Sap. 13. ait
Vani sunt omnes hoies in quibus non est
scia dei. Hieronymus etia ad Nepotianu3
ait. Absq3 dei noticia paruus als pecus est
ois homo. Paulus insup hebre. xj. ait. Acce-
dentiu ad eu3 credere o3: q: est: et q ingrenti-
bus se remunerator sit. Et subiugit di. Sine
fide impossibile e placere deo. Deniq3. 28. q. j
c. oes. §. Ex his. dicit. Vbi enim deest vera
agnitio eterne et icomutabilis veritatis: fal
sa virtus etiam in optimis morib9 estimatur
Ex quibus auctibus p3: qualiter ad ve(rum) dei
cultum requirit cognitio: qua p fide3 oia cre
denda credunt. ¶ Scdo hoc idem pbo dua-
bus ronibus. Primo rone pfectiois. Scdo
rone dilectionis. ¶ Primo pbo roe pfectio
nis: q cognitio dei que est p fide est necia ad
ve(rum) cultu dei. Fundamentu ronis poit phs
j. physi. di. Vnuqdq3 nalr appetit suam pfec
tione taq3 coplementum eius. p3 hec regula.
Nam arbor naliter suo mo appetit fructum
taq3 eius vltima pfectione. et io exns pua iu
giter crescit: exns magna iugiter se disponit
vt fructu3 faciat. Silr infans paruulus: nalr
appetit magnitudine viri taq3 pfectionem
suam. Quo psupposito: certum est q pfectio
ronalis aie est scia seu cognitio veritatis: di-
cente pho. 2. de aia. Actus pmus aie est sicut
scia. secundus sicut osideratio. Et. j. de aia di.
Intelligentia et speculatio veritatis videntur
esse proprie passiones anime. Et. 6. ethico. di.
Bonus intellectus e scientia veritatis. Et. j.
metha. ait. Omnes homines natura scire de
siderant. s. veritatem. Et. xj. metha. di. Specu
latio veritatis est quid optimum perfectissi-
mum et delectabilissimum. Quod si sic est: q
quelibet cognitio veritatis aliqualiter pficit
intellectum. Cla(rum) est q intellectus non recte
pficit: nisi habeat sciam et cognitione virtut(is)
increate: que est ceteris nobilior. dicete pho. 8.
ethi. Sapientia est scia honorabilissimorum
et diuinor(um): ideo h3 ronem capitis inter oes
scias: que etia increata veritas est: ppum ob
iectum humani itellectus. dicete Ric. in. 3. di.
23. ar. 5. q. 2. Obiectu3 inquit fidei et intellect9
est veritas increata: ad qua cetera omnia re-
ducuntur. Ex quo ocluditur: q nisi intellect9
recte cognoscat pmam veritatem: que est p
prium eius obiectum: non pot habere suam
pfectionem: sed cu deus non acceptet impfe-
ctas res: io cultus latrie sibi placere non pot
sine pfecta cognitoe suiipsius et dei: q simplr
vera cognitio p fidem habetur. Propterea
Lactan. in li. di. insti. ait. Scia veritatis sume
est oportuna: gaudetq3 mens in pme verita-
tis se luce versari: quod est pmum anime pa
bulu quadam iocunditate perfusum. hec ille.
¶ Scdo hoc idem pbo rone dilectionis. Fu
damentum ronis ponit phs. j. de regi. pnci. et
etiam sententialiter. 3. de aia. et. 12. metha. di.
Cognitio boni: est simpliciter causa amoris
boni. p3 hec regula. Nam q: in spe cognosco
Petrum esse bonu et virtuosum: io in spe di
ligo eum: qd nequaq3 facerem si eius bonita
tem non cognoscere. Quo psupposito: certu3
est a simili q nisi qsq3 trinitate psona(rum) cog-
scat: et filiu dei incarnatu: seu corpus xpi cose
cratu et c. hmoi nequaq3 diligere pot. S3 cu3
talis cognitio ex qua talis amor ad predicta
causat: simplr a fide pcedat: g p ons cognitio
que est p fide: necessaria est ad cultu interio-
rem corde deo exhibendu. Et confirmat ista
ratio per similitudinem: quia sicut se h3 visio
corporalis ad amorem sensitiuu: ita et visio i-
tellectualis ad amore spiritualem. S3 claru
est q visio corporalis est pncipium amoris
sensitiui: vt di. phs. 8. ethi. ergo a simili cogni
tio specialis ipsius diuine bonitatis est pnci
pium cosubstantialis amoris ad eum. Que
simul omnia confirmans Aug. 10. de tri. ait.
Inuisa diligere possumus: incognita neq3.
Si igitur vt pater deus vel Christus non co
gnosceretur per fidem: certu est q nullus eu3
diligeret. et per ons nec eu3 ore laudaret: nec
insuper corpore et exteriori operatione vene-
raretur. Ex predictis duabus rationibus p3
qualiter fides seu cognitio ipsius dei: et alior(um)
que reducuntur ad deum: est necessaria ad
cultum latrie interiorem deo exhibendum.

¶ Tertio hoc idem probo similitudine. Sententia est philosophi tertio de anima. quod sicut se habet sensus ad sensibilia: sic se habet intellectus ad intelligibilia. Sed clarum est quod potentia sensitiua non accipit cognitionem de obiectis remotis: sed simpliciter de propinquis: ergo a simili potētia intellectiua de um percipere non potest: nec insuper voluntatem et corpus flectere ad amorē dei et seruitium eius: nisi ipsum deū per cognitionem fidei quā habet eadē potentia intellectiua ipsum deū tanquam propinquū seu ea que sunt dei accipiat. Quod si sic est: ergo fides et credulitas ad cultum dei est necessaria. quod autem potentia sensitiua non percipiat obiecta remota. et per consequēs nec potentia intellectiua: patet ex tribus. videlicet ex quātitate corporali: ex figura speciali: ex mobili locali: vel motu. Et primo patet ex quātitate corporali. Experientia teste cognoscimus: quod corpus multum remotum a celo non videtur: et si forte videatur: quantumcunque sit magnum videbitur tamē paruū. sicut patet in stellis: que cum sint maiores quam magna pars terre videntur tamē parue. ¶ Secundo hoc probatur figura speciali. Si enim corpus aliquod a lōge aspiciatur: eius figura non potest discerni: sicut patet in facie hominis de longe visa: vel in statura tua procul posita vel longe distāti. ¶ Tertio hoc idē patet ex motu locali. posito enim quod corpus aliquod velociter moueatur: si tamen a visu lōge distet: vix aut nihil moueri videbitur: sicut videmus in sole: luna: et stellis: que ita velociter mouentur: quod in spacio diei naturalis transeunt tantū spacium quantum ambit celum et terra: et tamen vix moueri videntur. Ex quibus patet quod localis distantia per potētiam visiuam nō percipit nisi ex appropinquatione. A simili concludo de deo seu de diuinis personis et ceteris articulis fidei: quoniā cum in infinitum sint remotissima ab humano intellectu: impossibile est ea intelligere et cognoscere: nisi per virtutē fidei et simplicem creditionem. ¶ Quarto denique probo vnico exemplo. quod scilicet cognitio de deo est necessaria ad cultum ipsius dei. Nam refert valerius de Archimede maximo philosopho. quod cum marcellus caperet Siracusam manu violenta: sciens quod ibi erat Archimedes philosophus: delectatus de sua prudētia: edictum fecit ne philosophus ille ab aliquo occideretur. At ille animo oculis ac manibus in terra affixus: figuras astrorum et circulos describens: superuenienti militi ac super eum strictum gladium tenenti: et inquirenti quisnā esset: propter nimiam auiditatem inuestigandi veritatē astrorum quam in predictis figuris querebat: nomen suū indicare non potuit: nec etiam manus a puluere subtraxit: sed respondit dicens Noli obsecro super circulum istum destruere et me impedire: quia aliter nō possum astra et celum: nec insuper causam primā celi atque astrorum cognoscere: diligere: et venerari: sicut naturalis ratō dictat. Ob quā causam miles cū gladio interemit: quasi neglexisset imperium eius: nec tamen eum ut philosophū cognoscebat. Quo exemplo patet quod si philosophus iste presupponebat cognitionem dei esse necessariam: ad hoc ut eum diligeret et veneraretur: a fortiori cuilibet fideli necessaria est cognitio et fides de deo et de diuinis: qua et deus et diuina ab ipso diligantur et venerentur. Que vtique cognitio nihil aliud ē nisi credulitas quedam: qua credimus digna de deo prout est quod habeat summā potentiā: cui nullus resistere potest: summā sapientiam: cui nihil potest abscondi: summam bonitatem: que summe odit omne malū: et diligit omne bonum: summā iusticiam: que sine fine malitiam punit et virtutem remunerat: summam prouidentiā: qua non tantum est creator diuersarum rerum ad decorē vniuersi: sed insuper conseruator earum: et in qua nullus potest cadere error aut defectus: siue ex ignorantia: siue ex timore: siue ex passione: aut aliquo inordinato amore. hanc cognitionē et credulitatē Paulus habebat quando prime Cor. 2. dicebat. Nō iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi Jesum christum et hunc crucifixū. Heu hodie pauci sunt qui hanc verā fidem cognitionē et credulitatem habeant de deo et de diuinis: et propterea pauci sunt qui deū vero corde diligant: et vero opere venerentur. Ideo cōtra tales Esaias in persona dei admiratiue. primo c. dicit. Audite celi que loquor: et auribus percipe terra: quoniam dominus locutus est. Filios enutriui et exaltaui per nobilitatē. scilicet intellectus. Ipsi autē spreuerunt me. scilicet per infidelitatē et incredulitatē. Cognouit bos possessorē suū: et asinus presepe domini sui: israel autē. id est populus christianus non cognouit me: et populus meus me nō intellexit. Vhe genti peccatrici: populo graui iniqtate: semini nequam

filijs sceleratis. Dereliquerūt deum: blasphe
mauerūt sanctū israel: alienati sunt retrorsuȝ
hec ibi. Ex predictis igitᷣ auctoritatibꝰ: ratio-
nibus: similitudine: atqȝ exemploꝰ patet. qua-
liter ad verum cultū cordis deo exhibendum
necessaria est cuilibet vera cognitio ipsiꝰ dei
⁊ eorū que ad ipm deū ordinanᷣ. ¶ Secūdū
insuꝑ quod est necessariuȝ ad cultum cordis
deo exhibendū dicitᷣ vera dilectio. s. ipsius dei
Ad hoc eniȝ ut quisqȝ cultu latrie deum ve-
re colat: non tm̄ requiritᷣ credulitas ⁊ cogni-
tio ipsius dei: sed insuꝑ necesse est ut deū cor
dialiter super oia bona creata amet ⁊ diligat
quod tripliciter probo. Primo auctoritati
bus. Secūdo ratione. Tertio similitudine
¶ Primo ꝓbo auctoritatibus. Nam Ra-
banus suꝑ gene. ait. Colere est ad deū qui so
lus est colendus: tota dilectione cordis ten-
dere. hec ille. Item. 23. q. 6. ca. iam vero. §. Ex
his. dicitᷣ. Sine dilectione dei nullus deo pla
cere potest. Insuꝑ Matth. 22. precipitᷣ. Dili-
ges dn̄m deū in toto corde tuo ⁊c̄. Itē sctūs
prosꝑ. de. pe. di. 2. c. j. ait. Diligere deum toto
corde debemus: ordinem autē dilectionis illi
ꝑuertunt: nec modū diligendi custodiunt qui
aut mundū qui cōtemnēdus est plus diligūt
aut minus diligēda plus amāt: aut ꝓximos
non sicut seipsos: aut deuȝ plusꝙ̄ seipsos for
te non diligūt. hec ibi. Deniqȝ Seneca libro
de quattuor virtutibꝰ ait. Quisquis iusticiam
sectari desideras: tunc deuȝ primū ⁊ ama ut
ameris a deo. Ex quibus auctoritatibus pa
tet: qualiter ad verū dei cultū requiritᷣ amor
cordialis ad ipsum deū. ¶ Secundo hoc idē
probo vnica ratione. vȝ coniūctionis. Funda
mentū rationis ponit Cōmentator super. 10.
Metha. di. Extrema non cōiunguntur natu
raliter nisi per mediū: patet hec regula. Naȝ
tectū ⁊ fundamentū alicuius domus non si-
mul connectūtur nisi per mediū parietis. Si
militer extremitatᷣ radicis ⁊ cacuminis arbo
ris non coniūguntur nisi per truncū ⁊ stipi-
tem. Item lapides duo in edificio: similiter
cum medio calcis vniuntur. Similiter deꝰ
cum homine: ⁊ ecōuerso: non potuit vniri in
incarnatione sm̄ Ber. nisi per mediū. s. amo
ris ⁊ charitatis. Quo ꝓsupposito: certum est
ꝙ si rationalis creatura dȝ beatificari: opor-
tet ꝙ vniatur cum creatore: ut eius presentia
in eternum perfruatᷣ: cum precipue beatitudo
nihil aliud sit nisi quedā coniūctio anime cū
deo per immediatā presentiā. Sed cum crea
tor ⁊ creatura sint duo extrema: immo plus
ꝙ̄ duo extrema: pro eo ꝙ in ipsis est infinita
distantia: impossibile est ꝙ simul coniūgan-
tur: nisi per aliquod mediū. Cum autem me-
dium vniens animā simul cuȝ ipso deo: sim
pliciter sit amor ⁊ charitas ipsius dei: cōclu-
de ex hoc: ꝙ ad verum dei cultum necessario
requiritur cordialis amor ad ipsum deum: si
ne quo non posset vnꝙ̄ ipsa anima cum deo
vniri: et per consequēs beatificari. Quod cō
firmans Bonauen. in ꝓmo. distin. 17. arti. ꝓ-
mo. q. ꝓma. verbaliter dicit. Solius charita-
tis actus: facit animā per beatitudinem deo
vniri. Et August. super epistolā primā Joā.
ait. Amor est vita quedam: duo simul copu-
lans: amantē scilȝ et amatum. Et Jhere. 31.
dicitur. In charitate perpetua dilexi te: ideo
attraxi te. scȝ ad beatitudinem miserans tui.
Et Osee vndecimo dicitᷣ. Traham eos scilȝ
ad beatitudinē cum funiculis charitatis. Ri
car. autem in suo quolibeto sic ait. Tria sunt
ad beatitudinem necessaria. scilȝ cognitio: ele
ctio: ⁊ vnio. Nam oportet primo cognoscere
bonum beatificans. ¶ Secundo oportet eli-
gere: ut scȝ volūtas illud velit. ¶ Tertio opor
tet tali bono vniri: que vnio similiter fit per
mediū amoris ⁊ charitatis. hec ille. Deniqȝ
apostolus ad Col. 3. Hortatur omnes ad ha
bendū charitatem: qua quisqȝ ⁊ cū deo vni-
tur ⁊ beatificatᷣ. di. Super omnia charitatem
habete. quod est vinculū ꝑfectionis. ¶ Tertō
deniqȝ probo vnica similitudine ꝙ. s. ad verū
cultū latrie deo exhibēdū necessario reqritur
cordialis amor suꝑ omnia ad ipsum deum.
Nam legitᷣ Matthei. 22. ꝙ cum quidā rex fe
cisset nuptias filio suo: ⁊ vidisset ibi homineȝ
non habentē vestem nuptialē ⁊ honorabileȝ
sed potius deformē ⁊ ignominiosam: fecit ꝑ
ministros sibi pedes ⁊ manus ligare: ⁊ sic ex
tra conuiuiū ⁊ palatiū cum ignominiose ⁊ vi
tuperose eicere. Qua similitudine datur in-
telligi: ꝙ pater celestis qui nuptias spiritua-
les fecit xp̄o filio suo in celi palatio: nemineȝ
ad illud conuiuiū ⁊ eternas nuptias acceptat
⁊ suscipit: nisi prius nuptiali veste: hoc ē amo
re ⁊ charitate induatur. Ex predictis igitᷣ au-
ctoritatibus: ratione: ⁊ similitudine: patȝ: qua
liter ad verū cultum cordis deo exhibenduȝ
necessaria est cuilibet vera dilectio ipsius dei
¶ Tertiū deniqȝ quod est necessariū ad cul-

De spe·

tum cordis deo exhibendum: dicitur vera speratio. Ad hoc enim ut quisq; cultu latrie deum in corde suo vere colat: non tm̄ requiritur vera cognitio ⁊ vera dilectio ipsius dei: ut pretactū est: sed insuꝑ necesse est ut speret in deo seu spem ⁊ confidentiā habeat in deo: ꝙ non ex proprijs meritis: sed magis per solam suam clementiā: sibi dabit ⁊ suam gratiam: et remissionē peccatorū: et eternam gloriam. ꝙ autem talis spes in deo sit habenda simpliciter: ⁊ nō in proprijs meritis tripliciter ꝓbo Primo auctoritatib⁹. Secundo rationibus. Tertio exemplis. ¶ Primo probo auctoritatibus: ꝙ spes diuine gratie remissionis peccatorū: ⁊ eterne glorie: in deo simpliciter est habenda: que spes ad diuinū cultum ꝑtinet. Unde Ambro. in examcron ait. Spem firmā in deo semper habeas: ⁊ tunc in diuina miseratione amplius sperandū est: cum ꝑ fidia humana oīno deficiūt: hec ille. Itē apostolus ad Hebreos. 6. ait. Confugiamus ad propositā nobis dei spem: quā sicut anchorā habemus anime tutam ⁊ firmā. Ubi ⁊ August. ait. Si videris te fluctuari in mari peccatorū huius mūdi: noli irrumpi: sed fuge ad anchoram diuine spei: qua securus in portum eterne vite ingrediaris. Et ꝓpheta ait. Spera in deo ⁊ fac bonitatem: ⁊ pasceris in diuitijs eius. s. gratie ⁊ glorie. Et alibi. di. Deus meus in te confido nō erubescā. Idem quoq; ait. In te domine speraui non confundar in eternū. Et alibi dicit. Sicut oculi seruorū in manibus dominorū suorū: pro beneficijs scȝ habēdis: ita oculi nostri ad dominū deū nostrū donec misereat̄ nostri. Et ecclesia. scđo dicit̄. Nullus sperauit in dño: ⁊ confusus est. Et Treno. 3. dicit̄. Bonus est dñs omnibus sperantib⁹ in eum. Aplus insuꝑ ad Hebreos quarto ait. Adeamus cū fiducia thronū gratie eius: ut misericordiā consequamur: ⁊ gratiā inueniamus in tempore oportuno. Deniq; Ber. suꝑ canti. ait. Securū accessum habes ad deū. o homo: vbi habes ante filiū matrem ⁊ filium ante patrē: mater ostendit filio pectus ⁊ vbera: filius ostendit patri cicatrices ⁊ vulnera: nulla ergo ibi poterit eē repulsa: vbi sūt tot charitatis insignia. hec ille. Ex ꝑdict̄ auctoritatibus patet: qualiter quisq; spē suā tenetur habere in deo ꝓ gratia ⁊ gloria possidenda. ¶ Secundo hoc idem probo duplici ratione. Primo ratione operatōis. Secundo ratione argumentationis. ¶ Primo probo ratione operationis. Fundamentū huius rationis ponit phus scđo Metha. di. Sicut se habet vnūquodq; ad esse: sic se habȝ ad agere. patet hec regula. Nam medicus quoniā habet habitū scientie ⁊ artis medicine. iđ operat̄ ad sanitates dandas egrotis. Similiter quia armiger habet artem ⁊ industriā armoꝝ. ideo tempe belli viriliter in armis se exercet. Quo presupposito: certum est ꝙ de⁹ est perfectissimus in tribus. vȝ in potentia: sapiētia: ⁊ bonitate: quia deus habet posse scire ⁊ velle: quod si sic est: ergo deus in eo ꝙ oipotens est: potest cuilibet in se speranti benefacere. In eo autē ꝙ summe bonus est: vult oīno bene facere. Et si deficeret ab aliquo trium predictoꝝ: nequaꝗ̄ ageret ſm proprietatem sue essentie atq; substantie: quod vtiq; sibi facere omnino est impossibile. Speret igitur quisq; ut debitū est in eius bonitate: ⁊ ꝑfecto ab eo gratiam ⁊ gloriā accipiet: quia cōsuetudo est magnorū: dominorū in se sperantibus ⁊ cōfidētibus magnalia dare. Sȝ heu vide queso humanā stulticiam. Nam principes sperant in fortitudine castrorū ⁊ ciuitatū suarum: vir diues in argento ⁊ auro. Rex in magno exercitu. Iudex in prouido consilio. Aduocatus in calido ⁊ astuto collogo. Miles in optio equo. Pugil in robore suo magno: ⁊ in astuto bellandi artificio. Bellator ꝗ libet in suo scuto ⁊ lācea. Sagittarius in suo arcu. Seruus in domino suo. Uxor in suo viro. Agricola in sua vinea: ⁊ possessione. Et deniq; venator in canibus suis. Sed in deo non inuenit̄ qui spem suam ponat: cum tamen supradicta omnia quandoq; iuuare nō possunt: aut nesciūt: aut nolunt: sed magis hominē aut decipiunt: aut interire sinunt. Cur igitur non magis speras in gratia creatoris tui: que nunꝗ̄ fallibilis est: ꝗ̄ in gratia mundanorū que ut plurimū fallibilis est et falsa. Audi quid spiritussanctus Hiere. 17. dicat Maledictus homo qui cōfidit in homine: ⁊ ponit carnem. i. parentes carnales brachium suum. Et sequit̄. Benedictus vir qui confidit in domino: ⁊ erit domin⁹ fiducia eius ¶ Secundo etiam ꝓbo ratione argumentationis. Fundamentū rationis ponit̄ scđo Thopico. Si de quo minus videt̄ inesse: ⁊ inest: et de quo magis. patet hec regula. Nam si simplex sacerdos aliquē ab aliquo casu absoluit: a for

tiori papa hoc facere potest. Quo p̃supposito
certũ est ꝙ pater carnalis carnali filio adiu-
torium p̃stat in se speranti ⁊ eũ inuocanti. si-
militer ⁊ amicus amico: quod si sic est: cum
deus in infinitũ sit melior cunctis parentibꝰ
⁊ amicis: clarũ est ꝙ dabit gratiã suam ⁊ glo
riam p̃sone in se speranti. Quod egregie cõ-
firmans saluator Lucc. xi. dicit. Quis vestrũ
habebit amicũ ⁊ ibit ad illũ media nocte: et
dicet illi: amice accõmoda mihi tres panes:
quoniã amicus meus venit de via ad me: et
non habeo quod ponã ante illũ. At ille peni
tus respondens dicat. noli mihi molestus eẽ
ecce iam hostiũ clausum est: ⁊ pueri mei me
cũ sunt in cubili: sed nõ possum surgere ⁊ da
re tibi? At ille si perseuerauerit pulsans: dico
vobis ꝙ si non dabit ei: eo ꝙ amicus eius sit
propter importunitatẽ tamẽ eiꝰ surget ⁊ da-
bit illi quotquot habꝫ necessarios. Et ego di
co vobis: petite ⁊ dabiť vobis: querite ⁊ inue
nietis: pulsate ⁊ aperieť vobis. Deinde subiũ
git dicens. Quis ex vobis patrẽ petit panẽ
nũquid lapidẽ dabit illi: aut piscem: nũquid
pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit
ouũ: nunqd porriget illi scorpionẽ? Si ergo
vos cũ sitis mali nostiꝭ bona data dare filijs
vestris: q̃to magis pater vester de celo da-
bit spiritum bonum petentibus se. hec ibi.

¶ Tertio deniqꝫ probo exemplis. s. ꝙ spes in
deo habẽda est: quã qui habuerit nunq̃ fru-
strabiť a desiderio suo. Nam recitat Pliniꝰ
libro de aialibꝰ. ꝙ pulli coruoꝝ a parentibus
derelicti quousqꝫ pẽnas albas i nigras mu-
tauerint: quodã instinctu nẽ in deo sperare vi
dent: dũ escã mõ quo p̃nt a deo petũt: qui li-
beraliter eis dat: dũ simplr vsqꝫ ad tps de ro
re celi pascit eos. Proinde ꝓpheta dic. Qui
dat iumẽtis escã ipsorũ ⁊ pullis coruoꝝ inuo
cantibꝰ eũ. Similiter elephas dũ grauatũ in
firmitate se sentit: quandã herbã sibi salutife
ram inuenit. Sed anteq̃ comedat eã: ad ce-
lum cũ facie diu leuat. ⁊ quasi in deo sperãs
salutẽ per herbam requirit. Et propterea ꝓ-
pheta dicit. Oculi omniũ in te. spe. dñe: et tu
das escam illis in tempe oportuno. Ape. tu
ma. tuã. ⁊ imp. omne animal be. Si igitur ut
patet etiaꝫ modo suo bruta animalia in deo
sperant: ⁊ accipiunt mercedem sue spei: cur
non magis rationale animal in deo sperat?
Refero nunc tibi exemplũ valde pulchrum.
Nam legitur ꝙ famulus cuiusdã domini sic
spem suam in domino suo posuerat: ꝙ etiaꝫ
in toto deum ignorabat. Cũqꝫ incurrisset pi-
culum mortis: dominũ suum aduocauit di-
cens. Cur domine mi non me adiuuatis: qui
sui vobis sic fidelis: sed mori me permittitis
Cui dominus. Multa fili expenderem si te
liberare possem. Sed non sum tante poten-
tie: ut te liberare valeaꝫ. Cui seruus. Nõ est
aliquis qui me liberare possit? Nemo iquit
nisi deꝰ. Cui seruus. Quis est iste deus? Cui
dominus. Rex est omniũ creator ⁊ rector.
Et famulus: si sic est: ego spero magis in ip-
so: q̃ in quolibet homine mũdi: ⁊ idcirco ego
totum illi me cõmitto: ipsiqꝫ promitto: ꝙ si
mõ mei habuerit curaꝫ: ipsi soli decetero ser
uiam. Quo dicto: statim deus in instanti eũ
anima ⁊ corpe curauit. Qui mox relicto do-
mino ⁊ mundo. in quodã monasterio ad ser
uiendum deo cunctis diebus vite sue se tota
liter contulit. Audi queso ⁊ aliud mirabile ex
emplũ. Nam legitur sicut supra. ꝙ quidam
valde pre diues erat: qui omnẽ spem suaꝫ in
ro posuerat. Cumqꝫ ad mortem venisset: nec
medicorum suffragio mortem vitare posset
omnes diuitias suas ante se ferri iussit. Qui
bus sic ait. O fallaces ⁊ false diuitie: super de
um vos amaui: omnẽ spem meam in vobis
posui: et nunc in vltima necessitate constrictꝰ
omni sum a vobis auxilio destitutus. Non
igitur vos post me dimittã: sed vos me pre-
ire faciam. Quibus dictis pauperes aduoca
uit: ⁊ omnia pro christo in quo spem veram
collocauerat pauperibus dedit: ⁊ statim mi-
raculose anima ⁊ corpore cõualuit. Opposi-
tum fecit quidã alius potens in diuitijs qui
in tantũ scelus incurrit: ꝙ relicto deo omneꝫ
spem suam in diuitijs posuit. Et infirmatus
ad mortem: famulos vocauit: ⁊ omnes suos
thesauros coram se ferri iussit: ⁊ anime sue
dixit. Ecce anima quanta bona tibi prepara
ui: quid recedere queris: quid anxiaris: hic
sta queso in eternum cum corpore: et noli re
cedere. Cumqꝫ nihil proficeret: sed morbo
ingruente mors approximaret: ille turbatus
et desperatus ait ad animam suam. Post-
quam misera non vis stare mecum vade in
profundum inferni: quia ego te commendo
centum milibus demonum. Quibus di-
ctis mox vitam infideliter finiuit: ⁊ diabo-
lus animam eius portauit. Ex predictis au-
ctoritatibus: rationibus: atqꝫ exemplis: patet

qualiter ad verum cultum cordis deo exhibendum: necessaria est cuilibet vera spes in ipso deo. Et per consequens ex predictis pȝ prima adoratio: vȝ cordialis: qua singulariter cultu latrie deus colitur. In qua osten sum fuit: qualiter ad verum cultū cordis: tria necessaria requirūtur: vȝ fides: spes: et charitas: que simul tria omnipotens deus vnicuiqȝ fideli anime concedat: qui sine fine viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sabbato post scđam dñicam quadragesime. Iterum de gnta excellentia. vȝ de nobilitate ipsius sacratissime fidei.

Fili tu semper

mecum es: et omnia mea tua sunt. Scribuntur hec verba Luc.15.c. et in euangelio occurrentis ferie. Post sacri euangelij litteralem et moralem expositionē magnifici ciues: exquo de gnta cōtemplatione cultus latrie seu diuine adorationis: que dicitur contemplatio modificationis: declarauimus p̄mam adorationem que dicta fuit adoratio cordialis: in qua etiā fuit ostensum: qualiter tripliciter deus corde coli tur. vȝ fide: spe: et charitate. Habeo in p̄senti sermone declarare de ipsa modificatione diuini cultus scđam adorationē: que plurimuȝ vtilis est et necessaria. Cuius scđe adoratōis declaratio talis erit.

¶ De scđa adoratione qua deus cultu adoratur: que fit ore: et dicitur vocalis.

Secunda ergo adoratio qua de⁹ singulariter cultu latrie adorat̄ dicit̄ vocalis: que adoratio fit actualiter ore verbo lingua seu voce: vnde ad perfectaȝ dei adorationē: sciendum est q̄ non tm̄ requirit̄ vt quis corde per fidem spem et charitatem deum colat: sed insuper requirit̄: q̄ ip̄m deū quantū fas est: voce etiā lingua actualiter colat et adoret. q̄ autem ad p̄fectum latrie cultū et ad p̄fectam dei adorationeȝ laus oris seu vocis requirat̄. tripliciter ꝓbo. Primo auctoritatibus. Scđo rōne. Tertio exemplis ¶ Primo ꝓbo q̄ deus non solum corde ſȝ etiam lingua et voce est adorandus. Nam Greg. in omelia super verba Jo.14. Si qs diligit me et c. ait. Ad laudem et dilectionē cōditoris: mens lingua et vita requirūt̄. Ambro. etiam in lib. de vita beata ait. Colendus est deus: et corde et voce et opere. Item ꝓpha dic̄ Nunquid manducabo carnes taurorū aut sanguinem hyrcoꝝ potabo. Immola deo sacrificium laudis. s. vocalis et redde altissimo vota tua. Item Eccle.39. dicit̄. In omni corde et ore collaudate et benedicite nomen dñi. Et apoc.19. dicit̄. Laudem. s. vocalem dicite deo nostro: omnes sancti eius: et qui timetis deū pusilli et magni. Grego. insuper i moral. ait. Mirum est q̄ rōnalis homo lingua nō semp̄ deum laudat: cū irrationales aues etiaȝ suo cantu deū iugiter venerent̄. Item Aug. lib. de doctri. xpiana ait. Deus eni et si nihil de ip̄o digne dici possit: admisit tm̄ hūane vocis obsequium: vt verbis nostris iugiter in sua laude gaudeamus. Deniqȝ causat. 2. Salomon in p̄sona dei quēlibet inuitat ad ipsum vocaliter laudandū. di. Sonet vox in aurib⁹ meis Vox eni tua dulcis: et facies tua decora. Ex quibus auctibus pȝ: qualr̄ quisqȝ deū nō tm̄ corde: sed etiā lingua et voce debet venerari. ¶ Scđo hoc idem ꝓbo vnica rōne. s. finalitatis. Fundamētū rōnis ponit phs.3. de aia di. Deus nihil facit frustra: ſȝ simplr̄ p̄p finē Quo presupposito: cū deus dederit homini linguā peto quo fine dederit. Nūqd malo fine: vt. s. homo mentiat̄: murmuret: falso iuret impudica verba loquat̄: blasphemet et maledicat ip̄ȝ deū et sanctos et cetera hmōi faciat Et clarum est q̄ non: quia tunc et ipse deus peccator existeret. q̄ si malo fine nō dedit homini linguam ergo dedit bono fine. Sed cū talis finis bonus non possit aliter adimpleri: q̄ȝ per laudem vocalem: ergo propter hoc quisqȝ cum voce sua lingua et ore debet deum laudare et venerari. quod cōfirmans Augusti. lib. ꝯfes. ait. O felix lingua q̄ deū sua voce veneratur. O infelix lingua q̄ et laudes dei taces: et q̄ in verbis tuis deū et primū maledicis. ¶ Tertio ꝓbo deniqȝ exēplis trib⁹: q̄ qsqȝ actualr̄ dȝ deū cū lingua et sua voce venerari. Primū exēpluȝ habem⁹ de Dauid propha sanctissimo: q de seipso dicebat. Benedicā dñm in oi tpe: semp laus eius in ore meo. Aliud exempluȝ ponitur Luc.2. vbi dr̄ q̄ in natiuitate dñi: celestes angeli in p̄sepio

pueri nati descenderũt:et cum assumptis cor
poribus humana lingua sensibiliter deuz ve
nerabant dicẽtes. Gloria in altissimis deo
et in terra pax hominibus bone voluntatis.
Quo exẽplo dat intelligi: q etiã quisqz lin-
gua sua et voce deũ humiliter debet venera-
ri. Aliud exemplũ habem9 de sctis anima et
corpore in celo iam beatificatis seu beatificã
dis: qui nõ solũ spiritu: sed etiam vocali voce
deũ actualiter laudant in eternũ: pphéta te-
ste qui ait. Beati q habitant in domo tua in
secula seculoꝝ laudabunt te. vz corde et voce.
Quod et cõfirmat Ric. in. 4. di. 49. ar. 4. q. 3
in solutiõe septimi argumẽti. vbi expsse dic q
laus vocalis erit in celo in eternũ: absqz tam
aliqua materiali passibilitate organi. Et alle
gat pphetã dicentẽ. Exultatiões dei et in gut
tur coꝝ. Aliud deniqz exemplũ Dañ. 3. vbi le
git. q cũ tres pueri. vz Ananias Azarias et
Misael. iussu regis Nabuchodonosor no-
luissent idolatrare: seu statuã adorare: statim
missi sunt in fornace ardenti: vbi ignis forna
cem. 40. cubitis supeminebat. Qui statiz am
bulantes in medio flãme: vocali laude sensi-
biliter deũ benedicebãt et venerabant dicen
tes. Benedictus es dñe deus patꝝ nostrorũ
et laudabilis et gloriosus et superaltatus in se
cula. propter quã laudẽ vocalẽ nec ignis eos
tetigit: nec quicq̃ molestie intulit eis. His
igit premissis. q vz ad pfectũ dei cultũ regri
tur laus vocalis seu verbalis: put ostendunt
auctoritates rõnes et exẽpla: si querit quot p̃
cipue regruntur ad hoc ut vere et pfecte ore et
lingua seu voce colat et veneret de9. Rñdeo
q sunt tria. quorum Primũ dicit professio.
Secundũ dicit impensio. Tertiũ dicit de-
precatio. ¶ Primũ igit quod est necessariũ
ad pfectũ cultũ oris deo exhibendũ dicit p-
fessio. s. diuine maiestatis. Non eni regritur
solũ q quis p cultũ fidei deũ corde adoret: sz
insup regritur q p loco et tpe veritatẽ et bo-
nitatẽ dĩne maiestatis etiã ore seu exteriori vo
ce pfiteatur. Et q hoc sit veꝝ tripliciter pbo
Primo auctoritate. Secũdo rõne. Ter-
tio distinctiõe. ¶ Prio pbo auctoritate apo
stoli ad Ro. 10. dicẽtis. Corde eniz credit ad
iusticiã: ore autẽ ꝯfessio fit ad salutẽ. vbi et glo
sa dicit. Salus hois nõ solũ in fide cordis: sz
in oris cõfessione cõsistit. ¶ Secũdo hoc idẽ
probo ratione preceptionis dĩne. Fundamẽ
tum rationis ponit saluator Mat. 5. Vbi p̃
cipit di. Sic luceat lux vestra corã hominib9
ut videant opa vestra bona: et glorificent pa-
trẽ vrm q in celis est. Quo cõcesso: q quisqz
tenet p indiciũ vocis et operis virtutẽ cordis
proximis demõstrare: certũ est q virtus cor
dis seu diuine cognitionis nõ potest claresce
re pximis: nisi per vocẽ oris. ppter qd phus
primo perier. ait. Voces sunt note et signa
earum q̃ sunt in anima passionũ. Qd si sic ẽ
ergo oportet q ad bonũ exemplũ pximoruz
quisqz nõ tm̃ corde: sed etiã ore deũ veneret.
Et ideo saluator hanc necessitatẽ demõstrãs
Matt. 12. dicebat. Ex fructu cognoscit arbor
Et ex habũdantia cordis os loqtur. Bonus
eni homo de bono thesauro cordis sui pfert
bona. hec ibi. ¶ Tertio deniqz pbo vnica di
stinctione Ric. in suo quolibeto. dicẽtis. Cuz
querit inquit an vocalis cõfessio diuine boni
tatis sit necessaria ad salutẽ. Rñdeo q qsqz te
net publice bonitatẽ dei et xpi confiteri propt
quattuor cãs. Prima est ut de9 honoret. Se
cunda est ut fides defendat. Tertia ut proxi-
mus edificet. Quarta ut blasphem9 et infide
lis cõfundat. Ex predicta igit auctoritate rõ-
ne et distinctione pz: qualiter ad verum cultũ
oris deo exhibendũ: regritur vocalis pfessio
diuine bonitatis. ¶ Secundũ insup quod est
necessariũ ad pfectum cultũ oris deo exhibẽ
dum dicit impẽsio. Non tm̃ quisqz debz ore
diuinã bonitatẽ pfiteri: sed insup dz eũ voce
vocali p susceptis beneficijs ipsi deo iugiter
gratias impendere seu referre: qd probo qua
druppliciter. Primo distinctiõe. Secundo
auctoritate. Tertio ratione. Quarto exem
plo. ¶ Primo pbo distinctione bti Tho. in
suo quolibeto dicẽtis. Cũ querit an p loco et
tpe quis tenet pro susceptis a deo gratijs ad
vocalẽ actionẽ gratiaꝝ. Rñdeo q sic. Cũ eni
triplex sit gratia. s. pueniens: coopans: et pse-
uerans: quisqz debz p his grãs referre largi
tori. Et de pma gr̃a dicit Grego. 7. li. mor.
Gratia pueniens est quoddã dei lumẽ ani
mã illuminãs ad bene faciendũ. hec ille. Si-
ne hac gratia null9 vnq̃ posset aliqd boni co
gitare: dicẽte apostolo. 2. ad coꝝ. 3. Nõ sum9
sufficiẽtes cogitare aliquid a nobis: quasi ex
nobis: sed sufficiẽtia nostra ex deo est. s. ex dei
gratia. Et Aug. li. de ecclesi. dogmatibus. ait.
Manet ad querẽdã salutẽ libertas arbitrij:
sed admonẽte pus deo et inuitante ad salutẽ
Et idem August. li. de pdestinatione sancto

rū sic ait. Prius est cogitare bonū ꝙ̄ facere
⁊ ipsum cogitare bonū ex deo est. Idē quoqꝫ
in libro de reparatione ⁊ gratia. di. Sine gra
tia dei nullū ꝓrsus: siue volendo: siue agēdo
faciunt homines bonū. et ad Bonifaciū pa-
pam ait. Non pōt homo aliqd boni velle ni
si adiuuet̄ a deo: qui nō pōt malum velle. Et
Ber. sup can. sermone. 33. dicit. Sciāt hostes
gratie: nec ad bonum cogitandū sufficere cor
humanū. Hanc igitur gratiā preuenientem
deus dat hominibꝰ cū omnes inuitat ⁊ inspi
rat ad bene agendū. ꝓpter quod Mat. xi. dr̄
Venite ad me oēs ⁊c̄. Et qm̄ hec grā ꝑ se n̄
saluat: ideo deus scdāꝫ grām coopantē pre-
stat: que cōiter datur dispositis ⁊ preparatis
per liberū arbitriū. De qua August. libro de
gratia ⁊ libero arbitrio. sic dicit. Coopando
in nobis deꝰ ꝑficit quod opando incepit: qr
ipse ut velimus opatur incipiens: qui volenti
bus coopatur ꝑficiens. hec ibi. Huic secunde
gratie tertiā gratiā ꝑseuerantē deus adiun-
git. Que gratia ꝑseuerans nihil aliud est: nisi
quedā continuatio boni vsqꝫ in finem vite.
Ad quā habendā homo in gratia cōstitutus
nō indiget aliqua alia gratia habituali: sꝫ di
uino auxilio ipm̄ dirigente ⁊ ꝓtegente ꝯtra
temptationū impulsus. vnde necesse habet a
deo petere predictū ꝑseuerantie donū: qr mlt̄
tis aliqn̄ datur gratia preueniēs ⁊ coopans
quibꝰ nō datur gratia ꝑseuerās. ecōtra de iu
stis hanc gratiā ꝑseuerantē habētibꝰ dicitur.
Prouer. 4. Iustoꝝ semita quasi lux splēdēs
ꝓcedit: ⁊ crescit vsqꝫ ad ꝑfectū diem. ex qua
distinctione patet: qualiter quisqꝫ ꝓ tribꝰ pre
dictis gratijs debet deo vocali voce gratias
impendere seu referre. ¶ Secūdo hoc idē ꝓ-
bo auctoritate apostoli ad ephese. 5. dicentis.
Gratias semp agite pro oibus. s. beneficijs
deo ⁊ patri in noie dn̄i nostri Iesu xp̄i. Itē
ꝑma Thessa. 2. ait. Gratias semp agimꝰ deo
sine intermissione. Seneca. 2. de bn̄ficijs ait.
Propriū beneficiati est semp gratias bene-
factori impēdere. Ber. insup in sententijs sic
ait. Disce in referendo grām deo nō esse tar
dus aut segnis: disce ꝑ singula dona gratias
agere: diligenter considera oia que tibi appo
nūtur: ut nulla dei dona debita gratiarū ac-
tione frustrent̄. hec ille. Deniqꝫ Aug. ad san-
ctū Aureliū sic dicit. Quid meliꝰ animo ge-
ramus: ⁊ ore promamus: ⁊ calamo exprima-
mus nescio: nisi ꝙ deo gratias semp agamꝰ

quia nec dici breuius: nec audiri leuius: nec
intelligi grandius: nec agi fructuosius aliqd
pōt. hec ille. ¶ Tertio insup ꝓbo ratione. vꝫ
vituperositatis. ꝙ. s. qsqꝫ vocali voce pro susce-
ptis beneficijs debꝫ deo gratias impendere.
Quā rationē per viā argumēti ponit Ber.
in sentētijs suis di. Si magna rusticitas est
ei qui mittit vasculū vini gratias non agere:
ꝙ̄to maior rusticitas est ⁊ ignominia ei gra-
tias nō agere: qui incessanter nobis tribuit
bona sua. hec ille. Propter talē sepe ingrati-
tudinē gratiaꝝ: deus sepe aufert grās iaꝫ da
tas ⁊ sepius dandas: dicēte August. sup illud
Ro. ꝑmo. Qui cū deū cognouissent: nō sicut
deum glorificauerūt aut gratias egerūt. Qd̄
deus inquit dederat gratis: tulit ingratis. et
Ber. sic sup can. ait. Ingratitudo gratiaꝝ est
inimica anime: exinanitio meritorū: virtutū
dispersio: beneficioꝝ perditio: ventus vrens
⁊ siccans fontē pietatis: rorem misericordie: ⁊
fluenta gratie. hec ille. Et Greg. in mor. ait.
Non est dignꝰ dādis: qui nō agit grates de
datis. ¶ Quarto deniqꝫ probo exemplo. ꝙ
quisqꝫ debet vocaliter gratias deo referre si
cut pōt. Legitur eniꝫ ꝙ quidā leo captus est
semel in funibus venatorū. Cui quidā pastor
compatiens: eū a vinculis absoluit propter
eius nobilitatē. Accidit aūt ꝙ dictus leo ite-
rum fuit captus a venatoribꝰ impatoris: ⁊ sic
in eaueā cum alijs beluis est inclusus. Conti
git autē ꝙ in eandē caueam supradictus pa-
stor propter quoddā scelus est proiectus a be
stijs deuorandus. Quē recognoscens leo: nō
solū ei nō nocuit: sed insup blando rugitu et
māsueta voce iuit ad eū: ⁊ eo mō quo potuit
toto corpe se sibi humiliter ꝓstrauit: eūqꝫ ab
alijs bestijs eum deuorare volentibus peni
tus cōseruauit. Quod audiens ⁊ videns im-
perator: ⁊ intelligens gratitudinē leonis er-
ga pastorem: vtrūqꝫ liberauit: ⁊ tradidit liber
tati. Si igitur animal brutū voce ⁊ ope gra-
tias retulit quas potuit benefactori suo: ꝙ̄to
magis rationale animal vocales gratias ex
hibere debet creatori suo. hoc iugiter obser-
uant deuoti religiosi: qui ante cibū semp di
cunt. Benedicite ⁊c̄. Post cibum vero dicūt
Agimus tibi gratias omnipotēs deus ⁊c̄. et
insup dicunt. Miserere: seu alios psalmos ꝑ
ut exigit diuersitas tempoꝝ. Sed tu o miser
mundane: nec ante: nec post cibum susceptuꝫ
gratias deo agis: quin potiꝰ ante ⁊ post de-

um blasphemas ⁊ maledicis. Ex predicta igi-
tur distinctione multiplici auctoritate: ratiōe
atq; exemplo patet: qualiter ad verū cultum
oris deo exhibendum requiritur actio gra-
tiarū. ¶ Tertium deniq; quod est necessariū
ad perfectū cultum oris deo exhibendū dicit̃
deprecatio. Non tantū ut pretactū est quisq;
debet ore diuinā bonitatem ꝓfiteri: ⁊ insuꝑ
cum vocali voce pro beneficijs susceptis ipsi
deo debet iugiter grãs referre: sed ꝙ vltra hoc
in suis necessitatibus debet quisq; deū deꝓ-
cari atq; humiliter exorare. Et ꝙ vocalis ora-
tio ⁊ deprecatio ad deum fieri debeat: qua-
drupliciter probo. Primo auctoritatibus.
Secūdo ratione. Tertio distinctione. Quar-
to exemplo. ¶ Primo probo auctoritate Au-
gust. libro de ecclesi. dogmatibus. dicētis. A
deo oratio necessaria est ad salutē: ꝙ etiam si
ne ipsa infans vnius diei saluari non pōt. Itē
Luce. 18. saluator ait. Oportet semꝑ orare: et
nunꝙ̃ deficere. vbi glosa ait. Semꝑ ore deū
orare debet quisq;: ut spiritū oris verbo inflā-
met ad deū. Et Luce. xi. Saluator ait. Pe-
tite ⁊ dabit̃ vobis: queri. ⁊ inuenie. pul. ⁊ ape.
vobis. Vbi ⁊ Augusti. ait. Erubescat hūana
pigritia que petere recusat: quia plus vult il-
le dare ꝙ̃ nos accipere: plus vult ille misere-
ri: ꝙ̃ nos a miseria liberari. Apostolus etiā
prima Thessa. vltimo. ait. Sine intermissiōe
orate. Et Jacobi. ꝑmo dr̃. Si quis indiget sa-
pientia postulet a deo q dat omnibus affluen-
ter. Grego. etiā. 23. q. 4. ca. obtineri. ait. Ipsa
quoq; ꝑhennis predestinatio ita ab omnipo-
tente deo disposita est: ut ad hanc electi cum
labore ⁊ virtute ꝑueniant: quatenus laboran-
do ⁊ orando merean̄t accipere: quod eis om-
nipotens deus ab eterno dare disponit. hec
ille. Deniq; Aug. in quodā suo tractatu quē
fecit de misericordia ⁊ orōne. sic dicit. Quid
inquit est vocali oratione ꝑclarius? quid vite
nostre vtilius? quid animo dulcius? quid est in
tota nostra religione sublimius? Oratio est
que nos xp̃ianos facit. Oratō est qua cū deo
loqmur: qua patrē dicimus: qua vniuersa de-
sideria nostra in cōspectu diuine maiestatis
effundimus. Oratio est que celos penetrat: nu-
bes transit: dei aures affigit. hec in eccl̃ia vni-
uersis gradibus necessaria est. hec cathecumi-
nis spūm: fidelibus presidiū: penitentibus so-
latiū prestat: hec iustos continet: subleuat pec-
catores: ꝑ hanc etiā qui stant nō cadunt: et q
elisi sunt erigun̄t. Hac vtitur etas ois ⁊ sexus.
hec conditio ois ⁊ dignitas. hec magna ser-
uat ⁊ minima. ꝑ hanc diuites tuti sunt. ꝑ hāc
pauperes nō deficiunt. In hac gubernamur
in prosperis. per hanc fiduciam gerimus in ad-
uersis. hec nobis in gaudijs iocūda est. Hec
in luctibus suauis. per hanc leticiam percipi-
mus. per hanc tristiciam declinamus. Hāc
quasi ydoneam quandā ac tutissimā nauem
vniuersorum desideriorū nostrorum merci-
bus oneramus: que nos ad omnipotentē de-
um manibus expansis: fusis: atq; precibus:
felici ꝓsperoq; cursu prouehit. per hanc om-
nia timoris domini ornamenta percipimus
per hanc quicquid fides inchoat: spes consū-
mat: charitas decorat: ⁊ assidua deprecatione
seruamus. per hanc in cōfessione persistimus:
in tētatione duramus. per hanc pro xp̃o cor-
poris vincula sustinemus. per hanc postremo
beata martyria consūmamus. hec Augusti.
¶ Secundo etiam probo vnica ratione. v; in-
structionis. ꝙ sc; quisq; vocali voce deb; de-
um humiliter deprecari. Fundamentū ratio-
nis ponit Boetius libro de disciplina scola-
rium. di. Boni discipuli naturaliter debent
sequi monita sui doctoris. Quo presupposi-
to: certum est ꝙ christus qui est doctor salu-
tis omniū: dedit precipue hoc documentum.
ꝙ sc; quisq; patrem celestē vocaliter oret di.
Matthei. 6. ca. Cum orabitis dicite: pater no-
ster qui es in celis: sanctificet̃ nomen tuū ⁊c̃.
Quod si sic est: ergo quisq; tanꝙ̃ bonus xp̃i
discipulus debet celestem patrē vocali prece
humiliter exorare. Hic te extende contra il-
los qui nesciunt orationem dominicā: et si
sciunt vix in anno semel illam dicunt. ¶ Ter-
tio etiam probo distinctione. ꝙ vocalis ora-
tio debet fieri ad deum. Nam Ricar. in q̃r-
to. distin. 15. arti. quarto. questio. secūda. Que-
rit an oratio sit actus virtutis latrie: et an de-
beat fieri ad deum. Et respondet in corpore
questionis di. ꝙ sic. Nam ad virtutem in-
quit latrie pertinet deo exhibere honorem te-
stificantem in ipsum dominū: inꝙ̃tum ipse
est solus creationis ⁊ conseruationis princi-
pium mundi. Homo autem cum orando ali-
quid petit a deo: quo in ipsum ordinetur si-
cut in suorum bonorum principalem aucto-
rem: sibi exhibet honorem: ꝓtestantem in eo
summū dominiū. Vnde propter hoc seqtur
ꝙ oratio est actus virtutis latrie. hec Ricar.

verbaliter. Idē quoqꝫ Ric. in. 4. di. 15. ar. 4. q. 6. in corpore. q. dicit. Cū querit īqt an de⁹ sit vocaliter orādus. Rn̄deo q̄ duplex ē orō quedā cōis. s. q̄ p ministros eccl'ie i psona toti⁹ ppli fidelis deo offert: ꝛ talis dꝫ innotescē pplo ꝓ quo offert ut excitet ad deuotionēꝫ: ꝛ ne possīt suspicari in ecclesie ministris illius debite orōnis omissionē: ꝛ ideo talis orō debet esse vocalis. Alia est oratio singularis. scꝫ que offert ab homine inq̄ꝫtum singularis psona: siue oret ꝓ se: siue ꝓ alio. Et talē orationem q̄ꝫuis non sit necessariū esse cū sensibili voce: nisi ad hoc homo sit obligatus ex voto: tamē quandoqꝫ expedit ad meritū ut mētali adiūgatur vocalis: ut p vocalem feruor cordis amplius excitet. Ex quadā enīꝫ naturali vnione anime ad corp⁹: motus corpis diuersimode affectiones anime excitant: ꝛ tales affectiones maxime si sint fortes diuersas mutationes in corpore excitant. vnde August. in epl'a ad ꝓbū circa mediū. Per certa interualla horarū ꝛ tempoꝝ: etiā verbis rogam⁹ deū ut illis rerū signis nos ipsos admoneamus ꝛ q̄ꝫtū in hoc desiderio ꝓfecerimus nobis ipsis innotescam⁹: ꝛ ad hoc agendū nos ipsos excitemus. Expedit etiā ad hoc: ut de lingua nostra deo seruiamus. Si tamē in casu vocalis oratio remitteret interiorē feruorē: tunc nō esset vocaliter orandū oratione singulari. Qn̄qꝫ etiā ꝓrūpit homo in vocalē orationeꝫ excessu mentis: q2 sicut dicit Aug. ad ꝓbum circa mediū. Dignior sequet effectus quē feruentior p̄cedit affectus. hec Ricar. verbaliter Ex qua distinctione etiā pꝫ: qualiter q̄sqꝫ vocali voce deū dꝫ humiliter dep̄cari. ¶ Q̄rto deniqꝫ ꝓbo exēplo saluatoris nr̄i Jesu xp̄i: q formā orandi nobis ꝓponit: dū non solū mētali: sed etiam vocali orōne in sua necessitate celestē patrē exorauit. vn̄ Mat. 26. dr̄. Procidit in faciē suam orās. s. vocaliter ſm glo. ꝛ dicēs. Pr̄ si possibile est transeat a me calix iste. Simile exemplū habem⁹ de apl'is. de quibus Actuū. p̄mo. dr̄. Erant hi. s. apostoli oēs ꝑseuerantes vnanimiter in orōne cum mulieribus: ꝛ Maria matre Jesu ꝛ fratrib⁹ eius. hec ibi. Et ex hoc statim spiritū sanctū. ut dr̄ Actuū. 2. in linguis igneis visibiliter accipe meruerūt. Ex p̄dictis igit auctib⁹: rōne: distinctione: atqꝫ exēplis pꝫ: qualr ad ꝑfectū cultuꝫ oris deo exhibendū: reqrit humilis dep̄catio ad deū. Et p ꝯsequēs ex p̄dict' pꝫ scd'a adoratio vꝫ verbalis: q̄ singulariter cultu latrie deus colit. In qua ostensum fuit qualiter ad verū cultum oris: tria necessario requirūtur scꝫ diuine bonitatis professio: gratiaꝝ actio: ꝛ humilis ad deū deprecatio. Que simul tria concedat vnicuiqꝫ fideli anime: sponsus animarū fideliū Jesus xp̄s: qui cum patre ꝛ spiritu sancto gloriosus viuit ꝛ regnat deus ꝑ infinita secula seculorū. Amen.

¶ Dominica tertia in quadragesima: iteruꝫ de quinta excellentia: videlꝫ de maxima nobilitate ipsius sacratissime fidei.

Omne regnuꝫ in seipsum diuisum desolabit. Scribūtur hec verba Luce. xi. ꝛ in euāgelio occurrētis dominice. Post sacri euangelij litteralē ꝛ moralē expositionē egregij ciues: exquo de q̄nta contemplatione cultus latrie seu diuine adorationis: que dicit contemplatio modificatiōis declarauimus secundā adorationē: que dicta fuit adoratio verbalis: in qua etiā fuit ostensum qualiter ore tripliciter colitur deus. vꝫ ꝓfessione: gratiarūactione: et humili deprecatōne: habeo in presenti declarare de ipsa modificatione diuini cultus tertiā adorationem. s. corporalem: que plurimū vtilis est siue erit ꝛ gratiosa: cuius tertie adorationis declaratio talis est.

¶ De tertia adoratiōe qua deus cultu latrie adorat que fit corpore ꝛ vocat corporalis.

TErtia igit adoratio qua deus singulariter cultu latrie adorat dicit corporalis. Que vtiqꝫ adoratio actualiter fit corpore. Sciendū igitur est. q̄ ad dei adorationeꝫ perfectā: non tm̄ requiritur ut quis corde per fidem: spem: ꝛ charitatem: deū colat: ꝛ insuper ore vel lingua p diuine bonitatis vocalem cōfessionem: gratiarū actionē: et humilē dep̄cationē deū veneret: sed insup requirit q̄ꝫtū fas ē: ut q̄sqꝫ corpe suo p corpalē seruitutē eū colat veneret ꝛ adoret. q̄ aūt ad ꝑfectū latrie cultū: ꝛ ad ꝑfectā dei adoratōꝫ reqrat seruit⁹ ꝛ adoratio corpal' tripli'r ꝓbo Primo auctē. Scd'o rōne. Tertio excitatione. ¶ Prio ꝓbo auctē Damascēi. li. 4. dicētis. Rōnale aial nisi deū colat sil' mēte ꝛ corpe a deo nō absoluit nec acceptat: ¶ Scd'o h̄ ideꝫ ꝓbo vnica rōe. vꝫ ꝯpositionis. Scd'm enim

phm.2.de aia. Quilibz hō ex duplici sba com pōit.vz formali ꝛ māli:seu itellectuali ꝛ corpo rali. Quo concesso:clarū ē ꝙ ꝑꝑ hoc duplicē deo adorationē ꝛ seruiturē qlibz īpēdē dz seu offerre. vz spūalē q̄ ꝯsistit itern⁹ i mēte:ꝛ cor- poralē q̄ ꝯsistit in exteriori corporis hūiliatio ne. Et qꝛ in oib⁹ actib⁹ latrie:illud qđ est exte rius referṫ ad illud qđ ē itern⁹ sic ad ꝑncipa- lius:iō exterior adoratio fit ꝑ interiorē:sine q̄ exterior nihil ꝓficeret ad salutē. ¶ Tertio de niqz ꝓbo excitatiōe.ꝙ.s.ad ꝑfectū latrie cultū reqratur ꝛ corꝑalis seruitus ꝛ adoratio. Qꝛ eni cuilibz est nāle vt ꝑ sensibilia ad itelligibi lia ꝑueniat:ꝑꝑ hoc qsqz dz deo humilē ꝛ cor poralē adorationem exibere:vt ex hoc magis exciteṫ cuiuslibz aius ad subiciēdum se deo:ꝛ insuꝑ cuiuslibz affectus magis inflāmeṫ ad diligēdū deū.his igiṫ ꝑmissis:ꝙ vz ad ꝑfectū dei cultum reqriṫ adoratio corporalis:prout ostendit auctoritas:rō:ꝛ exciatio.si queritur quot precipue modis dz deus adorari ꝛ coli. Rn̄do.ꝙ.5.mōis deum corporaliter colim⁹. Primo oblatione. Secūdo genuflexione. Tertio curuatiōe. Quarto extēsiōe. Qui to ꝑcussiōe. ¶ Primo coliṫ deus oblatiōe.s. corporis nr̄i. Tūc eni cū nostris corporibus deū veraciter colim⁹:qn̄ ipsa corpora nostra restrigim⁹:ꝓut est cuz ꝑꝑ deum a cibis dele ctabilibus ꝛ suꝑfluis ieiunamus:seu cū a vo luptatib⁹ carnis abstinemus:ꝛ insuꝑ cū suꝑ- fluā dormitionē resecam⁹. Nota tn̄ ꝙ dupli citer corpora hūana deo offerūtur seu offeri- mus. Et prio cū ab oibus illicitis ꝑꝑ deū ab stinem⁹:ꝓut faciūt vxorati ꝛ hmōi. ¶ Scđo cū nō tm̄ ab illicitis sz īsuꝑ a licitis nos spō te custodimus:qđ ꝑcipue faciūt religiosi: qui spōte ꝑ votū ꝛ aias ꝛ corpora creatori dedi- carūt.his ꝑmissis:dico ꝙ quisqz debz ꝛ tene tur vno ꝑdictorū duoꝝ modoruz corpus suū deo offerre atqz dedicare. Et ꝙ qsqz ad hoc teneṫ faciēdū qdruplr̄ ꝓbo. Prio auctorita tib⁹. Scđo rationibus. Tertio distictione. Quarto exemplis. ¶ Primo probo aucto ritatibus.ꝙ qsqz dz deū colere cū puritate ꝛ pudicitia:seu mortificatione sui corporis. Nā apl's ad Ro. 12.ait. Obsecro itaqz vos fra- tres ꝑ misericordiā dei:vt exhibeatis corꝑa ve stra hostiam viuentē sctāz deo placentem ra tionabile obsequiū vr̄z. Et nolite cōformari huic sclo.s.per cōcupiscētiā carnis:sed refor- mamini in nouitate sensus vestri:vt probetis q̄ sit volūtas dei bona:bene placēs:ꝛ ꝑfecta.h ibi. Idē quoqz ad Ro.6. Non regnet pecca tuz in vr̄o mortabili corpore:vt obediatis cō cupiscentijs eius:sed neqz exibeatis membra vr̄a arma iniqtatis peccato:sed semꝑ exhibi te vos deo. Et infra subiungit.sicut eni exhi- buistis membra vestra seruire inmunditie: ꝛ iniqtati ad iniquitatē:ita nunc exibite mem- bra vestra seruire iustitie in santificationez. h ibi. Et.j.cor.6.ait. Nescitis qm̄ corꝑa vestra mēbra sunt xp̄i. Tollens ergo mēbra xp̄i nū quid faciam membra meretricis? Absit. An nescitis qm̄ q adheret meretrici vnū corpus efficiṫ cuz ea? Erunt enim inqt duo in carne vna. Qui autē adheret deo vnus spūs est cuz eo. Fugite ergo fornicationez. Omne eni pec catuz quodcūqz fecerit homo:extra corpus ē. Qui aūt fornicatur in corpus suū peccat. An nescitis qm̄ mēbra vestra tēplū sunt spūs san cti q in vobis est:quē habetis a deo:ꝛ nō estis vestri. Empti eni estis precio mago:glorifica te ꝛ portate deū in corpore vestro.h ibi. Item 2.cor.7.ait. Charissimi mūdem⁹ nos ab om ni ingnamēto carnis ꝛ spūs:perficiētes sem per santificationē in timore dei. Idez quoqz apl's.j.thessa.4.ait. Hec ē volūtas dei santifi catio vr̄a:vt abstineatis vos a fornicatiōe:vt sciat vnusqsqz vestrū vas suū possidere i san tificatiōe ꝛ honore:nō in passione desiderij:si cut ꝛ gentes que ignorant deū.h ibi. Deniqz exodi.22.ꝑcipitur. Qui imolat dijs preterqꝫ deo soli occideṫ.vbi glo.ait. Qui imolat cor- pus suuz demōi:carni:ꝛ mūdo:a deo occideṫ per eternam mortez.h glosa. Ex predictis au- ctoritatibus patet:qualiter qsqz teneṫ ꝛ debz celuz ꝛ creatorē suū per castissimā sui corꝑis oblationez colere ꝛ adorare. Scđo h idē ꝓbo q̄druplici rōne. Primo ratione precissionis Scđo ratione dedicationis. Tertio ratio- ne satisfactionis. Quarto ratione beatifica- tiōis. ¶ Primo ratiōe precessionis.ꝙ quisqz debet ꝛ tenetur suum corpus deo per sacrifi cium offerre. Fūdamentū rationis ponit au- ctor in libro de causis.di. Omnis causa na- turaliter precedit suū effectuz.patet hec regu- la. Nam arbor naturaliter precedit suuz fru ctum. Quo presupposito:certuz est ꝫm Tho. 3.parte sūme.q.22.ar.2.in corpore questionis ꝙ omne sacrificium triplici rōe offerṫ. Pri- ma ē ꝑꝑ remissionē culpe:per quam homo a deo auertiṫ. Et ideo dicit apl's ad heb.5.ꝙ ad

sacerdotem pertinet ꝙ offerat dona ⁊ sacrifi
cia deo pro peccato. ¶ Secunda ratio est pro
pter collationem: ⁊ conseruationem gra-
tie qua semper deo inheret: ⁊ in qua par ho-
minis ⁊ salus cõsistit. vnde in lege veteri offe
rebatur hostia pacifica pro salute offerentiuȝ
vt habetur leuitici. 3. ¶ Tertia ratio quare sa
crificiuȝ offertur est propter adeptionem glo-
rie: per quã mens perfecte deo cõiungitur, ꝓ-
pter quod in veteri lege offerebatur holocau
stum quasi totum incensum: vt dicitur leuiti
ci primo. Cuȝ igitur hec tria videlicet remis-
sio culpe: īfusio gratie: ⁊ adeptio glorie: sint ꝑn
cipaliter a deo tanꝗ̃ a causa effectiua: ex con
sequenti vero acquirantur nõ tm̃ per anime
sed etiam per corporis santificationem tanꝗ̃
per causaȝ dispositiuã. Cõcludo propter hoc
ꝙ quicũqȝ vult hos tres effecus in se possi-
dere: necesse est ꝙ prius habeat in se corporis
scimoniam ex qua dispositiue ꝑdicti tres ef-
fectus acquiruntur. ¶ Secundo ħ idem pro-
bo ratione dedicationis. Fundamentum ra
tionis ponitur extra. de re. iur. libro. 6. c. Se-
mel deo dicatum: non est vlterius in vsus hu
manos transferenduȝ. Similiter extra de re-
rũ permutatione. c. Mãcipia. dicitur. Quod
semel consecratuȝ est ad vsus humanos: am
plius transferri nõ decet. patet ħ regula. Nã
ligna semel ecclesie coniũcta non debent am
plius ad opera secularia transduci. Sic enī
precipit Iginꝰ papa de cõse. di. prima. c. ligna
vbi ait. Ligna ecclesie dedicata nõ debẽt am
plius ad aliqđ opus iungi nisi ad aliaȝ eccle
siam. vel sunt igne cunburenda. vel sunt ad ꝑ
fectum in monasterio fratribus tradẽda. In
laycorum autem opera nequaquaȝ debeant
admitti. ħ ibi. Hoc ideȝ intelligit de vestimẽ
tis ecclesie. de quibus de cõse. di. j. c. vestimẽ
ta. dicitur. Vestimẽta ecclesie quibus domi
no ministratur ⁊ sacrata debent esse ⁊ hone-
sta: quibus in alijs vsibus non licet frui ꝗ̃ ec
clesiasticis: nec ab alijs debent contingi aut
offerri nisi a sacratis hoĩbus. ħ ibi. Preterea
videmus ꝙ ꝑsonis semel in matrimonio cõ
iunctas nunꝗ̃ licet ipsis viuentibus se ab in-
uicem separare: nisi forte per vtriusqȝ partis
consensum. Quo presuposito: ꝙ videlicet res
semel ad vnũ finem dedicate: non debẽt am
plius ad aliuȝ finem transferri: certum est ꝙ
quisqȝ christianus aut per votum religionis
aut per sacramentum baptismi corpus su-
um ad diuinam seruituteȝ dedicauit. vnde ⁊
in baptismo promittitur. Abrenuntio satha-
ne ⁊ omnibus pompis eius. i. carnalibus vo
luptatibus. Quod si sic est: ergo quisqȝ tene-
tur iugiter suum corpus vsqȝ ad morteȝ deo
per seruitutem offerre. ¶ Tertio ħ idem pro-
bo ratione satisfactionis. Fundamentum ra
tionis ponit philosofus. 2. de anima. di. Age-
re est principaliter a forma: deide a materia:
⁊ ex consequenti a toto cõposito. patet hec re
gula. Nam actus incisionis qui fit in pane
seu ligno: per prius procedit a forma cultelli:
⁊ non soluȝ a forma: sed a materia ferri. ⁊ sic
per consequens dicitur fieri a toto composi-
to. Quo presupposito: certũ est a simili ꝙ pec
cata que fiunt prius procedũt a volũtate ani
me tanꝗ̃ a forma. deinde a corpore tanꝗ̃ a
materia: ⁊ sic ex consequenti a toto composi-
to. patet hoc in peccato adulterij. Nam adul
terium aut est consũmatum: ⁊ sic prius proce
dit a voluntate precipiente: deinde a corpore
obtemperante. Aut non est consũmatuȝ: ⁊ sic
est in voluntate soluȝ: que tamẽ voluntas ex
dependentia corporalis materie procedit: ꝙ
si vt patet corpus simul cum anima deuȝ of-
fendit: clarum est ꝙ vtrunqȝ debet deo satis-
facere de offensa vt placetur: propter quod. 2.
q. j. c. notum. ⁊. 17. q̃one. 4. c. Omnis. dicitur.
Agentes ⁊ consentientes pari pena puniun-
tur. Et sapiẽ. xj. dicitur. Per q̄ peccauerit ho
mo per ħ ⁊ puniet. Cũ igitur talis satisfactio
non possit fieri deo nisi corpus in dei serui-
tium per sanctimoniam offeratur: necessario
concluditur ꝙ quisqȝ corpus suum tenetur
deo per pudicitiam ⁊ abstinentiam offerre.
Proinde Grego. 27. questiõe. 2. c. Sunt q.
dicit. Duobus modis sancti viri etiam a lici
tis abstinere solent. Aliquando vt merita si-
bi apud omnipotentem deum augeant. Ali-
quando vero vt anteacte vite culpas deter-
gant. Iteȝ. xj. q̃one. j. c. Aliud. leo papa ait. Il
licitorum veniaȝ postulantem oportet a mul
tis etiã licitis abstinere dicente apostulo. om
nia mihi licent: sed nõ oĩa expediũt. ¶ Quar
to insup hoc idẽ ꝓbo rõne beatificatiõis. Sẽ
tentia est theologoꝝ in. 4. di. 49. ꝙ deus nõ
tm̃ animã beatificabit ꝑ fruitioneȝ sue visio-
nis: sed insup glorificabit: ⁊ corpus tam ex re
dundantia glorie anime in ipsuȝ corpus ex q̄

suscipiet claritatē maximā subtilitatē: passibi
litatē: ⁊ agilitatē quā et ex visiōe seu appreben
siōe sui obi: qd erit corp⁹ xpi glorificatuz. Ex
quo clarū quia aīa glorificabit i visione diuini
tatis: corpus vero sūme delectabatur ex glo-
riosa visione corporis christi. dicente Ber. in
suis sentētijs. Plenuz inqt prorsus erit om
ni suauitatis dulcedine videre hominē homi
nis conditorem. Quas simul duas beatifica
tiones saluator insinuans Joā. 10. ait. Ego sū
hostiū. s. eterne vite: per me si quis introierit:
saluabitur ⁊ ingredietur. s. per visionē diuini-
tatis ⁊ humanitatis ⁊ pascua inueniet. s. vtri
usqz beatitudinis. Qd etiā confirmās Aug.
in libro de spiritu ⁊ aīa ait. Dupliciter inqt
est vita anime: vna qua viuit in deo: ⁊ duo q
dē sensus sūt in homine: vnus interior: ⁊ ali⁹
exterior: ⁊ vterqz bonū suū habet in quo refi
citur. Sensus interior in cōtēplatione diuini
tatis. Sensus exterior in cōtemplatione hūa
nitatis: propterea eniz deus est homo factus
vt totū hominē in se beatificaret: vt tota con
uersio hōis sit ad ipsū: ⁊ tota delectatio eēt in
illo: vt a sensu carnis videretur p carnez: ⁊ a
sensu mentis p diuinitatis contēplationem.
hoc erat totū bonum hominis vt siue ingre-
deretur siue egrederetur pascua inueniret. h
ille. Ex pmissis ↄcludo: quia si deus aiaz simul
⁊ corpus glorificabit: clarū est quia nō tm aiam
sz isup corpus qsqz dz p seruitutē i sacrificiū
deo offerre. Ex predictis igit qtuor rationib⁹
clarissime patet qualiter quisqz teneat aiaz si-
mul ⁊ corpus in dei seruitiū exhibere. ¶ Ter
tio hoc idē pbo vnica distictiōe beati Tho. i
tertio. di. 9. ar. 3. q. 3. ⁊ 2. 2. q. 85. ar. 3. dicentis.
Cū qrit de qbus debemus deo sacrificiū of-
ferre. Respōdeo quia de tribus bōis. vz de bo-
no mentis: de bono exterioris rei: ⁊ de bono
corporis. Cuius rō h ē: qr de illis bōis debe-
mus offerre sacrificiū deo q hēmus a deo. vñ
cū triplex bonū habeamus a deo. s. bonū aie
bonū rei exterioris: ⁊ bonū corporis: ergo de
his trib⁹ bōis debem⁹ offerre sacrificiū deo.
¶ Primū igit bonū iteri⁹. s. aie etc offerimus
deo: qñ iteriori quodā sacrificio: vz deuotiōe
orone ⁊ dilectiōe deū veneramur: ⁊ hoc ē sa
crificiū pncipale. ¶ Scdz bonū qd habem⁹
a deo est bonū exteriorū rerū: de quo sacrifi-
cium duobus modis deo offere debemus. s.
mediate ⁊ imediate: seu directe ⁊ indirecte.
Directe quidem offerimus quando imedia-
te res nostras exteriores ei exhibemus. In-
directe vero offerimus quādo eas pter deū
proximis cōicamus. Et per hūc modū mise-
ricordia quā hō impendit homini prout est
opus vtile hōi: si non fiat pter deum: nō est
sacrificiū ⁊ res diuina. ¶ Tertiū dēniqz bonū
qd habemus a deo est bonum corporis: qd
tūc deo quodāmō i sacrificiū offerimus: cuz
per martiriū seu abstinētiaz illud cruciamus
h Thomas formaliter. ¶ Quarto deniqz pro-
bo exēplis: quia s. quisqz dz deo suū corpus i sa
crificiū ⁊ seruitutē offerre. ¶ Primū exēplū
habemus de saluatore nr̄o: qui. 33. annis cor
pus suū imaculatū deo patri sacrificauit: nec
illud vnqz alicui libidini ⁊ cōcupisentie subie
cit. Proinde ad eph. 5. apostolus ait. Tradi
dit xps semetipsuz oblationem ⁊ hostiā deo
in odorem suauitatis. Quod ↄfirmās Aug.
10. de ci. dei sic ait. Verus ille mediator dei ⁊
hoiuz: homo xps Jesus: cū i forma dei sacri
ficiū cū patre sumat: cū quo vnus ē deus: tñ
in forma serui maluit eē sacrificiuz qz sumere
sacrifitiū: dū seipz pri obtulit in ara crucis: ne
hac occasiōe qsqz extimaret sacrificādū crea
turē eē: seu qsqz renūeret se dō i sacrificiū exhi
bē. h ille. Quo xpi exēplo: qsqz a filij se dz pri
celesti i sacrificiū offere. Ad qd faciēdū horta
mur. i. pe. 4. vbi sic dr. xpo igit i carne passo: ⁊
vos eadē cogitatiōe armamini: qr q passus ē i
carne dsijt a pctis: vt iā nō hoiuz dsiderijs: sz
volūtati dei: qd reliquū est in carne viuat tē-
poris. ¶ Aliud exemplū habemus de sacris
martyrib⁹: q diuersimode ppriū corpus per
martyriū deo in sacrificium liberaliter obtu
lerunt. Ex predictis auctoritatib⁹: rōib⁹: disti
ctiōe: ⁊ et exēplis pz: qualiter deus colitur ex
oblatione proprij corporis. ¶ Secundo insu-
per colitur seu coli debet deus genuflexione
seu corporis pstratiōe. Nam quando quisqz
se corā deo genuflectit pro gratia aliqua seu
gloria impetranda: tunc deuz singulariter di
citur venerari. Ad quod faciendum tria nos
inducunt. Primo auctoritas. Scdo rō.
Tertio exēpla. ¶ Prio iducit qsqz ad colē-
lēdū deū ⁊ venerandu auctoritate Michee
prophe. 6. c. dicentis. Quid dignuz inquit of-
ferā domino. Curuabo genu deo excelso. Si
militer Jsa. 45. c. dicitur. Viuo ego dicit do
minus ⁊ mihi curuabatur omne genu. ¶ Se
cundo ad hoc faciendu quelibet inducit ra-
tio: vz argumentatiōis. At nō videmus p ex-

perientiã:ꝙ q vult petere grãz a tẽporali dño
seu rege ⁊ papa:nõ tm̄ petit:sȝ isup se ꝓsternit
⁊ genuflectit. Et claruȝ est ꝙ sic.vñ tertij Re.
primo dicit. Quod cũ introisset Nathã in cõ-
spectu regis Dauid:adorauit cũ pron⁹ in ter
rã.qḋ et silr̄ fecit Bersabee vxor ipsius regis
Qui ambo postulauerũt hãc gratiam a rege
vt post mortẽ suã ꝯstitueret Salomonẽ regẽ
⁊ nõ aliũ.Qḋ si sic est:ꝙ talis veneratio ge-
nuflexionis ⁊ ꝓstrationis:fit dñis ⁊ regibus
tẽporalibus pro impetrãdo bñficio tẽporali:
a fortiori dȝ quisqȝ se corporaliter genuflectẽ
corã rege regũ:qui excellit in dignitate in ifi-
nitum oẽs simul reges: duces: ⁊ imperatores
nec nõ ⁊ papã:pro consequendo vitam eter-
nam.Sed.O superbia humana ⁊ mũdana.
O vituperiuȝ incõparabile.O confusio de-
testanda.Ecce si vni magno domino loque-
ris:tu genua i terra põis. si imperatori:tu te ge
nuflectis.Si superiori prelato loqueris: tu te
inclinas cum ꝑsona ⁊ genu:⁊ quasi in omni
verbo similem reuerẽtiam facis.Si vero cũ
deo ⁊ creatore tuo vis loqui: genua prorsus
⁊ personaȝ flectere dedigneris:quasi si deus
ipse minor sit in dignitate quolibet tẽporali
dño ⁊ ꝑlato.Siue igitur ores in publico:siue
in abscondito:dico ꝙ debes te cũ maria re-
uerẽtia ⁊ deuotiõe genuflectẽ.Silr̄ hoc age-
re debes erga sacratissimũ sacramẽtum:vbi
in ecclesia iacet:prout hẽs extra de reli.⁊ ve-
ne.sanc.c.j.Et qñ inde trãsis te curua ⁊ ge-
nuflecte:queãdmodũ fecit asina cuiusdã here
tici corã sancto Antonio ḋ padua.Similiter
qñ i missa corpus xp̄i eleuatur:genuflecte te
hũiliter: ac patiẽter sic maneas donec cõio fi
at.O cõtadini vbi estis:qr qñ missa celebrat
nunq̄ȝ ecclesiam intrant nisi qñ dicitur san-
ctus. Et cuȝ audiunt ꝑsbyterũ dicentẽ San
ctus.currũt in ecclesiã.ac spingunt se sicut be
stie:⁊ aliqñ vnuȝ pedem tenent leuatũ ⁊ aliũ
curuũ tanq̄ȝ ciconie.Et cũ corpus xp̄i est ele-
uatũ:ab ecclesia fugiunt tanq̄ȝ si demonẽ vi
dissent.Taceo de qbusdaȝ nobilibus ⁊ dñis
qui in eleuatione corporis xp̄i dedignantur
etiam genuflectẽre ⁊ biretum extrahere. O
perfidi xp̄iani.O canes pessimi.O gñãtio ar
rogans:⁊ superba:vbi est amor ⁊ honor quẽ
tenemini habere erga deum ⁊ creatorem ve
strum.¶ Tertio ad colendum deum per hu-
milem genuflexionẽ ⁊ prostrationem nos ex
empla inducunt.Et primo exempluȝ apl̄i ad

eph.tertio.de seipo dicẽtis. Flecto genua ad
patrẽ domini mei iesu christi.Hoc ideȝ pre-
cipit sancta ecclesia faciendum precipue duȝ
orat in parasceue di.Oremus.Flectam⁹ ge-
nua. Hoc idẽ fecit saluator.ḋ quo Luc.22.di
cit.Positis in terra genibus adorauit di.pa
ter ⁊c.Iteȝ apocali .4.⁊.15.legit.ꝙ.24.senio
res procidebãt añ sedentem in trono:⁊ ado-
rabant viuẽtem in secula seculorum.Simili
ter apocali.7.dicit. Et omnes angeli stabãt
in circuitu troni ⁊ adorauerunt proni deũ in
terram dicentes. Benedictio ⁊ claritas ⁊c.
De beato etiam Bartholomeo legit.ꝙ cen-
ties flexis genibus orabat deum per diem:⁊
centies per noctem.Et de beato Iacobo mi
nore etiam legitur. ꝙ tantuȝ flectebat genua
ꝙ videbatur habere duritiam camelorum.
Ex predictis auctoritatibus:ratione:⁊ exem
plis patet:qualiter deus etiam colitur seu co
li debet genuflexione corporis: atqȝ humili
prostratiõe.¶ Tertio insup colitur seu debet
coli deus curuatione:seu capitis inclinatio-
ne.Quãdocunqȝ enim quis inclinat:seu ca-
put suum incuruat:aut ad deum:aut ad san
ctos:tũc profecto ⁊ deum colit: ⁊ veneratur:
eo ꝙ talis incuruatio:est quoddam signũ hu
militatis ⁊ reuerentie ad ipsum deuȝ.Ad ta-
lem dei venerationem per capitis inclinatio
nem ordinatio sancte ecclesie vnũquẽqȝ chri
stianum inducit:cuȝ ex consuetudine vult:ꝙ
quando missa vel diuina officia celebrantur
vnusquisqȝ humiliter ⁊ reuerenter iclinet ca
put suũ:precipue cum dicitur:gloria patri ⁊ fi
lio ⁊ spiritui sancto:qm̄ he tres ꝑsone in vna
essentia sunt vnus deus.Quid ibi agis o be
stia:⁊ superba persona:Noli q̄so tãq̄ȝ statua
manere in ecclesia ad offitia:sed humiliter in
clina caput tuum quotiens audis gloria pa-
tri ⁊c.Item quãdo transis coram aliq̄ ima-
gine alicuius sancti:vel sancte:hoc idem fa-
cias:precipue tamẽ cum transis coram ali-
qua cruce:seu aliqua imagine crucifixi:⁊ vir-
ginis gloriose:humiliter curua caput tuum:
qm̄ vt dicit sapiens:pro tali reuerentia acce-
det tibi bona gratia. Super omnia tamẽ ca
put tuum humiliter curuare debes: quando
audis nominare aut i missa:aut in officio no
mẽ Iesu: quoniaȝ in virtute huius nominis
benedicti:nobis peccata remittũtur.Sic eni
dicit.i.Io.2.Scribo vobis filioli:quia remit-
tuntur vobis peccata vestra propter nomen

eius. Et Mat.2. Angel⁹ dixit ad Joſeph. vo
cabis nomē ei⁹ Jeſuꝫ. Ipſe eni ſaluū faciet
populū ſuū a peccatis eorum. Ad hoc etiam
faciendum: eccleſia inducit vnūquēqꝫ fideleꝫ
extra de imunitate eccleſiarum. libro. vi. c. de
cet. vbi dicit. Conueniētes in eccleſia nomen
illud quod eſt ſuper omne nomē: a quo aliud
ſub celo nō eſt datum hominibus: in quo ſal
uos fieri credentes oporteat: nomē videlicet
ieſu xpi: qui ſaluū facit populum ſuum a pec
catis eorum: exhibitione ſpecialis reuerentie
attollat. Et qđ generaliter ſcribitur: ꝙ in no
mine Jeſu omne genu flectatur: ſinguli ſingu
lariter in ſeipſis implentes: precipue dū agū
tur miſſarum ſacra miſteria: glorioſum illud
nomē quādocunqꝫ recolitur flectant genua
cordis ſui: quod vel capitis inclinatiōe teſten
tur. h ibi. Apoſtoluſ autē hortatur vnūquēqꝫ
nō tm̄ curuare caput: ſed inſuꝑ genuflectere
cū audit nomen ieſu. dicens ad Phi.2. In
nomine ieſu oē genu flectatur: ce. ter. ⁊ infer.
Ex predictis omnibus etiam patet: qualiter
deus colitur: ⁊ venerat̄: ⁊ cuꝫ capitis humili
inclinatiōe atqꝫ incuruatione. ¶ Quarto in-
ſuꝑ colitur ⁊ veneratur deus extenſione ma
nuū ſeu eleuatiōe: ꝓut eſt quādo quis eleuat
manus ad celū: aut quādo brachia in modū
crucis propter deū tenet extēſa. Nam talis
manuū extenſio ſeu eleuatio: eſt quedam ꝓ-
feſſio humilitatis ex qua veneratur deus: vl
etiā neceſſitatis. Hac adoratione Salomon
deū veneratus eſt: de quo eccleſiaſtici vltimo
dicitur. Inclinauit ſe Salomon in cōſpectu
totiuſ eccleſie ⁊ aperuit manus ſuas ad celū
⁊ dixit. Exaudi deus preces populi tui. Qui-
cūqꝫ eni orauerit in loco iſto exaudias illum
de celo ſancto tuo. Hoc idē faciebat Dauid
qui in ps. ait. Tota die expandi ad te manus
meas. Hoc idem fecit Moyſes. qui vt ha-
betur exo.17. Quociēſcūqꝫ extēdebat man⁹
ſuas ad celū cōtra Amalech. totiēs eum ſu-
perabat. Et exo.9. dicitur. Cum egreſſus fue-
ro. ſ. ego Moyſes de vrbe: extendaꝫ palmas
meas ad deū: ⁊ ceſſabūt pluuie ⁊ tonitrua. h
ibi. Propter hec oia apl̄. j. thi.2. hortatur di-
cēs. Volo viros in omni loco puras manus
leuare ad deū. Nec miruꝫ ſi quiſqꝫ hoc mo-
do deū dꝫ venerari: qm̄ ſi pauper manus ex
tendit vt a tēporali domino elimoſynā acci-
piat: multo magis quiſqꝫ fidelis debet man⁹
ad deuꝫ leuare ⁊ extendere: vt ex hoc eternā
vitā accipere mereatur. Ex predictis etiaꝫ pa
tet: q̄liter deus colitur ⁊ honoratur manuum
eleuatiōe ⁊ extēſione. ¶ Quinto deniqꝫ colit̄
ſeu debet coli deus percuſſiōe: videlicꝫ pecto
ris: aut tōſione. Tunc enim ſingulariter ali-
quis deū colit ⁊ veneratur: quādo ex contri-
tione pectus ſuū humiliter tondit aut ꝑcutit.
Proīde eccleſia hoc inſinuare volens faciē
dum: ordinauit vt ſacerdos duꝫ celebrat ⁊ cō
feſſionē facit percutiat ter pectus ſuuꝫ: dicēs
mea culpa: mea culpa: qđ ⁊ reſpōſores ⁊ au-
ditores ſimiliter facere debent ⁊ cōiter faci-
unt. Eadem triplex percuſſio pectoris ſimili
ter fit quādo ter dicitur in miſſa Agnus dei.
Si aūt quereretur quare magis pro colēdo
deo non percutit̄ os ſeu oculi: vel cetera mē-
bra ſicut pectus. Reſpōdeo. ꝙ non eſt alius
modus magis congruus ad colendum deū.
Et ratio eſt. Nam qui vult ut patet per expe
rientiam totam arborem eradicare: non in-
cipit a frōdibus: ramis: folijs: ⁊ fructibus: ſed
ſimpliciter a radicibus. Radix omnium aūt
peccatorum eſt cor: ſm̄ ſententiā ſaluatoris.
Mat.15. dicentis. De corde exeūt cogitatio-
nes male: homicidia: furta ⁊c. huiuſmodi. Cū
igitur homo pectus percutit: tunc verificatur
ſentētia ſaluatoris Mat.3. dicentis. Ad radi
cem arboris ſecuris poita eſt. Accipe ergo q̄
ſo pulchruꝫ ⁊ notabile documentū. Quotiēs
cūqꝫ eniꝫ quis percutit manibus pectus ſuū
propter deum: totiens clementiſſimus deus
omnia peccata cordis oris ⁊ operis ei liben-
ter dimittit. Et ꝙ ex humili pectoris tonſio-
ne deus omnia ſimul peccata remittit: cū ꝓ
poſito tn̄ ad debitū tempus ea confitendi: tri
pliciter probo. Prio auctoritatibus. Se-
cundo ratione. Tertio exemplo. ¶ Prio ꝓ-
bo Auctoritatib⁹. Nam Augu. ſuper verba
luc.18. Percutiebat pect⁹ ſuū ⁊c. ait. Percu
te inquit humiliter pectus cordis tui: ⁊ con-
feſtim omnia peccata erunt deleta. Item ec
cleſiaſtici 20. dicit̄. Eſt qui multa redimit. ſcꝫ
peccata: modico precio. ſ. peccatoris tonſione
⁊ reſtituens ea in ſeptuplū. Itē glo. ſuper ver
ba ps. Cor contritū ⁊ humiliatum deus nō
deſpicies. vbi eſt vera cordis contritio: ibi eſt
vera omniū peccatoꝝ remiſſio. Deniqꝫ Eze.
18. dicit̄. Quotiēſcūqꝫ peccator igemuerit: vꝫ
corde ſeu pectoris tonſione: omnium iniqui
tatum eius obliuiſcar. ¶ Secundo etiam ꝓ-
bo ynica ratione. videlicet cālitatis. ꝙ ſ. hui-

lis percussio pectoris meretur remissionem omnium peccatorum. Fundamentum rationis ponit philo.6.topicorum.dicēs. Tale ad dictū tali simpliciter: facit magis tale: patet hac regula. Nam si paruus ignis generat calorē a fortiori si additur cū illo alius maior ignis maiorem generabit calorē. Quo psupposito certum est fm omnes theologos in.4.di.17. q sola cordis contritio delet omnia peccata Quod si sic est: ergo a fortiori delentur omnia peccata ex humili pectoris tonsione simul cum vera cordis contritione. Et confirmat hanc rationem Franciscus de maronis in quodam sermone de contritione dicens. Quicunq3 inquit meretur de condigno maius: meretur de condigno minus: cuz ibi maior dignitas existat. Sed clarum est q actus solius contritionis et tonsionis pectoris: meretur de condigno vitam eternam: ergo multo fortius cordis ɔtritio et pectoris tonsio meretur de condigno omnis mortalis culpe remissionem. Quod confirmat Thomas i.4. di.17.ar.5.q.2. Et etiam petrus de tarātasio eadem di.ar.6.q.2.dicit. Cum queritur an cōtritio tollat reatum pene simul cū peccatū: et p consequens mereat vitam eterna3. Respondeo q in contritione est duplex dolor.s. mentalis et sensibilis. Primus dolor qui est i cōtritione est mentalis.s.displicentia peccati cōmissi: ex charitate procedens. Et talis dolor contingit tm̄ intendi: q non solū ab omni culpa: sed etiā ab omni pena absolutionem merebit: et isup cū hoc vitā eternā. ¶ Scdus dolor qui est in contritione est dolor sensibilis quē voluntas in contritione pro peccatis assumit quod etiam fit cum pectoris tonsione. Et qr talis dolor est pena quedam: pōt etiam tm̄ itendi q sufficiet ad deletionem omnis culpe et pene: et vltra hoc merebit vitam eternam. ¶ Tertio hoc idem probo vnico exemplo. videlicet publicani peccatoris: de quo luc.18. sic dicitur. Publicanus autem a longe stās nolebat nec oculos ad celū leuare: sed percutiebat pectus suum di. Deus esto propicius mihi peccatori. Et subiungit saluator. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domū suam ab illo. Ecce q hic publicanus ex humili pectoris percussione ab omnibus peccatis meruit iustificari. Nec est miru3: qm̄ eius oratio: vel adoratio: ex quatuor fuit cōmēdabilis. videlic3 ex timore: pudore: dolore: et ardore. ¶ Primo ex timore. vnde dicitur. A lōge stans. Nam pre timore et reuerentia dei non audebat appropinquare: sed a longe stabat sicut fecerunt leprosi. luc.17. vbi Augu. ait. De longinquo publicanus stabat: et tm̄ deo appropinquabat: et eum dominus prope attēdebat quia excelsus deus humilia respicit in celo et in terra. ¶ Secundo fuit cōmendabilis a pudore: qr nec oculos volebat ad celum leuare vt respiceret. vbi Augu. ait. Tremebat conscientia: et iō ex verecundia celum nō respiciebat. Et Bernar. in eius persona ait. Qua nā fronte attollam oculos ad tā bonu3 patrē tā malus filius. Econtra dicitur de anima iuerecunda Jere.3. Frons mulieris meretricis fcā ē tibi et noluisti erubescere. ¶ Tertio fuit ɔmēdabil' a dolore: qr percutiebat pect' suū Nam exterior percussio pectoris siue corporis: signū est iterioris doloris cordis. ¶ Quarto fuit cōmendabilis ab ardore charitat'. quo sc3 peccatū suum humiliter confitebatur dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Ex predictis auctoritatibus: ratiōe: et exemplo patet: qualiter ex hūili percussione pectoris: de' omnia peccata remittit. Et per consequens ex pdictis pat3 tertia adoratio. videlic3 corporalis: qua singulariter deus cultu latrie: oblatione: genuflectione: curuatione: extensione: et pectoris percussione colitur et veneratur: que simul.5. nobis omnibus concedere dignetur oipotēs deus: q gloriosus viuit et regnat per infinita secula seculorum Amen.

¶ Feria secūda post tertiā dñicā quadragesime: iterū de.5. excellentia. videlicet de nobilitate ipsius sacratissime fidei.

Quanta audiuimus facta i capharnaū: fac et hic i patria tua. Scribuntur hec verba luc.4.c. Et in euangelio occurrentis ferie. Post sacri euāgelij litteralē et moralem expositionem dilectissimi ciues exquo de.5. contemplatione cultus latrie seu diuine adoratiōis que dicitur contemplatio modificationis declarauimus. tertiam adorationem que dicta fuit adoratio corporalis: in qua et fuit ostensu3 qualiter corpore qntupliciter colitur deus. videlicet oblatiōe: genuflexione: curuatione: extensione: et corporis p

cussione:habeo in presenti sermone declarare de ipsa modificatione cultus dei quartam adorationem. videlicet virtualem:actualem:τ integralem:que plurimū vtilis erit necessaria:τ gratiosa. Cuius quarte adoratiōis declaratio talis erit.

C De quarta adoratione qua deus cultu latrie adoratur:que fit opere:τ dicitur virtual'.

q Uarta igitur adoratio qua deus singulariter cultu latrie adoratur dicitur virtualis:seu actualis:vel integralis. Que vtiqʒ adoratio actualiter fit cum operibus virtuosis. Pro quo sciendum est. ꝙ ad perfectā dei adorationem:non tm̄ requiritur vt quis corde per fidem spē τ charitatem deum colat:τ insuper ore vel lingua per diuine bonitatis:vocalem confessionem gratiarū actionez τ humilem deprecationem domini veneret seu ēt corpore suo per corporalem seruitutez deum honoret:sed insuper requiritur quātuz fas est:vt quisqʒ virtuosis operibus ipsū deū adoret. Dupliciter aūt in bonis exterioribus deo sacrificamus. C Primo directe τ principaliter ſm Tho.in.3.di.9.ar.3.q.3. Et.2.2.q.85.ar.3.quando.s.res nostras imediate deo offerimus. C Secūdo indirecte:quando eas nostris proximis cōmunicamus propter deum:sicut precipitur fieri prouer.3.vbi dicitur Honora deum de tua substantia. Et de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus.h ibi. Honorari insuper dicitur celestis pater cum sacrificio gloriosi corporis τ preciosi sanginis iesu christi filij sui. Quo sacrificio:dei cultus valde ampliatur. Quod vtiqʒ sacrificiū.omnibus alijs excelētius est dicente Alexā.papa de cōse.di.2.c. Nihil. Nihil inquit in sacrifitijs maius eē pōt:q̄ʒ corpus τ sanguis xpi.nec vlla oblatio potior est: sʒ hec oēs precellit:que pura cōscientia domino offerenda est:et pura mente sumenda: atqʒ ab omnibus veneranda. Et sicut potior est ceteris:ita potius excoli τ venerari debet. h ille. Hoc sacrifitiuʒ cunctis fidelibus adultis ab Innocētio papa tertio semel in āno sumendum precipitur:prout habetur extra de pe.τ re.in.c. Omnis vtriusqʒ sex⁹. Venerari isup debet deus a cunctis fidelibus:per deuotam oblationem sacrarum missarū. Que veneratio precipitur de consc.di.j.c. Missas.vbi dicitur. Missas dn̄ico die secularibus totas audire speciali ordine precipimus:ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non presumat. Quod si fecerit:ab epo publice cōfundatur.h ibi. Simile preceptum ponitur d̄ conse.di.j.c. Cum ad celebrandas. Et extra. de parrochijs.c.vt dn̄icis dieb⁹. Vos igit̄ parrochianos admōeo vt populo vestro dicatis ꝙ in festis preceptis missam integram deuote audiāt:vt ex hoc veneretur deus. Sed heu sunt nōnulle Bestiales genitrices que filias diebus festiuis in domo relinquūt:nec recordātur precepti saluatoris.di. Mat.4. Dominum deū tuū adorabis τc. Et similiter Exo.20.precipitur. Memento vt diē sabbati santifices. Sed tales dicūt. O sic est consuetudo. Quibus respondeo. ꝙ nequaq̄ʒ est bona consuetudo ꝙ dimittas filiā tuā in domo ad tripudiandū:τ ꝙ tempus circa speculum amittat:propterea.8.di.c. Mala.dicitur. Mala cōsuetudo:non minus q̄ʒ perniciosa corruptela vitāda est. Ducite ergo filias ad missas:ac diuinum cultū magnificate:q2 omnes de iure diuino obligamur festum sanctificare:ac in eo diuinum cultuʒ magnificare: necnō τ missaʒ de iure positiuo audire. Sʒ vt paucis cūcta ↄplectar:absolute dico ꝙ deus a cūctis fidelib⁹ adultis ꝓ loco τ tēpore venerari debʒ cū actibus omniū virtutū:ꝓut est cum actu iustitie:castinomine: tempantie: fortitudinis pietatis:misericordie tam spūalis q̄ʒ corporalis: necnon τ cum integra obseruatione omnium diuinorum atqʒ ecclesiasticorum preceptorum. Et ꝙ sit' omnia talia necessario reqrantur ad nostram salutem:τ dei cultū: tripliciter probo. Primo auctoritatibus. Secūdo rōnibus. Tertio similitudinibus. C Primo ꝓbo auctoritatib⁹. Nā glo.sup illa verba ꝓphe. Sacrificate sacrifitiuʒ iustitie τ sepate i dn̄o.ait. Tūc deo veꝛ cultū τ sacrifitiū offerim⁹:cū circa opa iustitie:pietat':misericordie fortitudis:τ tēpātie:aiaʒ τ corp⁹ occupamus. Itē Iero.86.d.c. Quid clemētia.igt. Nō hʒ nec indut⁹ē viscera misericordie τ lachrymarū q̄ʒuis spūal' sit q nō adipleuit legē xpi.h ille. Iteʒ Pelagius papa.7.q.j.c.ois.ait. Qui negāt misericordiā faciēdā fugiētib⁹ τ necitatē patiētib⁹ipʒ negāt xpm:q ē misericordia τ veritas. Itē calixt⁹.pp.50.d.c.pōdēt.ait. Sn̄ia que vetat mīam τ pietateʒ:nō solū tenē frs sʒ etiā audire fugite:q2 potior ē misericordia τ pietas oibus holocaustomatib⁹ τ sacrificijs.

ħ ille. Saluator insup per exteriora opera pa
trez celestē precipit venerari. Mat.5.di. Sic
luceat lux vestra.c.ho.vt vi.o.u.b.ꝛ.g.p.u.g in
c.ē. Deniqꝫ Amb.i q̄dā sermōe sic ait. Qui
dicī se xp̄ianū eē ꝛ christuz colere:ꝛ xp̄i iustici
am non operatur:mendax est:et dyaboli filiꝰ
Ex quibus auctoritatibꝰ patet:qualiter actus
ꝛ opera virtutum necessario requiruntur ad
verum dei cultum. ¶ Secundo hoc idem
probo duplici ratione.videlicet. Ratione con
iunctionis.ꝛ ratione Argumētatiōis. Pria
ratio dicitur coniunctionis. Fundamentum
rationis huius ponit philosofus primo de ce
lo ꝛ mundo.di. Virtus est vltimuz alicuius
quod potest.vel vltimum de potētia. patet ħ
regula. Naz potentia visiua non dicitur sim
pliciter virtuosa esse inquantū habet poten-
tiam videndi: sed inq̄ꝫtum ad actum se exten
dit. Hoc idem dico de ceteris potentijs sen-
sitiuis. Similiter potentia intellectiua nō di-
citur simpliciter perfecta ꝛ virtuosa:ex eo ꝙ
habet potentiam intelligendi:sed solum inq̄ꝫ
tum ad actum intelligendi virtutes se exten-
dit:cum talis actus vt dicitur.9. metaphi. sit
perfectio ipsius intellectus. Quo presupposi-
to:certū est a simili:ꝙ habitus fidei spei amo
ris ꝛ charitatis quibus colitur deus:non sūt
simpliciter virtuosi ꝛ perfecti inq̄ꝫtum sunt
huiusmodi:sed simpliciter inq̄ꝫtum se exten-
dunt ad omnes actus virtutum:propter deū
ꝓpter quod Grego.i omelia pe.dicit. Pro
batio dilectionis exhibitio est operis:ꝛ amor
dei nunquā est ociosus: quia operatur ma-
gna si est:si autem operari renuit: amor non
est. Ex q̊ claret ꝙ si auferatur actus ab habi-
tu precipue pro loco ꝛ tēpore:nequaq̄ꝫ habi-
tus virtutuz poterunt dici esse vere virtutes:
ꝛ p cōsequēs verus dei cultus:cū spēs virtu
tū vt dicit̄.8.meta.sint sicut numeri. ¶ Scdo
probo rōne argumētatiōis. Regula gnālis ē
oīuz phoꝝ ꝛ canonistaꝝ:ꝙ si ꝯcedit̄ minus:
cōcedit̄ ꝛ maius. Qd̄ sic patet. Nā si p.x. du
catis dānat̄ quis ad mortem:a fortiori dāna
ri debet:qui contra iusticiam mille ducatos
furatꝰ est. Quo concesso:certū est fm̄ Alexā.
de ales.2.pte sūme.in tractatu de dilecto pue
roꝝ.ꝙ paruuli sine baptismo morientes:da-
to ꝙ non habeant vsum libri arbi.in eternuz
diuina visione priuantur. Quod confirmās
Augu.in libro de fide ad Petrum.ꝛ ponitur
de cōse.di.4.c. Firmissime.ait. Firmissime te-
ne:ꝛ nullatenus dubites:omnem hominem
qui per concubitum viri ꝛ mulieris concipit̄
cuz originali peccato nasci impietati subditū
mortiqꝫ subiectuz:ꝛ ob hoc naturaliter nasci
ire filium. De quo apl's dicit. Eramus natu
ra filij ire sicut ꝛ ceteri:a qua ira nullus libe-
ratur nisi per baptismum:ꝛ per fidem media
toris dei ꝛ hominum iesu christi dn̄i nostri
ħ ille. Quibus consentiens saluator Jo.3. di
cit. Amen amē dico vobis:nisi quis renatus
fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto nō potest itra
re in regnum dei. Quod si sic est:ꝙ pueri ex
defectu baptismi qui requiritur ad cultum
latrie etiam sine vsu libri.ar.dānantur:a for-
tiori dānari oportet eos q habēt vsuz li.arbi.
qui vtiqꝫ sponte ꝛ libre deficiunt ab operibꝰ
bōis ꝛ virtuosis.imo q̄ꝫtū ad hoc plus mere
tur priuari eterna beatitudine vnus solus ha
bens vsum li.arbi.ꝛ deficiens a bonis operi
bus:q̄ꝫ merentur omnes pueri simul moriē
tes cum defectu baptismi:cum in eis nō fuit
vsus li.arbi.ad valendum percipere baptismi
sacramentum. ¶ Tertio deniqꝫ probo simili
tudinibus.ꝙ videlicet exteriora opera neces-
saria sunt ad diuinum cultum ꝛ salutem no-
strā. ¶ Prima similitudo ponitur luc.13.vbi
saluator ait. Arborem fici quidā habebat plā
tatā in vinea sua:ꝛ venit querēs fructū i illa
ꝛ nō inuenit.dixit autē ad cultorem vinee. Ec
ce āni tres sunt ex quo venio q̄rens fructum
in ficulnea hac:ꝛ nō inuenio:succide ergo eā
vt qd terrā occupat:ħ ibi. Quid p ficulneam
q̄ pp defectū fructuū iubet̄ p̄cidi:nisi aīa xp̄ia
na itelligitur:q̄ ex defectu virtutū ꝛ bonoruꝫ
operū iuste ab eterna gloria resecari ꝓmeret̄.
Jtē Mat.21.etiā dicitur. Vidēs dn̄s fici ar
borem secus viā venit ad eā ꝛ nihil inuenit i
ea nisi folia tm̄:ꝛ maledicēs illi ait. Nunq̄ꝫ
ex ea fructus nascant̄ in sempiternum:ꝛ aresa-
cta est cōtinuo ficulnea. Qua similitudine pa
tet:ꝙ anima deficiens ab operibus bonis:ꝛ
precidit̄ a superna gloria:ꝛ i eternū a deo ma
ledicitur. Alia similitudo ponitur Mat.25.
de seruo pigro:qui cum accepisset talentum
vnum tantū a domino suo:vt aliquid cuz eo
lucraretur:cum abscōdisset illud sub terra:ve
niens dominus maledixit ei:ꝛ per ministros
suos fecit eum proici extra curiā suam. Quid
per seruū pigrum nihil cum talento lucrantē
ꝛ ob hoc a domino suo maledictum: ꝛ a cu-
ria sua expulsum:nisi hominem christianum

intelligimus:qui cum ex pigritia:ignorantia
fragilitate vel malitia nihil boni operatur tā
dem in morte sua maledicit ab ipso deo:⁊ in
sup ab eterna vita expellitur:ꝓpterea Gre.
super predicta verba in omelia vnius cōfesso
ris pōtificis.quemlibꝫ hortatur ad bene ope
randuꝫ.di.Lectio inquit sancti euangelij fra
tres Charissimi solicite nos considerare ad
monet:⁊ ne nos q plus ceteris in hoc mūdo
alquid accipisse cernimur ab auctore mun-
di grauius inde iudicemur.Cum enim augē
tur dona:rationes etiam crescunt donoruꝫ.
Tanto ergo esse humilior:atqꝫ ad seruiendū
deo ꝓmptior quisqꝫ debet ex munere:q̄zto se
obligatiorem esse conspicit in reddenda ratio
ne.Ecce homo qui ꝑegre proficiscitur seruos
vocat:eisqꝫ ad negotiuꝫ talenta ꝑtitur.¶Post
multuꝫ vero temporis positurus cum eis ra
tionem reuertitur.bene autem operātes pro
apportato lucro renūerat. seruuꝫ vero a bon
to opere torpentem dānat.h illc.¶Ex predi-
ctis igitur auctoritatibus:rationibus: atqꝫ si
militudinibus:patet:qualiter opera virtuosa
⁊ ad nostram salutem ⁊ ad diuinū cultū ꝓfe
cto sunt necessaria. Quod si quereres que p̄
cipue inter cetera omnia opera sunt magis
nobis ⁊ nostre saluti ⁊ diuino cultui necessa-
ria.Rñdeo ꝙ tria sunt magis necessaria ope
ra.quorum ¶Primum dicitur opus Con-
tritionis. Scūdum dicitur opus Cōfessio-
nis. Tertiū dicitur opus Satisfactionis.

¶De prio opere.s.de ꝯtritione singulariter
ad latriam ⁊ diuinum cultum necessaria.

P(rimuꝫ) igitur opus singulariter ad
diuinum cultum necessarium dici-
tur ꝯtritiōis.Qr.n.deo dāte d ipsa
ꝯtritiōe in q̄dragesimali d tribꝰ ꝑti
bꝰ vere penitentie diffusius ⁊ prolixus tracto
ho:sufficiat pronūc de maxima ipsius contri
tionis necessitate tractare.Et quoniā contri
tio ſm magistrum in.4.di.17.est quidaꝫ do
lor voluntarie assumptus pro peccatis: cum
proposito confitendi ⁊ satisfaciēdi :hinc ē ꝙ
ne quis ab ignorantia decipiat accipiēs for-
te omnem dolorem:⁊ precipue sensualem ꝓ
ipsa contritione.Sciendū est ſm Tho.in.4.
di.17.ar.j.q.2.ꝙ duplex est dolor.videlicet do
lor sensualis:⁊ dolor rationalis:seu mētalis.
¶Primus dolor videlicet sensualis nihil ē
simpliciter:nisi quedaꝫ passio in carne vel in
parte sensitiua:qui dolor non est essentialiter
contritio: sed quidam effectus ipsius contri-
tionis.Sicut enim pena corporalis exterior ē
quidam effectus virtutis pñie ad reconciliā-
dam offensam:que in deuꝫ commissa est offi
tio membrorum:sic virtus penitentie infert
dolorem ipsi concupiscibili:ad reconciliandā
offenssam que in deum est cōmissa per inor
dinatum actum partis sensitiue.s.virtutis cō
cupiscibilis.Lachrymc igitur exteriores: affli
ctio corporis:⁊ dolor cordis:nequaq̄z sunt cō
tritio:quoniā sunt in parte sensitiua.¶Secū
dus autem dolor dicitur rationalis:seu men
talis:⁊ h dolor est in voluntate.Qui dolor ni
hil aliud est simpliciter q̄z displicentia quedā
ipsius peccati ratione sue deformitatis:inq̄z-
tum.s.peccatum est in offensam dei ⁊ ꝓximi:
⁊ talis dolor essentialiter contritio dicitur.
¶Quod si forte quereretur cur magis vo-
luit deus contritioneꝫ esse in ipsa mēte ⁊ vo-
luntate: q̄z in parte sensitiua. Respondeo ꝙ
hoc voluit duplici respectu.s.Idemptitatis ⁊
ptātis.¶Primus respectus dicitur Idēpti
tatis.Sicut enim scribitur extra.de re.iur.c.
j.vnūquodq̄z ꝑ quascūqꝫ causas nascitur:ꝑ
easdem similiter dissoluitur. Cum aūt pecca
tum formaliter cōmittatur:per actum volun
tatis:⁊ nō per partē sensitiuam: sic eni dicit
15.q.j.in ꝓ̇ncipio.Ex voluntate nāqꝫ pecca-
ta ꝓcedūt:q̄ libero mētis arbitrio:⁊ deliquē
tis ꝓposito cōmittunt.Igitur requirit ꝙ per
eundem actū voluntatis.s.ꝑ displicentiā pec
catum expellatur ab aīa:⁊ nō principaliter ꝑ
lachrymas seu sensitiuū ⁊ cordialem dolorē:
¶Secūdus autē respectus quo deus voluit
per prius contritionē in voluntate cōsistere:
q̄z in sensibili dolore:dicitur potātis.Quoniā
enim vt dicit.2.phisi.voluntas hominis sem
per est in libertate vsqꝫ ad mortem:hinc ē ꝙ
semper ⁊ omni tēpore displicentia peccati:q̄
in ratione ⁊ voluntate consistit haberi potest
habere autem dolorem sensibilē in corde ab
ipsa voluntate procedentem nō semper ē pos
sibile.Iō deus non requirit dolorem sensi-
bilem de necessitate:sed simpliciter de perfe-
ctiōe.Vt igitur libere possit quisqꝫ peccator
remissionē percipere peccatorum :voluit sim
pliciter contritionem magis esse in volunta-
te q̄z in parte sensitiua:seu in sensuali dolore.
¶His declaratis:dico tibi o peccator :ꝙ si
vis percipere remissionem peccatorum tuo-
rū:⁊ beatitudinem eternā adipisci:oꝫ oio ꝙ

q̄ habeas hanc contritionem in corde tuo. videlicet q̄ per rationem tibi displiceant omnia peccata: que vnquam corde: ore: ꝛ opere contra deum ꝓximuꝫ ꝛ conscientiam tuā cōmisisti. Et q̄ talis contritio seu displicentia omnium peccatorum sit cuilibet necessaria ad saluteꝫ quintupliciter probo.

¶ Primo auctoritatibus.
¶ Scd̄o Rationibus
¶ Tertio Similitudinibus
¶ Quarto exemeplis
¶ Quinto distinctione.

¶ Primo probo auctoritatibus. q̄ scilicet cuilibet necessaria est contritio seu odium ꝛ cordialis displicentia omnium peccatorum suorum. vnde Ber. in sententijs suis. dicit. Sine contritione peccati: sine dolore culpe: sine displicentia iniquitatis: ꝛ sine amaritudie preteritevite: nūq̄ꝫ acquiritur celestisvita: nec remissio peccatorum. hec ille. Item Eze. 6. dicitur. Recordabunt̄ mei liberati vestri in gētibus ad quas captiui ducti sunt: q꞉ contriui cor eorū: fornicans ꝛ recedens a me: ꝛ oculos eorum fornicantes post idola sua dicit dominus: ꝛ displicebunt sibimetipsis super malis que fecerunt: ꝛ super vniuersis abhominationibus suis. hec ibi. Item. Eze. 20. dicitur. Recordabimini viarū vestraruꝫ malarum: ꝛ omnium scelerum vestrorum q̄bus polluti estis in eis: ꝛ displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitijs vestris quas fecistis: ꝛ scietis q꞉ ego dominus recipiam vos cū benefecero vobis ꝓpter nom̄ meū. Apostolus in super. 2. Cor. 7. ait. Mundemus nos. s. per contritionem ab omni iquinamento carnis ꝛ sp̄s: perficientes sāctificationeꝫ in timore domini. Itē. 86. di. c. Facientis. dr̄. Prim⁹ innocentie gradus est odisse nephāda. Et. 86 di. c. Odio. Leo papa ait. Odio sp̄ habeant̄ peccata nō homines. ꝛ ꝓpheta dicit. Qui diligitis dn̄ꝫ odite malū. Et apl's ad Roma. 10 ait. Odientes malum adherentes bono. Itē Aug. in ep̄la ad Vicentiū. ꝛ pōit̄. 23. q. 7. c. Quēadmodū. dicit. Qn̄o eni gaudebis te vnq̄ꝫ eē correctuꝫ: nisi prius odias ꝛ doleas te fuisse puersū. Idē quoqꝫ Aug. in lib. d̄ vb dn̄i. ait. Sine odio culpe nūq̄ꝫ dat̄ infusio gr̄e Itē de pe. di. 3. circa ꝑncipiū dr̄. Nobis sup fundamētū apostoloꝝ positis q̄d preter plorare restat. q̄d eni ꝑ odiū peccati dolere semꝑ in vita oꝫ: vbi eni dolor finit̄ deficit pn̄ia. Si autē penitentia finitur: q̄d relinquit̄ de venia? Tā diu eni q̄s gaudeat ꝛ spet de gr̄a q̄ꝫ diu sustentat̄ a dolore ꝛ pn̄ia. hec ibi. Itē tarasius ep̄s. 22. q. 4. c. Diffinitioni. d. Omne peccatū deus bon⁹ indulget: si q̄s tn̄ ex toto corde doleat ꝛ peniteat. Itē aug. ad felicianū ꝛ ponit̄. d̄ pe. di. j. c. Medicinā. ꝛ d̄ cōse. di. 4 c. Omnis. ait. Ois eni q iā volūtatis sue arbiter constitut⁹ est: cū accedit ad sacramentū fideliuꝫ: nisi eū peniteat veteris vite: nouā vitā gr̄e inchoare nō pōt. hec ille. Deniqꝫ idē Aug. de pe. di. 3. §. hijs auctoritatibus. seu. c. Sunt plures. ait. Recte eni penitens q̄cquid sordis p⁹ purificationē baptismi ꝯtrerit: oꝫ vt abluat saltem lachrymis mentis. sꝫ satis est durus cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarar̄: sꝫ sciat se culpabiliter durum: q deflet dāna tēporis vel morteꝫ amici ꝛ dolorē peccati lachrymis nō ōn̄dit. Nō ita qꝫ quis se excuset nō habere fontē lachrymarum: cum non nūq̄ꝫ lachrymis ōn̄dat dolorē amore tēporaliuꝫ. hec ibi. Ex predictis auctoritatibus patet: qualiter ad verum dei cultuꝫ ꝛ ad percipiendam remissionem peccatorum: necessario requiritur omnimoda displicentia de peccatis. ¶ Secundo hoc idem probo. Triplici ratione.

¶ Primo ratione oppositionis.
¶ Scd̄o ratione beatificationis.
¶ Tertio rōe Argumentatiōis.

¶ Primo probo ratione oppositionis: q̄ displicentia de peccatis omnino est necessaria ad remissionem peccatorum. Fundamētum rationis ponit philosophus lib. de regi. prin. di. Omne corruptibile simpliciter corrumpitur per actionem sui contrarij. patet hec regula. Nam frigus non corrumpitur nisi per calorem. dicente philosopho. 4. methaurorum. Quecunqꝫ inquit a frigido componūtur sicut glacies ꝛ nix: a calido dissolnūtur. propterea secundo ethicorum. ait. Medicine semper habent fieri per contraria. ¶ Quo presupposito: peto qualiter peccatum in anima intrauit. Et certum est q̄ per complacētiam ꝛ delectationem alicuius rei illicite. ꝓter q̄d ph̄s. 10. Ethicoꝝ. ait. Delectatio tenet operāteꝫ in opere. Et 10. ethicoꝝ. dicit. Vnicuiqꝫ nāl'r est delectabile id q̄d amat ꝛ operatur. Tunc vltra quero q̄d ē simpl'r contrariū delectatōi ꝛ cōplacētie volūtatis. ꝛ certuꝫ ē q̄ displicentia atqꝫ tristitia. vnde ꝛ. 8. ethico

rũ phs ait. Tristitia delectationi opposita ẽ. Quod si sic est: ꝙ contrarium non expellitur nisi per suũ cõtrariũ: ⁊ displicẽtia directe opposita est delectatõi ⁊ complacentie peccatorũ. Cõcluditur necessario ꝙ peccata nisi per cordialem displicentiam nunquam ab aĩa possũt expelli. propterea tho. hoc idẽ confirmans querit in quarto. di. 17. ar. j. q. j. Et precipue in solutione: quarti argumenti quare cõtritio magis dicatur esse dolor quã gaudium spes ⁊ pudor: cum hec quattuor necessario simul in contritione concurrant. Et respondet di. ꝙ contritio debuit simpliciter per dolorem diffiniri: ⁊ nõ per alia tria. Et ratio est: quia illa tria non ita directe respiciũt peccatum: seu sunt cõtraria peccato. sicut dolor ⁊ displicentia. quod sic patet. Nam spes quã contritus habet non respicit ipsã culpam: sꝫ diuinã misericordiã. Similit gaudiũ qd cõtritus habet respicit ipsũ dolorẽ per quẽ recuperatur grã: gaudet enim ꝙ de peccato dolet. Similit pudor quẽ cõtritus habet nõ respicit directe ipsũ peccatum: sꝫ peccati effectum qui est infamia. Nam contritus habꝫ pudorem ex consideratione tam diuine quã humane infamie ex turpi. Ecõtra vero dolor seu displicentia directe respiciunt ipsũ peccatum: tanq̃ suum contrarium: ⁊ ideo contritio que ordinatur ad deletionem peccati: magis dicitur dolor ⁊ displicentia: q̃ aliquod trium predictorum. ¶ Secundo etiam probo ratione beatificationis. ꝙ contritio ⁊ displicentia cuilibet est necessaria. Clarum ẽ enim ꝙ quelibet anima rationalis deum videre appetit: in quo simpliciter beatitudo cõsistit. dicẽte Aug. 13. de tri. c. 8. Ad appetẽdũ. beatitudinem que in clara dei visione consistit natura nos compellit. cui sũme bonus ⁊ imutabiliter creator hoc ididit. hec ille. Sꝫ manifestũ ẽ ꝙ deus videri nõ põt nisi aĩa ꝑus fuerit ꝑ cõtritionẽ ab oĩb᷒ peccatis purgata. Sic eni dr̃ de ↄse. di. 4. c. nõ põt. Non põt qs vite celestis glĩa accipe. nisi pri᷒ fuerit purgatus ab oi sorde peccati. hec ibi. Et qd sic sit: ꝙ ñ possit videri de᷒ nisi ꝑus aĩa a cũctis maculis peccatoꝝ fuerit mũdata. accipe fundamẽtũ rõis qd ponit tho. ⁊ etiam ↄmẽ. super tertio. de aĩa. di. Sensus iquit non decipitur circa proprium obiectũ obseruatis debitis circumstantijs: que sunt dispositio organi: dispositio obiecti: ⁊ dispositio medij. ⁊ patet hec regula. Nam ad hoc ꝙ potentia visiua aliquod obiectum comprehendat: vt puta aliquam imaginẽ vel figuram tria necessario requiruntur: vꝫ ꝙ oculus sit san᷒: ⁊ nõ cecus vel turbidus. ¶ Item ꝙ imago sit ꝓpinqua: ⁊ non valde remota ab oculo. ⁊ ꝙ sit medietas aeris clara vel lucida: ⁊ non tenebrosa inter potentiã visiuam ⁊ ipsum obiectum: seu ipsam imaginẽ. Quod si deficiat vna sola dispositio de predictis tribus. videlicet ꝙ aut oculus sit cecus: vel figura sit valde remota: vel medium aeris sit obscurum ⁊ tenebrosũ: impossibile erit oio ꝙ potentia visiua apprehendat illud obiectũ seu illã imaginẽ. ¶ Quo ꝑsupposito: certũ ẽ a simili ꝙ ad hoc ꝙ aĩa deũ videat visione beatifica tria sunt sibi necessaria. videlicet ꝙ oculi anime qui sunt intellectus ⁊ voluntas sint sani ⁊ non infirmi. i. ꝙ intellect᷒ careat oi falsitate ⁊ heresi: ⁊ voluntas careat omni inordinate amore. Similiter oportet ꝙ obiectum ipsius anime sit ipsi anime ꝓpinquũ: per cõformitatem voluntatis: ⁊ non remotum. Item ꝙ inter animam ⁊ deum sit quoddam medium lucidum ⁊ splendidũ: qd est grã creata: qua mediante anima videre possit deum. Quod si deficiat vna de predictis tribus dispositionibus: impossibile ẽ ꝙ anima deũ videre possit. Nã si intellectus hẽat in se falsitatẽ: ⁊ volũtas inordinatũ amorẽ: cũ hec sint cõtraria deo: deũ apprehendere nõ poterũt. Similiter si aĩa sit remota a deo: qd vtiqꝫ fit per peccatũ: qꝛ ſm Augu. lib. d natura boni. peccatũ ẽ recessus ab icõmutabili bono ad commutabile bonũ: per amorem nequaquam poterit videre deũ. Similiter si mediũ fuerit obscurum et tenebrosum inter deum ⁊ animam: nequaquã poterit videri deus. Medium tenebrosum nihil est nisi peccatum: quod tanquam macula et tenebra inter deum et animam interponitur. Sic enim dicitur Eze. 16. Habens fiduciam in pulcritudine tua fornicata es: et dedisti maculam glorie tue. ¶ Et Joelis secundo dicitur. Sol idest intellectus vel appetitus humanus ordinatus conuertetur in tenebras. scilicet erroris ⁊ inordinati amoris. Et apoc. sexto dicit. Sol. i. aĩus human᷒ fact᷒ est niger. s. ꝑ pctm̃ tãq̃ sacc᷒ cilicin᷒. Et treñ. 4. dr̃. Quomõ obscuratum ẽ aurum: ⁊ mutatus ẽ in tenebra color optimus scilicet aĩe.

Et infra subiungitur. Denigrata ē super carbones facies eius. His premissis claret: q̄ si aliqua tenebra ꝛ obscuritas peccati interponitur inter deū ꝛ animam: īpossibile ē q̄ vnq̄ anima beatificetur p visionem diuine maiestatis. Sic enī dicitur tren. 3. Opposuisti tibi nubē. s. peccati: ꝛ non transiuit oratio. i. potentia itellectiua non potuit transire ad cōtēplandum faciem dei. Et apoc. 21. dicitur. Nihil coinquinatum intrabit in illa. s. celesti glo ria: nec ab hoiatione faciēs. Quod etiā reuelatum fuit prophe: qui cum oraret deum di. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis re.an.m. sancto tuo? Statī audiuit. Qui ingreditur sine ma. ꝛ oper. iustitiā. Dic totum psalmum si vis: ꝛ expone verbaliter. Que simul omnia confirmans Augustinus: sicut recitat Magister in pmo. di. 2. dicēs. Sūmum bonum solū a purgatissimis oculis cernitur. mentis enim humane acies in tam excellenti luce non figitur: nisi per iustitiam si dei prius emundetur. hec ille. Nota q̄ dicit purgatissimis: quia ad hoc q̄ anima deū videat. non tantum oportet q̄ sit purgata ꝛ purgatior a peccatis: sed insuper purgatissima: etiam in superlatiuo gradu. Tho. autem in pmo. exponens illud verbū purgatissimis. sic ait. Ad hoc enim q̄ deus videatur naturali cognitione: oportet mentem purgari a uagabundis sensibus ꝛ fantasmatibus. Ad hoc autem q̄ per fidem cernatur: oportet mentē purgari ab erroribus ꝛ naturalibus rationibus. Ad hoc autem q̄ videatur per essentiā oportet purgari mentē ab omni culpa ꝛ miseria cordis: oris: ꝛ operis. hec tho. verbaliter Seraphicus autem Bonauentura in pmo. exponens etiam illud verbum purgatissimis ait. Ad hoc q̄ mens deum contempletur pfecte: indiget purgari quo ad intellectum ꝛ affectum: vtriusq̄ autem purgationis triplex ē gradus. Nam intellectus tunc purgatus est cum abstrahitur a sensibus ꝛ speciebus. Purgatior est: cum mundatur fantansticis imaginibus. Purgatissimus vero est: cum a phylosophicis rationibus ꝛ ab omni falsitate se auertit. ¶ Gradus affectus sunt isti. Purgatus est affectus: cum mundatus est ab omni culpa. ¶ Purgatior est: cum mundatus ē ab omni sequela. Purgatissimus vero est: cū mundatur ab occasione peccati. hec Bonauentura verbaliter. Quibus deniq̄ concordans saluator Mat. 5. ait. Beati mundo corde: quoniam ipsi scilicet simpliciter deum videbunt. Ex qua ratione patet: q̄ nisi per contritionē expellantur tenebre peccatoꝝ ab anima: īpossibile ē q̄ anima vnq̄ possit beatificari. ¶ Tertio insuper probo ratione argumtationis: q̄ ꝯtritio seu displicentia de propriis peccatis cuilibet est necessaria ad salutem ¶ Pro cuius rationis declaratione peto: an quisq̄ saluandus debeat habere displicentiam de peccatis proximorum suorum: ꝛ certum est q̄ sic. Nam glo. super verba prime cor. 12. Si quid patitur vnum menbrum: cōpatiuntur omnia menbra: sic dic. Nisi iquit doleas de malis proximiorum tuorum: nūq̄ gaudebis de remissione peccatorum tuorum. hec glo. Quod confirmans Ambro. lib. de officijs. ꝛ ponitur. 86. di. c. Non satis. ait. Compatiamur itaq̄ alienis peccatis atq̄ calamitatibus sicut nostris: ꝛ necessitates aliorum quātū possumus iuuemus. hec ibi. Hāc caritatem apl's habebat. cum. 2. cor. xi. dicebat. Quis infirmatur: ꝛ ego non infirmor? quis scandalizatur: ꝛ ego nō vror. Hāc charitatem etiam habebat Job. cum Job. 30. c. dicebat. Flebam condam super eo qui afflictus erat. scilicet de peccatis: ꝛ anima mea cōpatiebatur pauperi. ¶ Hanc charitatem ꝛ displicentiam de peccatis alienis etiam xps habebat: qn̄ Luc 19. dicitur. videns ihesus ciuitatē. i. animā peccatricē fm glo. fleuit super eā. Quod si vt patet cuilibet est necessaria displicentia de peccatis alienis: a fortiori cuilibꝫ est necessaria cōtritio ꝛ displicentia de ꝓprijs peccatis. Quia vt dicit phs. 9. ethicorum. Amicabilia que sunt ad alterum: veniunt ex amicabilibus que sunt prius ad seipsū. Et ecclesiastici. 30. dr̄. Miserere prius anime tue placēs deo. Et confirmatur ista ratō sic. Si enim rex ex modico defectu excluderet filiū suū a curia: nunqd non excluderet seruum ignobilem? Et certū est q̄ sic. Quo cōcesso: peto an deus excluderet a celesti curia omnes nouē coros angelorum: omnes patriarchas ꝛ prophetas: omnes martyres: virgines ꝛ confessores: nec non ꝛ virginem simul cum humanitate christi: si committerēt solum veniale peccatum: aut eis non displiceret. Et certum est q̄ sic: dicente Augusti. lib. de vero cultu. Et si omnes sancti mundi sint in conspectu dei: tamen si minimū ꝛ leue pctm̄

etiā a nobis factū eis nō displicēt: statim ex-
ipso diuine iustitie oēs e celo ruerēt: ⁊ omnē
gloriam quā possidēt amitterent. h illc. Qō
si sic est: quō ergo possibile est ꝙ peccator in-
grediatur celestem curiam cū macula: seu cū
ꝯplacētia peccati mortalis: que in infinitum
est grauior ⁊ peior cunctis venialibus cul-
pis? Sic eniz dicit Ricardus in.4.di.16.ar.
2.q.2.argumē.j. Peccatuz inquit morta le ⁊
veniale differūt in infinitū: quia mortali de-
betur pena eterna ⁊ infinita: veniali vero tē-
poralis ⁊ finita. h ibi verbaliter. Et ibidez in
corpore.q.ait ad litteram. Non est intelligē-
dū ꝙ multa venialia equiualeant vni morta
tali: quia deordinatio vnius peccati mortalis
plus ponderat: q̄z deordinationes centuz mi-
liū venialiū simul. h ibi verbaliter. Immo in
eadem qōne concludit: ꝙ si quis centuz mil-
le ānis staret cum cōplacētia solius culpe ve
nialis: centum mille ānis staret ꝙ nō posset
videre faciem dei. Ex predictis tribus ratio-
nibus patet igitur: qualiter ⁊ quantū contri-
tio ⁊ displicētia de peccatis cuilibet sit neces
minus regrat a te. Vtiqz facere iudicium: ⁊
diligere misericordiā: ⁊ solicite ambulare cū
deo tuo: sup̄ que verba Hugo de sancto vi
ctore. ait. Deus qui trinitas est nō nisi trino
sacrificio: a peccatore placari potest. offeren-
do vz iudiciū filio iudici: misericordiā spiri-
tui sancto: ⁊ solitudinē operationis paterni-
tati. hec ille. Item August. de pe. di. j. c. Nul
lus inquit. Debite grauioris accipit veniam
nisi qualēcumqz: ⁊ si longe minorē q̄z debe-
at exoluerit penam. hec ille. Item Hilarius
papa. 25. q. j. c. Prima salus inquit est recte
fidei regulā custodire: ⁊ a cōstitutis patrum:
seu cōsilijs nullatenus deuiare. hec ille Gre
go. insup̄ in moral'. ait. Iustum est ut pecca-
tor tanto maiora sibi inferat lamenta ꝑ pe-
nitentiā: q̄zto maiora sibi intulit damna per
culpam. Item Ioan. os auri. de pe. dist. j. §.
ecce nūc. Et de pe. di. 3. c. ꝑfecta. ait. Perfecta
penitentia cogit peccatorē omnia libēter suf
ferre. In corde eniz cōtritio: in ore confessio:
in opere vero tota humilitas ⁊ satisfactio eē
debet. Hic eniz fructifera est penitentia. hec
ille. Item Augusti. de pe. dist. j. §. Ecce nunc
ait. Neminē putes ab errore ad veritatem:
⁊ a quocūqz siue magno: siue paruo peccato
ad correctionē et veniam sine penitentia et
satisfactione posse ꝑtrāsire. hec ille. Ambro.
insuper de pe. distin. p̄ma. ca. Medicina. ait.
Qui culpam exagerauerit exageret ⁊ peni-
tentiam. Maiora eniz crimina maiorib⁹ ab
luūtur fletibus. hec ille. Item de pe. dist. p̄-
ma. §. Ex his. Hiero. ait. Qui peccator est: ⁊
quē remordet ꝓpria cōscientia cilitio penitē
tie ⁊ satisfactionis accingatur ⁊ plangat pro
pria delicta: ⁊ ingrediat̄ ecclesiā de qua pro-
pter peccata sua fuerat egressus: ⁊ cubet vel
dormiat in sacco: ut preteritas delitias per
quas deū offenderat vite austeritate com-
penset. hec ille. Idem Hierony. sup̄ Leuit.
⁊ ponit̄ de pe. distin. p̄ma. §. Ecōtrario. ingt.
Pro qualitate peccatoꝝ qualitas afferatur
penitētie atqz bonorum. Non eniz par de-
bet esse fructus ⁊ penitētia eius: qui nihil vl'
parum deliquit: ⁊ eius qui grandia cōmisit.
Ille tanq̄z nulli⁹ criminis sibi cōscius vsum
sibi in rebus licitis prebet. Hunc autē tan-
q̄z a multis grauatum delictis etiaz allici-
tis temp̄are oportet. hec ille. Deniqz August.
in libro de penitētia. ⁊ ponit̄ de pe. distin. p̄-
ma. §. Ex his. ait. Non sufficit mores in me
lius cōmutare: ⁊ a peccatis malis recedere:
nisi etiam de his que facta sunt domino sa-
tisfaciat per penitētie dolorē: per humilita-
tis gemitū: per contriti cordis sacrificiū: coo
perantib⁹ elemosynis: orationib⁹: atqz ieiu-
nijs. hec ille. Ex predictis omnib⁹ auctoritati
bus patet: qualiter displicētia ⁊ cōfessio pec-
catoꝝ: non sufficiūt ad salutē: sed oportet oi-
no ꝙ iuxta cōsilium discreti cōfessoris fiat sa
tisfactio de peccatis. ¶ Secūdo etiam ꝓbo
distinctionib⁹. ꝙ satisfactio de peccatis a cō
fessore imposita: cuilibet est necessaria ad sa-
lutem. ¶Prima distinctio est Ricar. in. 4.
distin. 15. arti. p̄mo. q. 7. in corpore. q. dicētis.
Cum querit̄ vtrū deus possit remittere pec
catū: ⁊ sic saluare hominē absqz aliqua satis
factione. Respondeo. ꝙ de remissione pecca
ti ꝯtigit loqui dupliciter. Aut de lege cōmu
ni. Aut de p̄uilegio speciali. ¶Primo mō
s̄m omnes nunq̄z dimittit̄ actuale peccatuz
mortale: sine debita satisfactione: quia semp̄
ad hoc regritur actus penitēdi: in quo prin-
cipalior pars satisfactionis cōsistit. ¶ Secū
do modo dicūt etiā multi: ꝙ nullo mō actu

ale mortale peccatũ pōt a deo sine satisfacti
one remitti: q2 deus tale peccatũ remittere
non potest sine infusione gratie:⁊ quia ho-
mo mortaliter peccãdo oculũ anime amisit:
ideo lumen gratie ad animã intrare nõ po
est:nisi aperiať ꝑ actum penitentie ⁊ satisfa-
ctionis: sicut nec lumen solis potest intrare
domũ:nisi aperiať fenestra:⁊ pro hac opinio
ne videtur esse sentẽtia August.super Joan.
omelia.82.suꝑ illud Joan.14.Maiora hoꝝ
faciet domin⁹.Cum ex impio fit iustus: salu
tem oꝑatur xp̃us in illo:sed nõ sine illo.Mi
hi aũt sine preiuditio videť ꝙ q̃zuis homini
q̃zdiu est in actu mortalis peccati: peccatum
nõ possit remitti:tamen homini obdormiẽti
in peccato mortali:deus posset si vellet habi
tuz charitatis infundere: ⁊ sic peccatũ dimit
tere:quia quicqd est in peccatore dormiente
bonũ est:excepta deformitate peccati: que ni
hil aliud est q̃z carentia boni debiti in volũ-
tate.vtrum autẽ vnq̃z ꝑ talem modũ de⁹ ali
cui peccatũ mortale actuale sine satisfactione
dimiserit:nobis incertũ est:⁊ secretũ est. hec
Ricar.verbaliter.Ex qua distinctione patet
qualiter deus sine satisfactione peccati nun
q̃z aliquẽ saluauit vel saluabit.Aliam distin
ctionẽ ponit idem Ricar.in.4.di.46.arti.ꝓ
mo.q.2.in corpore.q.di. Cum queriť an de⁹
possit ꝓtermittere oꝑa iusticie ⁊ peccata sine
satisfactione.Respõdeo.ꝙ opera iusticie ſm
ꝙ iusticia respicit exigentiã demeritoꝝ abso
lute de⁹ potest ꝓtermittere:⁊ etiã pretermit-
tit in punitione perpetua dãnatoꝝ:quia pu-
nit eos citra condignũ: non q̃ztum ad pene
durationẽ:sed q̃ztum ad pene intensionem.
Scđm vero ꝙ respicit exigentiã demerito-
rũ in comꝑatione ad condecẽtiaz bonitatis
suiipsius retribuẽtis:nullatenus oꝑa iusticie
pretermittere pōt.Sicut nec illud negare ꝙ
suaz cõdecet bonitatẽ.hec ibi verbaliter. Ex
qua etiã distinctione patet:qualiter de⁹ cum
omnipotentia sua nõ potest remittere pec-
catũ sine satisfactione: inq̃ztum actus satisfa
ctionis cõcernit honorẽ ipsius dei ⁊ cõdecẽ-
tiam bonitatis sue. Tertiã deniq̃z distinctio
nem ponit idẽ Ricar.in.4.dist.18.arti. ꝓmo
q.5.in corpore.q.dicẽs.Cum queriť vtrum q
libet penitens teneať tentione necessitatis re
cipere ⁊ explere penitẽtiã sibi pro satisfactiõe
peccati a sacerdote iniunctã. Respondeo. ꝙ
sacerdos aut iniungit penitẽtiam rõnabilez
⁊ discretam:aut irrõnabilem ⁊ indiscretam.
Si scđo modo:penitens nõ teneť eam reci-
pere neq̃z explere: quia sacerdos talem peni
tentiã iniũgẽdo abutiť clauib⁹ ecclesie.Si ve
ro primo modo: dico ꝙ penitens teneť ten-
tione necessitatis eam recipe ⁊ ꝓ viribus ex
plere:quia talem penitentiã iniũgendo claui
bus vtiť recte: quilibet eniz teneť sui iudicis
iustaz sentẽtiã obseruare.vnde si penitẽs ta-
lẽ penitẽtiã sciẽter ⁊ ex deliberatiõe ⁊ absq̃z
legitima causa obmiserit explere mortaliter
peccat. Si tamẽ penitens sentiat penitẽtiaz
sibi nimis grauẽ:⁊ ad obseruandũ periculo
sam sua infirmitate pensata:debet ad illum
eundẽ confessorẽ vel ad aliũ si illũ nõ potest
habere humiliter recurrere: ⁊ alleuiationez
vel cõmutationẽ petere: ⁊ cõfessor debet cõ
cedere: etiã si videat ꝙ penitentia alleuiata:
nõ sufficiat plenarie pro satisfactione peccati
⁊ post eaz expletã adhuc remaneret aliquid
in purgatorio explendũ. Tutius eniz est re-
seruare penitentẽ in purgatorio puniendum
q̃z ipsum exponere ꝑiculo cadendi in morta
le peccatũ propter penitẽtie transgressionem
Expedit tamẽ ꝙ cõfessor hoc totum explici-
te penitẽti exponat:nisi in ipso viderit condi
tionẽ ꝑ quã iudicet omnib⁹ pensatis magis
esse tacendũ: q̃z exponendũ.hec Ricar. ver-
baliter. Ex qua distinctione patet: ꝙ quisq̃z
peccator teneť de necessitate accipe satisfactiõ
nem ꝓ peccatis a discreto cõfessore sibi iniũ
ctam:quã si ex negligentia: aut ꝓpria mali-
cia explere contẽpserit:nouũ peccatũ morta-
le cõmittit.Aduertãt hic igiť omnes illi q in
iuste habẽt de bonis proximorũ suorũ:quo-
niã si omittũt satisfacere:seu de testamt꞉: seu
de alijs male ablat꞉ ⁊ cũ possint: ⁊ nõ satis-
faciũt mortalẽ nouã culpaz incurrũt.¶ Ter
tio insuꝑ probo septẽ rationib⁹:ꝙ quisq̃z te-
neť de necessitate satisfacere deo ⁊ proximis ꝓ
iniurijs ⁊ offensis cõmissis.

¶ Primo ratione Remissionis.
¶ Secundo ratione Subiectionis.
¶ Tertio ratione Restaurationis.
¶ Quarto ratione Beatificationis.
¶ Quinto ratione Argumentationis.
¶ Sexto ratione Electionis.
¶ Septimo ratione Recordationis.

¶ Primo ꝓbo ratione remissionis. vz pec-
catoꝝ.In hac rõne habeo ostẽdere qualiter
est impossile ꝙ remittãtur alicui peccata nisi

prius ꝙ̃tum fas erit deo ⁊ ꝓximis satisfece rit. Fundamentũ istius rõnis ponit phus. 4 Metha. di. Oppositoꝝ causaꝝ semꝑ oppositi sunt effectus. patet hec regula. Nam si qs habeat in corde habitũ superbie vel luxurie: clarũ est ꝙ fere omnia eius verba ⁊ oꝑa: vtiqꝫ erũt plena suꝑbia ⁊ lasciuia. Oppositum vero erit de habente habitũ humilitatis et castimonie: quoniã omnia eius verba ⁊ oꝑa erunt plena humilitate ⁊ castitate: quã veritatem saluator confirmat Matthei. 12. dicẽs Ex habũdantia cordis os loqtur: ⁊ bon⁹ homo de bonis thesauris cordis sui ꝓfert bona: malus autẽ homo de malo thesauro cordis sui ꝓfert mala. propterea phs ꝑmo Perier. dicit. Voces sunt note. i. signa ⁊ similitudines earũ que sunt in anima passionum. Quo ꝑsupposito: ꝙ vꝫ opposite cause oppositos ꝓducant effectus: certũ est ꝙ velle satisfacere ꝓ peccatis: ⁊ nolle satisfacere sunt cause opposite. Sed clarũ est ꝙ satisfaciens pro peccatis hunc sortit̃ effectuꝫ: ꝙ vꝫ percipit a deo plenariã remissionẽ peccatorũ suorum. dicẽte Hierony. de pe. dist. ꝑma. ca. qr diuinitatis. Si quis inqt post lapsum peccatorũ ad veram penitentiã ⁊ satisfactioneꝫ se cõuerterit: cito a vero misericordie iudice veniam peccatorũ impetrabit. ergo ꝑ oppositũ nolens satisfacere pro offensis cõtra deum ⁊ proximos ꝑpetratis: necesse est ꝙ sortiatur oppositũ effectum: ꝙ vꝫ nunꝙ̃ in hac vita ꝑcipiat a deo suorum indulgẽtiaꝫ peccatoruꝫ. Quod cõfirmans August. 14. q. 6. c. Si res inquit aliena propter quã peccatũ est reddi potest ⁊ nõ reddit̃: penitẽtia non agit̃: sed simulat̃. Quod si veraciter agit̃: nunꝙ̃ remittitur pctm̃ nisi restituat̃ ablatũ. hec ibi. Et ex̃ de re. iur̃. li. 6. dicit̃. Non remittit̃ peccatum nisi restituat̃ ablatum. Propterea Luce. 13. ait. Nisi egeritis penitẽtiã restituẽdo. s. deo per satisfactionẽ bonoꝝ operum honorem ⁊ amorẽ sibi iniuste ablatũ: similiter ⁊ proximis: omnes simul peribitis. vꝫ sine remissione peccatoꝝ. qđ clarius concludens saluator Joan. 8. Cõtra tales clamabat di. In peccato vestro moriemini. O quot sunt iaꝫ defuncti: ⁊ adhuc quot viuũt: qui ⁊ si cõfessi sunt et cõfiteant̃: nullũ tamen peccatũ est a deo remissum sibi: ex quo nec in vita: nec in morte deo ⁊ proximis satisfacere volunt. ¶ Secũdo etiam probo rõne subiectionis: ꝙ quisqꝫ

tenet̃ suscipere penitentiã a discreto cõfessore pro satisfactione peccatoꝝ suoruꝫ. Fundamentũ huius rõnis ponit phus. 1. Mete. ⁊ scđo Methaphi. ⁊. 8. Phisicoꝝ. di. Cause inferiores naturales regũtur a suꝑioribus. pꝫ hec regula. Naꝫ seru⁹ naturaliter tenet̃ obedire in rebus licitis ⁊ honestis dño suo tꝑali: etiã sub pena peccati mortalis. dicẽte Hiero. in epistola ad Hebre. ⁊ ponit̃. xi. q. 3. c. Si dñs. inquit. Si dñs iubet que cõtraria non sunt vel aduersa sanctis scripturis ⁊ bonis morib⁹: subiciat̃ oino dño suo seruus. si vero cõtraria precepit: magis obediat spũs: ꝙ̃ corpus dño. Et infra subdit. Si bonũ est quod precipit imꝑator iubẽtis exeq̃re voluntateꝫ. Si vero malũ: respõde. Obedire oportꝫ magis deo: ꝙ̃ hominib⁹. hec ille. Quod confirmans Petrus. 1. 2. ait. Serui subditi estote dominis vestris carnalib⁹: non tm̃ bonis et modestis: verũ etiam discolis. Quibus adherens Bonauẽ. in. 2. di. vltima. ar. 3. q. 1. dic̃. ꝙ cũ ſm aplm̃ ad Roma. 13. Ois potestas aut electiue: aut a dño deo fit: seqtur ꝙ talis potestas ꝓcedit ex diuina ꝓuidentia ⁊ ordinatione. Hoc ideꝫ asserit Tho. scđa scđe. q. 104. ar. scđo. di. ꝙ de lege naturali est: ut minor subdat̃ maiori: ⁊ agens ꝯtra legẽ naturalẽ mortaliter peccat. Quo ꝑsupposito. vꝫ ꝙ seruus tanꝙ̃ causa inferior tenet̃ obedire dño tꝑali tanꝙ̃ cause suꝑiori: clarũ est ꝙ sacerdos vel cõfessor q in dignitate omnes dominos mũdanos ꝑcellit in causis peccatoꝝ est tanꝙ̃ causa firmior respectu auctoritatis Matth. 18. ⁊ Jo. 20. a xp̃o sibi cõcesse. Econtra vero quisqꝫ xp̃ianus peccator est tanꝙ̃ cã inferior. Qđ si sic est. ergo si ꝯfessor discretã satisfactionẽ imponit peccatori tenet̃ recipe. Aliter cõtemnens eã mortaliter peccat. Cũ ergo exp̃sse fit cõtra volũtatẽ vniuersalis ecclesie ꝑcipiẽtis extra de pe. ⁊ re. c. ois. vbi sic dicit̃. Omnis vtriusqꝫ sex⁹ fidelis postꝙ̃ ad annos discretionis ꝑuenerit: oia sua sol⁹ peccata saltẽ semel in anno fideliter cõfiteatur ꝓprio sacerdoti: ⁊ iniunctã sibi penitẽtiaꝫ ꝓ viribus studeat adimplere. hec ibi. Si qs igitur resistit dño tꝑali: resistit ordinatiõi diue: sed hoc est mortale. ergo ⁊c. Si igit̃ qs obedire tenet̃ in reb⁹ mundanis licitis ⁊ honestis: a fortiori tenet̃ quisqꝫ obedire sedi aplice in rebus spũalibus. Proinde Grego. di. 19. c. Nulli fas. ait. Nulli fas est vel velle vel

posse transgredi aplice sedis ꝑcepta: nec no-
stre dispositionis ministeriū: qd̄ in vr̄am cō
sequi oportz charitatem. Sit ergo ruine sue
dolore ꝓstratus: qsquis aplicis voluerit con
traire decretis. talis eniz iam dānatus a scā
⁊ apostolica ecclia sua inobediētia atqꝫ pre-
sumptione a quoqꝫ esse nō dubitat. hec ille.
Et idē Grego. 8i. di. c. Si q sunt ꝑsbiteri. ait
Qui eniz saluberrimo ecclesie ꝑcepto obedi
re noluerit: idolatrie peccatū incurrūt. Pec
catū enim ariolandi est nō obedire: ⁊ scelus
idolatrie non acquiescere. Peccatū igit pa-
ganitatis incurrit: qsquis xpianū se esse asse
rit: si sedi apostolice obedire contempsit. hec
ibi. Et. 8. q. j. c. Sciendū etiā. Greg. ait. Qua
si peccatū ariolandi est obediētie repugnare
⁊ quasi scelus ydolatrie nolle acqescere. So
la igitur: que fidei meritū possidet obediētia
est: siue qua quisqꝫ infidelis esse cōuincitur:
etiā si fidelis esse videat. hec ibi. Qd̄ confir-
mans dn̄s Matth. 18. ait. Si nō audierit ec
clesiā sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus.
¶ Tertio ꝓbo ratione restaurationis: vz di-
uine amicitie: ꝙ satisfactio pro peccatis cuili
bet est necessaria ad salutē. Pro cui⁹ decla-
ratione rationis in forma qōnis peto a te o
peccator. Quid est nobilius ⁊ ꝑciosi⁹ qd̄ ho-
mo possit hr̄e in hac vita ⁊ futura. Certū est
ꝙ null⁹ est ꝑciosi⁹ diuina amicicia ⁊ charitate.
dicēte Aug. li. de verbis dn̄i. Melior ē ami-
citia dei soli⁹: qꝫ oium simul creaturaꝝ: et qꝫ
sit ois mūdi thesaur⁹. hec ille. Quo concesso
certū est: ꝙ ꝑ pctm̄ ꝑdit ois amicitia dei re-
spectū discordie volūtatū: dicēte pho. 9. ethi.
Amicoꝝ est idē velle ⁊ idē nolle: ⁊ ipossibile
est amicitiā eē inter eos q nō eisdē gaudent
hec ibi. Et Jac. 4. c. etiā dr̄. Quicūqꝫ volue-
rit eē amic⁹ h⁹ seculi inimic⁹ dei ꝯstituet. Sz
claꝝ est ꝙ talis amicitia: tā ꝑciosa nūqꝫ recu
ꝑari pōt a pctōre: nisi pctōr ipse aliqualē sa-
tisfactionē faciat ipsi deo ꝓ iniuria ꝯ ipm ir
rogata: dicēte glo. suꝑ illa verba ꝓphe. Sa-
crificiū deo spūs contribulat⁹. Quid iusti⁹ est
inqt qꝫ hoiem zelo iusticie ꝑ penitentiā pctā
punire: per quā ois amicitia dei deꝑdita re-
stauratur. hec glo. Super que verba Tho. in
4. di. 15. ar. 1. q. 3. dicit. ꝙ triplex est iusticia: q̄-
dam est distributiua: q̄dā cōmutatiua: ⁊ que
dam vindicatiua. Justicia distributiua est q̄
dn̄s suis seruitorib⁹ retribuit sm̄ ꝓportionē
meritoꝝ. Justicia vero cōmutatiua ꝯsistit in
ꝯtractib⁹ ut puta si recepisti a me equū: iustū
est ut mihi restituas pecuniā. Justicia autez
vindicatiua cōsistit vel ad puniendū malum
in alio: ⁊ sic ꝑtinet ad iudices. vel ad punien
dū malū in seipso: ⁊ sic ꝑtinet ad virtutē ve-
re penitētie. Reducit ergo satisfactio ad ip-
sam iusticiam vindictiuā: que exigit oino ꝙ
peccator aut ꝑ se: aut ꝑ confessorē sibimet in
ferat penam: ut hoc modo sibi restituat diui
na amicitia ꝑ peccatū perdita. Aliter ipossi-
bile est: ꝙ talis diuina amicitia ampli⁹ vnqꝫ
recuperet. Et ratio est sm̄ eundē Tho. in. 4.
di. 15. arti. 4. q. xi. in corpe questionis. qꝛ sicut
iusticia hūana oino exigit: ut in recōpensatō
ne offense subtrahat ei q plus iusto accepit: ⁊
detur vel restituat ei: cui est iniuste subtractū
ita a simili de iusticia: exigit ut restituatur ei
quod est ipsi deo ꝑ peccatū iniuste subtractū
a peccatore ex recōpensatione offense illud
bonū cuius subtractio qualitercūqꝫ facta est
sibi penosa. Quāuis autez deo ex parte sua
nihil subtrahi possit: tm̄ peccator qꝫtū in ipo
est: peccando aliquid subtrahit deo. scz hono
rem ipsi deo debitum. Et ideo oportet ꝙ ad
hoc ꝙ peccator satisfaciat deo: ꝙ ei scz pecca
tori ꝑ cōfessoris consiliū aliquid subtrahat:
veluti vigorositas corꝑis: que aufert ꝑ absti
nentiā: seu temꝑalia bona que minuūtur ele
mosynis ⁊ restitutione. Hoc autē qd̄ a pec-
catore subtrahi debet ꝑ recōpensationē iusti
cie: ut sit vere satisfactoriū: in se habere debz
tres cōditiones. ¶ Prima cōditio est ꝙ illd̄
op⁹ sit bonū ex genere: sicut pctōr cōtra deuz
aliqd fecit quod ex suo genere malū fuit. vel
omittēdo bonū: vel cōmittendo malū. ¶ Se
cūda cōditio est: ꝙ opus illi⁹ q satisfacit: debz
esse honorabile. tunc autē est honorabile qn̄
opus illud nō tm̄ est bonū ex genere: sz etiaz
fit in statu gr̄e ⁊ charitatis. Et rō est: quia si
pctōr peccādo deū inhonorauit: et ei debituz
honorē subtraxit: sic oportet ut bonū op⁹ qd̄
facit: fiat oimode in honorē dei: qd̄ tūc fit: cū
fit in statu charitatis. ¶ Tertia cōditio est: ꝙ
op⁹ satisfactionis dz esse penale: ut peccatori
aliqd subtrahat: siue de vigore corporis: siue
de substantia temꝑali. Et ratio est: quia si ta
le bonū fieret ꝑ opus delectabile: cū delecta-
bile inqꝫtū delectabile nō subtrahat aliqd a
pctōre: sed magis ꝑficiat eū: non fieret ꝑ hoc
bona satisfactio i ꝯspectu dei: ⁊ iō oz ꝙ tale
bonū sit penabile: ut delectatio q̄ ꝯtracta est

per peccatū oīo expellatur per suū ꝯtrarium scȝ per afflictionem ⁊ penalitatem. Ex qbus omnibus concludiť:ꝙ cum amicitia dei non recupereť nisi per satisfactionē:dȝ qsqȝ libenter suscipe ⁊ explere penitentiā a ꝯfessore sibi iniunctam:qua mediante talem dei amicitiam reacqrere possit:que icōpabiliter melior est oī alia amicitia:atqȝ ꝓciosior omnib⁹ simul mūdi thesauris. ¶ Quarto ꝓbo satisfactionē esse necessariā rōne beatificationis. In hac rōne habeo ostendere:qualiter impossibile est/sine satisfactione aliquē peccatorem beatificari posse. Fundamentum istius rōnis ponit phs.2.⁊.5.ethi.di. Sine iustitia nullus pōt esse felix:eo ꝙ felicitas est ꝓmiuȝ virtutis. Quo presupposito:ꝙ.s.iustitia est necessaria ad beatitudinē hñdam: certum ē ꝙ restitutio seu satisfactio rei aliene ꝑfecto est actus iustitie:que reddit vnicuiqȝ qđ suū est: sicut habeť.12.q.2.c.Cum deuotissimam.sicut econuerso ablatio rei aliene est omnino act⁹ iniustitie. Qđ si sic est:ꝙ satisfactio sit actus iustitie:⁊ iustitia cuilibet est necessaria ad felicitatem habendam.concludo ꝓpter hoc ꝙ qui non satisfacit deo ⁊ ꝓximis pro offensis illatis:nequaq̄ȝ habet in se iustitiam:⁊ ꝑ consequens impossibile est ꝙ vnq̄ȝ habeat eternam felicitatem:que solis iustis a deo impēditur. Qđ confirmans Job.17.c.ait. Cor eorum longe fecisti a disciplina.i.a penitentia ⁊ satisfactione:ꝓpterea non exaltabuntur apđ deum.vbi ⁊ Grego.ait. Qui per disciplinā custodire vitam minime studet: in imis inferni iacebit:⁊ a deo longe distabit. hec ille. Et Sap.3.dicitur. Sapientiam enim ⁊ disciplinam qui abijcit infelix est:⁊ vacua est spes illoꝝ:⁊ labores sine fructu: ⁊ inutilia opera illorum sunt.hec ibi. Deniqȝ Aug.in prospero ait. Maior in cuȝ pena decerniť cui ipsa correptio denegatur:qui aūt correptionem ⁊ penitentiam renuit:renuit ⁊ salutem. ¶ Quinto ꝓbo rōne argumentationis. ꝙ quisqȝ tenetur penitentiā a discreto confessore sibi iñctam suscipere ⁊ explere. Fundamentū rationis ponit phs.2.⁊.4.topico.di. Si đ quo minus videť inesse ⁊ inest: ergo de quo magis.pȝ hec regula. Si enim quis hȝ bonam curā de asino quattor ducatoꝝ: a fortiori dȝ habere curam de nobilissimo equo centum ducatoꝝ. Quo presupposito:certum est ꝙ hō est compositus ex duobus.vȝ corpore ⁊ aia.

Quibus premissis:ponatur nunc ꝙ sit mulier infirma corpore:atqȝ in manibus medici posita:peto quid faciet mulier illa pro recuperando corporis sanitate: certum est ꝙ sine vlla contradictione omnia faciet que sibi medicus iniūget. Nā si medic⁹ dicat ei Abrade omnes capillos tuos aliter non recipies sanitatem:statim ei parebit. Similiter si precipit medicus ꝙ non tripudiet:ꝙ a cibis abstineat:ꝙ non vadat ad aerem in platea:ꝙ oculos teneat coopertos:ꝙ fugiat coitum: ⁊ oīa hmōi:certum est ꝙ ei in omnibus obtemperabit.ꝙ si hoc facit pro sanando corpore: qđ est quid vile: a fortiori teneť quelibet mulier ħ eadem facere pro sananda aīa per peccatū spiritualiter ifirmata. Et ratio est:quia sic hr̄ ex̄ de pe.⁊.re.c.Cum infirmitas.⁊ ex̄ de obe.⁊ maio.c.Solite. Anima melior est oīmi corpore:⁊ anime bonum omnibus bonis prefertur. Quod si nō sit totus nature ordo corrumpiť:eo ꝙ res vilissima sicuti est corporis sanitas:preponitur rei nobilissime ⁊ ꝓciosissime:sicuti est sanitas anime. Sed heu totum sit oppositum. Nam si medicus.i.cōfessor ꝓcipiat mulieri spūaliter infirme ꝙ cornua et capillos vanos deponat:coreas: tripudia: et impudicas societates deteste̕:ꝙ oculis honestatis incedat:⁊ hmōi. nequaq̄ȝ vult acqescē: imo videť sibi ꝙ si hoc faceret magnū sacrilegium cōmitteret:⁊ ideo vt talia non deserat:contra confessorem mille articulos excusationis argumenta atqȝ mendacia opponit O mulier insensata. O mulier vana. O mulier/diabolica ⁊ infernalꝭ:ve tibi:ve tibi:que ꝓponis corpus tuum qđ ē sacc⁹ vermium aīe tue:que ē imago ⁊ similitudo dei. Et qđ dixi de muliere infirma:hoc dico de quolibet viro. Dico etiā de quolibet viro qui ad mortē infirmať. Cui si medicus dicat. Te oȝ oīo soluere mille ducatos pro cōficiendo electuario vt sic recipias sanitatem: certū est ꝙ non tm̄ mille:sed etiā centū millia ducatos si tot habebit exbursabit pro sanitate corporis recuperanda. Attestante Job.2.c.⁊ dñe. Pelleȝ pro pelle:⁊ cuncta que habet homo dabit ꝓ anima sua.s.conseruanda. Item si medicus ꝓcipit ei vt abstineat ⁊ ieiunet:adulterāqȝ seu concubinam totaliter deserat:vt sic recipiat sanitatem:statim ei in oībus obtemperabit. Si igitur ꝑdicta faceret hō ꝓ recupanda corpis iterꝫ morituri sanitate:a fortiori teneť illa

eadem ꝛ plura facere pro sananda anima in
eternū victura. Sed hodie totū fit cōtrari-
um op⁹. Quia si confessor ꝑcipit peccatori ut
restituat aliena: ut ieiunet: ꝛ adulterā ꝛ concu
binā relinquat: nequaꝗ̄ vult ei obtemperare
Sciant igitur tales omnes ꝙ eorū confessio
ꝛ operatio est infructuosa ꝛ omnino inutilis
ad salutē: exquo pro salute anime illud face-
re recusant: qđ ꝓ habēda corꝑis sanitate ne
quaꝗ̄ recusarent. Confirmantur hec oia per
August. in libro de pe. ꝛ scribit̄ de pe. dist. 5. c.
Consideret. dicentē. Ponat se omnino peni
tens in potestate iudicis in iudicio sacerdot̄
sibi nihil reseruās sui: ut oino eo iubente pa-
tus sit facere ꝓ recipiēda vita aie quecūqꝫ
faceret ꝓ euitanda corporis morte: ꝛ hoc cuꝫ
desiderio: quia vitā recuperat infinitā ꝙ̄ de⁹
est. Cum gaudio eniꝫ facere debet inmorta-
lis futurus: que faceret pro differenda morte
moriturus: semꝑ depreceť deū: certus de ve-
nia: qui oibus modis: ꝛ sine tedio dubius ro
garet potestatē terrenaꝫ. Abstineat a multis
licitis qui libertate arbitrij illicita commisit.
Semꝑ offerat deo mentē ꝛ cordis contritio
nē: deinde de quib⁹ potest simul ꝛ terrenam
possessionē. hec August. ¶ Sexto insuꝑ ꝓbo
ratione electionis: ꝙ quisqꝫ debet libenter in
ꝑ̄senti vita velle satisfacere ꝓ peccatis. Fun-
damentū rationis ponit phus. 3. Thopicorū.
di. Minus malū magis eligibile est maiori
malo: que veritas etiā ponit̄. 13. di. c. duo. vbi
dicit̄. Duo mala licet cautissime oino sint ꝑ̄-
cauenda: tamē si periculi necessitas vnum ex
his ꝑpetrare cōpulerit: debem⁹ resoluere qđ
minori nexu noscit̄ obligari. hec ibi. Quibus
cōcordans Grego. li. 35. mor. ꝛ ponit̄. 13. di. c.
Nerui. ait. Cum mens inter minora ꝛ ma-
xima peccata cōstringit̄: si oino nullus sine
peccato aditus patet: minora semꝑ eligantur
quia ꝛ qui murorū ambitu vndiqꝫ ne fugiat
claudit̄: ibi se in fugā ꝑ̄cipitat vbi breuior mu
rus ingerit̄. hec ibi. patet hec regula. Nam si
preponat̄ alicui aut mors: aut ꝑditio tempa-
lis substantie: ꝛ necesse est ꝙ vnū ex his oino
eligat: clarum est ꝙ ꝑ̄eliget tanꝗ̄ minus ma
lum substantiā ꝑdere: ꝗ̄ vitā amittere. Quo
presupposito: certū est ꝙ deus ꝑ̄ponit homi-
ni pro satisfactione peccati triplicē penitentiā
vꝫ tempalē: purgatoriā: ꝛ infernalē. Sed cū
tempalis pena sit minor incōpabiliter omni
purgatoria pena ꝛ infernali. ideo ꝓpter hoc
quisqꝫ debꝫ magis satisfacere in hac vita: ꝗ̄
in purgatorio vel in inferno. Nam si pecca-
tor deo satisfacit in hoc mūdo: nequaꝗ̄ am-
plius ipse deus requiret aliā satisfactionē in
purgatorio: seu in inferno. attestante Greg.
de pe. di. j. c. Medicina. Procul dubio inqt
domin⁹ delictū sine vltione nō deserit. Aut
eniꝫ ipse homo in se penitus punit: ꝛ sic non
punit deus: aut deus hoc cū homine iudicās
ꝑcutit. Nequaꝗ̄ igit̄ vnꝗ̄ peccato parcit̄: q̄
nullatenus sine vindicta laxat̄. hec ille. Et ꝙ
citius quisqꝫ debeat ꝑ̄eligere facere peniten-
tiā de pctis in hac vita: magis ꝗ̄ in purgato
rio patet: quoniā pena minima ignis purga
torij: excedit omnē penam pn̄tis vite: prout a
doctoribus tradit̄. Vnde de respectib⁹ maxi
ma esse dicitur.

¶ Primo respectu Comparabilitatis.
¶ Secundo respectu Rigiditatis.
¶ Tertio respectu Nobilitatis.
¶ Quarto respectu Vnitatis.
¶ Quinto respectu Vniuersalitatis.
¶ Sexto respectu Infructuositatis.
¶ Septimo respectu Diuturnitatis.
¶ Octauo respectu Paucitatis.

¶ Primo inꝗ̄ respectu cōpabilitatis. dico
ꝙ qui penitentiā condignā nō facit in ꝑ̄senti
vita: habebit maximā penam post mortē in
igne purgatorij. Qui ignis licꝫ tanꝗ̄ res ma
terialis nō possit inferre penā ipsi anime spi
rituali: tamē ꝓut est instrumentū diue iusti-
cie supra naturā suā ipsi aie maximā penam
infligit: que pena ꝗ̄uis momētanea eēt com
pata oibus penis pn̄tis vite tam martyꝝ ꝗ̄
ceteroꝝ oium excedit incōpabiliter oēs sit̄ ꝑ̄
dictas penas. Proinde Ric. in. 4. di. 20. art.
2. q. j. in corpe. q. dicit ad lrāꝫ. Ignis inqt pur
gatori⁹ aias affligens magis lesiu⁹ est ꝛ affli
ctiuus oi nr̄o igne: q tn̄ inter cetera elementa
magis ē afflictiuū. vn̄ nulli dubiū eē dꝫ quin
pena purgatorij sit grauior simplr̄: ꝗ̄ oēs sit̄
pene hui⁹ mūdi. hec Ric. Bonauē. hoc idē cō
firmat in. 4. di. 20. q. 7. ar. 2. recitās ad suū ꝓ-
positū quādā auctoritatē Aug. ꝛ dicit. Ignis
ille inquit durior est ꝛ penosior: ꝗ̄ qcquid in
hoc seculo penaꝝ: aut videre: aut cogitare: aut
sentire qs possit. Idē Aug. in ench. ait. Post
hanc vitā incredibile nō est: nō nullos fide-
les ꝑ ignem quēdā maxime afflictiuū purga
ri: ꝛ ꝗ̄to magis minusue bona ꝑeuntia dile-
xerunt tāto tardius citiusqꝫ ab illo igne sal-

uari:que omnẽ mundi penam superat:q ꝺm
suos amãdi modos diutiꝰ ut lignũ. vel minꝰ
ut ferrũ.vel minimũ:ut stipula ignem sustine
bunt. Qui eniꝫ diutius in peccato ꝑmanserit
dignũ est ut diutius sustineat ⁊ penã. Rur-
sus qui grauius offendit:dignũ est ut puniaꝛ
acerbiori pena.hec ille. Itẽ.25. di.c.qualis.§.
Qui in aliud seculũ distulit fructũ cõuersio-
nis:prius purgabiꝛ igne purgationis. Hic
ignis ⁊ si non sit eternus: miro tamẽ modo
grauis est. Superat eniꝫ omnẽ penam:quaꝫ
homo vnꝙ̃ passus est in hac vita vel pati po
test. hec ibi. Deniqꝫ August.in libro de pe.et
poniꝛ de pe.di.7.c. Nullꝰ expectet. dicit. Si
enim quis cõuersus fuerit sed nõ plene:vita
viuet ⁊ nõ morieꝛ:sed non promittimꝰ ꝙ eua
dat omnẽ penam:nã prius purgandus ẽ ig-
ne purgationis:qui in aliud seculum distulit
fructũ conuersionis. Hic autẽ ignis ⁊ si non
est eternus:miro tamẽ modo grauis est. Ex
cellit eniꝫ omnẽ penam:quã vnꝙ̃ passus est
aliquis in hac vita. Nunꝙ̃ eniꝫ in hac vita
tanta est pena: licet innũerabilia martyres
sunt tormẽta:⁊ multi nequiter: tãta tamẽ nõ
sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quisqꝫ
sic delicta corrigere in p̃nti vita: ut post mor
tem nõ oporteat penã tollerare.hec ille. Pa
tet igitur qualiter pena purgatorij est maxi-
ma oium penarum respectu compabilitatis.
¶ Secundo etiã dico.ꝙ qui penitentiã con-
dignam nõ facit in p̃senti vita:habebit penã
maximã post mortẽ in igne purgatorij:respe
ctu rigiditatis diuine iusticie. Diuina eniꝫ iu
sticia:videns ꝙ peccator noluit ꝑfectam pe-
nitentiã in p̃senti vita facere: que sibi maxie
est cara:grata:⁊ accepta:respectu libertatꝭ. qꝛ
ꝺm Bonauẽ.in.2.ꝺ.29.ar.2.q.3. Tanto peni-
tentia deo est carior:q̃zto magis habet de vo
luntario:ideo auget sibi grauiorẽ penam:tã-
q̃ꝫ per quoddã interesse:eo ꝙ peccator distu-
lit facere:quod citius facere tenebaꝛ.sicut a si
mili sumiꝛ de aliquibꝰ creditoribus: qui tãto
magꝭ aggrauanꝛ ꝑ debitores suos: q̃zto diu
tius eis satisfacere distulerunt. ¶ Tertio in-
suꝑ dico ꝙ erit maxima pena anime pecca-
toris hic penitentiã nõ cõplentis in igne pur
gatorij respectu nobilitatis. Certũ est eni ꝺm
Tho.in scꝺo.di.21.ar.j.q.3.ꝙ quãto aliqd est
natura nobilius: tanto eideꝫ plagis ipositis
magis puniꝛ ⁊ cruciaꝛ. sicut patet in oculo q
est natura nobilior calcaneo seu alijs mem-
bris:maiorẽ sentit incompabiliter penam et
cruciatũ de codeꝫ met flagello ipso calcaneo
⁊ ceteris membris. Sicut pꝫ de corpore xp̃i
quod cũ fuerit nobilissimũ omniũ corporum
hũanoꝝ: fuit magis sensitiuũ in pena ⁊ mor
te crucis:q̃ꝫ simul fuissent omnia hũana cor
pora. Quibus p̃missis manifestũ est:ꝙ cum
anima sit nobilior oibus puris humanis cor
poribꝰ:ꝑ cõsequẽs ceteris paribus sentit ma
iorẽ penam in igne purgatorij:q̃ꝫ simul senti
rent omnia humana corpa. ¶ Quarto etiaꝫ
dico ꝙ maxima pena erit peccatoris in igne
purgatorij respectu vnitatis seu coniũctionis
cũ corpore. Regula est phi p̃mo Posterioꝝ.
ꝙ propter qꝺ vnũquodqꝫ ⁊ illud magꝭ. Quo
p̃supposito: certũ est ꝙ tanto magis aliquis
dolet de aliquo lesiuo: q̃zto magis est sensiti
uũ ⁊ causatiuũ doloris. Unde lesiones que
fiũt maxime in locis sensibilibꝰ:sunt maxi-
mũ dolorẽ causantes:sed qꝛ totus sensus si-
ue dolor corporis ẽ ab anima: ideo si in ip-
sam animã aliqꝺ lesiuuꝫ agat: sicuti ẽ ignis
de necessitate oportet ꝙ anima maxime af-
fligatur. ¶ Quinto dico ꝙ pena ignis purga
torij maxie cruciabit peccatorẽ respectu vni-
uersitatis. Certum ẽ eniꝫ ꝺm Bonauẽturaꝫ
in.4.di.20.art.p̃mo.q.7. ꝙ q̃zto pena ẽ vni-
uersalior siue vniuersalıꝰ cruciat:tanto ẽ ma
ior ⁊ grauior: sꝫ anima separata tota puniꝛ
vniuersalꝛ cum sit simplex. hic autẽ quis nõ
cruciaꝛ vniuersalꝛ ⁊ in toto. ꝓpter quod ma
ior ẽ pena purgatorij: q̃ꝫ omnis pena quam
nunc sustinet anima corpori cõiuncta.⁊ con-
firmaꝛ ꝺm eundeꝫ Bonauẽ. ibidẽ hec ratio.
Certũ est eniꝫ ꝙ grauior est pena passionis:
q̃ꝫ cõpassionis:sꝫ anima exuta corpore puni-
tur pena passionis. Unita vero cõpassionis
ergo ⁊c. ¶ Sexto etiã probo ꝙ maxima erit
pena peccatoris in igne purgatorij: respectu
infructuositatis. Experiẽtia docet:quãdo ali
quis mercator trãsiuit ꝑ niues:ꝑ aquã: ꝑ fri
gus:ꝑ calorẽ:⁊ deniqꝫ q̃ꝫ infinitũ sustinuit la
borem:⁊ tandem de oibus his ⁊ alijs penis:
atqꝫ labore:vꝛ ꝙ nihil lucratus ẽ:magnũ in
se suscipit dolorẽ ⁊ afflictionẽ: eo ꝙ illo labo
re siue pena frustratus est. Sic a simili dico.
Cum eniꝫ ꝺm Thomã in quarto.dist.21. ar.
tertio.q.j. Anime que sunt in purgatorio ha-
beant de suis peccatis dolorẽ gratia informa
tum:sed non meritoriũ respectu p̃mij eẽn
tialis:sed simpliciter respectu premij acciden

talis. econtra autē in via anime habeant pe-
nam siue dolorē gratia informatū: ⁊ merito
rium respectu p̄mij accidentalis ⁊ essentialis
ideo propter hoc videntes eorum penam: si-
ue penitentiā quā in purgatorio faciunt nul-
lius esse meriti: que tamen in hac vita maxi
mi meriti extitisset: recipiūt maximū dolorē
⁊ afflictionem. ¶ Septimo etiaꝫ dico: ꝙ ma
xima erit pena peccatoris in igne purgato-
rij respectu diuturnitatis. Certum est eniꝫ ꝙ
ecclesia militans ꝓ solo peccato mortali cō-
muniter imponit penitentiā septem annorū
q̄uis quandoqꝫ magis ⁊ minus imponat
ſm qualitatē delicti. hec eniꝫ sentētia ⁊ veri-
tas habet̄. 33. quest. 2. c. hoc ipsum. ⁊ §. sequen
ti. ⁊ 22. quest. 2. c. predicandū. Taxatur tamen
predicta penitentia arbitrio sacerdotis. ut ha
betur. 26. questi. 7. ca. Tempora penitudinis
⁊ ca. penitentibus. Et dicūt doctores ꝙ peni
tentia que hic non accipitur: tota in purgato
rio datur peccatori. Sed ⁊ pro vno peccato
mortali solo hic non purgato: etiā penitentia
septēnis a diuina iusticia imponit̄ ipsi pecca
tori in purgatorio. Quod si forte diceres. hoc
multū crudele videt̄. videlꝫ ꝙ ex solo peccato
mortali: quod fit in momento tempis: deꝰ tot
annos in igne purgatorij stare faciat ipsum
peccatorē. Ad hoc Respondeo tibi: ꝙ in hoc
non apparet seueritas nec crudelitas dei: sed
maxima misericordia: quod patet exemplo.
Si eniꝫ vnus deberet tempaliter ex suis de
meritis a quodā domino per mille ānos in
carcerari: dominus autē ille per septem an-
nos solum vellet eum carcerem substinere.
peto a te an talis dominꝰ deberet seuerus et
crudelis iudicari an misericors. Certum est
ꝙ misericors iudicaret̄. sic in proposito a si-
mili dico. Ecce ꝙ peccator fecit vnum solum
peccatum mortale: ⁊ sic offendit deum infini
tum ⁊ eternū: ⁊ per consequēs meretur pe-
nam eternam: meretur stare in inferno siue
in igne inferni in eternum: sed diuina clemē
tia ꝑ momētaneam contritioneꝫ: mutat illā
eternam ⁊ infinitam penam in pena septem
annorū. O clementia dei infinita. O chari-
tas incompabilis. O inextimabilis miseri-
cordia saluatoris: quis te in hoc seuerum et
crudelem iudicare presumet? His presuppo
sitis. ꝙ in igne purgatorij datur pena ignis
septem annorū pro quolibet mortali: dic mi-
hi verum o peccator quot peccata mortalia
fecisti corde: ore: ⁊ opere: ex quo peccare cepi-
sti? Forte dices non feci nisi vnum: ⁊ ego ti-
bi dico: ꝙ per septem annos qui mensuran-
tur non ſm cursum solis: sed ſm diuinaꝫ iu
sticiam stabis in igne purgatorij: nisi peniten
tiam feceris in hac vita. Si auteꝫ fecisti duo
peccata mortalia stabis quattuordecim an-
nis: ⁊ sic gradatim ascendere ad numerū pe-
narum. O miser peccator: o infelix peccator:
o stulte ⁊ cece peccator: qui quasi innumera-
bilia peccata cōmisisti: quot annis stabis in
illa pena purgatorij: si de peccatis tuis in p̄-
senti vita penitentiam non feceris. Suscipe
igitur hic queso penitentiā vnius diei: ut ef-
fugias illic penitentiā anni. Ad quod facien-
dum te hortatur. Ezech. in persona dei quar
to ca. di. Fili hominis diem penitentie ꝓ an
no dedi tibi. scilꝫ peccatori. ¶ Octauo deniqꝫ
dico ꝙ pena maxima dabit̄ peccatori in ig-
ne purgatorij respectu paucitatis. videlꝫ au-
xiliantium sibi. Si eniꝫ aliquis dominꝰ ali-
quem in horribili carcere teneret. ille autem
videret ꝙ nullus parentū suorū eum visita-
ret: nec verbis: nec factis: pro eo liberando de
carcere ad dominū intercederet: talis profe-
cto maximā reciperet penam: et continuo au-
geretur in eum dolor. A simili est de anima
bus pro peccatis suis a diuina iusticia in ig-
ne purgatorij incarceratis: que cum maximā
ignis afflictionem sentiant: quasi nullus ami
corum eorū in presenti vita existentiuꝫ apud
dominū elemosynis: ieiunijs: missis: oratio-
nibus: ⁊ huiusmodi. pro eis intercedit. di-
cente saluatore Matthei. 24. Quoniam ha-
bundauit iniquitas: refrigescet charitas mul
torum. Quod vtiqꝫ considerantes: grauiorē
penam suscipiunt. Unde propter doloris ve
hementiā iugiter ⁊ admiratiue lamentantur
⁊ clamant dicentes verba Job decimonono
Miseremini mei saltem vos amici mei: qꝛ
manus domini tetigit me. Ex prefatis igitur
octo respectibus euidenter apparet: quali-
ter maximaꝫ in purgatorio suscipiet penam
quicumqꝫ in presenti vita pro peccatis non
satisfecerit. Adde ꝙ si nec in hac vita nec in
purgatorio satisfacies: hēbis penā infernaleꝫ
in cuiꝰ ꝯpatione cū sit eterna: ois p̄dcā pena
purgatorij nihil est: de qua inferni pena dicit̄
Job. 21. Tenent tympanū ⁊ citharā ⁊ gaudēt
ad sonitū organi: ducunt in bonis dies suos
⁊ in puncto ad inferna descendunt. hec ibi.

¶ Septimo etiā probo rōne retardatiōis ꝙ
verus penitēs debet penitentiā qualitercūqȝ
a discreto cōfessore iniunctā libenter suscipe.
Fundamentū rationis ponit extra de re. iu.
li.6.in regula. Mora. vbi dr̄. Mora sua cuili
bet est nociua. patet hec regula. Naȝ si quis
tardat serere: tardat ⁊ metere: seu fructū semi
nis recolligere. Quo p̄supposito: certū est ꝙ
qui in p̄senti vita ꝯdigne nō satisfacit: nō tm̄
in purgatorio penā ignis predictā tollerabit:
verūetiā retardabit ingredi padisum: siue ac
cedere ad conspectū diuine maiestatis: ⁊ rō
est: quia sicut tempaliter solutiōis dilatio vel
satisfactionis liberationē tardat carceris: sic
a simili in purgatorio quisqȝ retardat a visi
one dei quousqȝ exoluerit penā peccatis con
dignā: que retardatio seu ꝓlōgatio diuine vi
sionis etiam per momentū tempis erit tāti
doloris ⁊ pene: ꝙ ois simul pena ignis pur-
gatorij supposita gaudiū quoddā quasi ⁊ re-
frigeriū appareret respectiue. Et rō est: qꝛ sꝫ
Aug.21.de ciui.dei. In amissione rerū: tātus
est dolor quātus est valor: ⁊ q̄ꝫtus inheserat
amor. Quo cōcesso clarū est sm eundē Au-
gust.22.de ciui.dei. ꝙ qui videt deū habet oē
bonum: eo ꝙ videre deū est habere deū.i. oē
bonū. Q̄ȝ si sic est: concludit igitur. ꝙ pro eo
tempe: ⁊ si nō esset nisi momētū tempis: quo
quis caret visione dei: caret simul omni bono
sed simul carere oi bono est pena sup oēs pe
nas. ergo ⁊c. Hec rō elicit a Ric.in.4.di.20.
ar.2.q.j. Vbi cōcludit ꝙ abūdantia diuine vi
siōis excedit omnes penas ignis purgatorij.
Pretermitto etiā ꝙ ex tali retardatione ani
ma priuat dulcissima visione omniū angelo
rū atqȝ sanctoꝝ. propter quod tot penis cru
ciat ex eorū absentia: quot gaudijs coꝝ p̄ntia
frueret. Et ut plenius cōcludam. dico ꝙ pena
de priuatione diuine visionis: nō tm̄ excedit
omnē penam purgatorij intensiue. Sȝ insu-
per omnē penā ignis inferni. dicēte Crisost.
sup Matth. Ego inquit multo grauiores q̄ȝ
gehennā esse dico cruciatus: remoueri ⁊ abi-
ci ab illa supna gloria: nec puto ita eē acerba
gehenne incēdia: ut sunt illa quibꝰ torq̄tur is
qui arcet a cōspectu dei. Plurimi nāqȝ solā
ptimescunt gehennā: ego autem illius visio-
nis amissionē multo amarius q̄ȝ gehēne eē
dico suppliciū. Intollerabilis eniȝ est gehen-
na: verum si etiā mille ponat quis gehennas
nihil tale diceret quale est a beata illa gloria

excidi: odio xp̄i haberi: audire non noui vos.
Et eniȝ decē milia melius est sustinere ful-
mina: q̄ȝ faciem dei māsuetam a nobis vide
re auersam: ⁊ diuinū tranquillūqȝ oculū nos
videre non ferentē. hec ille. Ex prefatis septē
rationibꝰ patet: qualiter quisqȝ peccator tenet
deo ⁊ proximis satisfacere: q̄ȝtum sibi est pos
sibile. ¶ Quarto probo deniqȝ exemplis. ꝙ
quisqȝ debet satisfacere ꝓ peccatis in hac vi-
ta q̄ȝtum potest. Primū exemplū habemus
de corporaliter infirmo: q si odit cōsiliū me-
dici: ⁊ spernit eius medicamina: profecto mo
ritur: ⁊ sanitate desiderata priuat. sic a simili
est de quolibet peccatore qui si contēnit con-
siliū spiritualis medici.i. confessoris: ⁊ despi-
cit recipere medicinā satisfactionis: profecto
et vita eterna priuabitur ⁊ ꝑpetua morte in
inferno morietur. Aliud deniqȝ exemplū po
nit in vitis patrū. vbi legitur. ꝙ cū quidā san
ctus pater obnixe deum rogaret: ut ei osten-
deret q̄ȝtam penā habeant q in hac vita deo
⁊ proximis pro peccatis satisfacere noluerūt.
statim permittēte deo apparuit ei quedā ani
ma cathenis igneis colligata: lamentabiliter
dicens. Cum eniȝ penitentiā facere nolueriȝ
in presenti seculo: ecce ꝙ in inferno me satisfa
cere oportet: ⁊ profecto cōtenta esseȝ stare tot
annis in inferno: quot sunt gutte aque ma-
ris: ⁊ insup trāsire tot ānis ꝑ ardētissimā for
nacem: quot sunt gutte aque maris: ⁊ insup
tot annis dictim ascendere per arborem ra-
sorijs ⁊ nouaculis plenam: a terra vsqȝ ad ce
um attingentem: ⁊ post omnia deus me li-
beraret. sed vhe mihi: vhe mihi: vhe mihi: qꝛ
impossibile est. Nam quādo stetero tot ānis
in igneȝ inferni: quot sunt gutte aque maris
adhuc me oportebit ad primū annū reincipe
re: ⁊ quando stetero mille vicibus tot annis
quot sunt gutte aque maris ad primū annū
reincipiā: ⁊ sic nunq̄ȝ satisfactio mea fineȝ ha
bebit: ⁊ quod mihi cōtigit eueniet omnibꝰ ꝓ
peccatis suis in hac vita satisfacere nolenti-
bus: quibꝰ dictis disparuit. Ex predictis au-
ctoritatibꝰ: rationibꝰ: distinctionibꝰ: atqȝ exē-
plis patet. qualiter satisfactio ꝓ peccatis cui-
libet est necessaria ad salutē: ⁊ etiā patet quar
ta adoratio ad diuinū cultuȝ necessaria: que
dicta fuit virtualis: siue integralis. In qua
ostensum fuit qualiter ad diuinū cultuȝ sin-
gulariter sunt necessaria tria opa. vȝ opus cō
tritionis confessionis: ⁊ satisfactionis. et per

consequens etiam deniqꝫ patet.5. contemplatio latrie seu diuine adorationis:que dicitur contemplatio modificationis.In qua ostensum est qualiter deus veneratur corde:ore:atqꝫ operatione.Que simul omnia nobis concedat saluator noster iesus christus:qui viuit ꝛ regnat verus deus ꝑ īfinita secl'a scl'oꝝ amē.

¶ Feria.5.pꝰ tertiā dn̄icā q̄dragesime. Iteꝝ de.5.excellētia.videlicet de nobilitate. ipsius sacratissime fidei.

Tes christus filius dei viui.Scribunt̄ h̄ verba luč.4.c.ꝛ in euangelio occurrentis ferie.Post sacri euangelij literalem ꝛ moralem expositionem clarissimi ciues: exquo vt claruit in precedentibus sermonibus sufficienter declaraui de diuino cultu:seu de diuina adoratione.5.contemplationem.videlicet modificatiōis.In qua ōnsū fuit qualr̄ deus d̄bet adorari corde:ore:corpore:ꝛ triplici operatiōe.vꝫ cōtritionis:confessionis:ꝛ satisfactiōis.habeo in p̄nti feria de diuino cultu ꝛ adoratione declarare in ordine.6.contemplationem ipsius diuini cultus:valde profecto vtilē ꝛ mirabilē que dicitur cōtemplatio associatiōis. Cuius 6.cōtēplatiōis declaratio talis erit.

¶ De sexta ꝯtēplatiōe diuine adorationis:q̄ dicitur associatiōis:seu de hyꝑdulia.

Exta igitur contemplatio de cultu latrie seu de adoratiōe ad deū faciēda dr̄ associatiōis. Q̄m vltra supra dictas.5.cōtēplatiōes nō sufficit ad latriam seu ad diuinū cultuꝫ q̄ solum adoret̄ ipse deus vel ip̄a sanctissima trinitas:sꝫ etiaꝫ oīo requiritur necessario q̄ adorent̄ quedam alia ꝑꝑ deū:tanq̄ ip̄ius diuine bōtatis ꝑtici patiua:sine quoꝝ adoratiōe nequaq̄ ip̄e deꝰ latrie cultu adorari posset.hic ē q̄ post declarationē eēntialē ip̄iꝰ latrie:oꝫ ad presens declarare quid eēntialiter sit hyꝑdulia:q̄ ad q̄sdam sp̄ales creaturas conuenit.Et vt sermo noster in forma debita reponat̄:seu in se aliq̄ lē formā contineat:notabimus ad presens de ip̄a hyꝑdulia tres veritates. Pria dicitur veritas quidditatis. Secūda dicitur veritas specialitatis. Tertia dr̄ veritas cālitat̄

¶ De triplici veritate hyꝑdulie:ꝛ prio d̄ pria que dicitur veritas quidditatis.

Rima igitur veritas hyperdulie dicit̄ veritas quidditatis.In hac veritate essentialiter demonstro per suā diffinitionē quid sit hyꝑdulia.Hyperdulia igitur ꝑm Alex.de ales in tertia ꝑte sūme.i tractatu de latria:de hyperdulia:ꝛ dulia.Hyperdulia iquit est honor quidam valde magnus qui simpliciter exhibetur creature rationali excellenti per maiorem affinitatem ꝛ coniunctionem ad ipsum deū.h̄ alex. Declaraui diffinitionē tm̄ simpliciter de verbo ad verbum:qm̄ in.2.veritate īmediate sequenti de ip̄a hyperdulia clarius ꝛ diffusius declarabitur.

¶ De secunda hyperdulie veritate que dicit̄ veritas specialitatis.

Ecūda insuper veritas hyperdulie dicitur veritas specialitatis. Q̄m in diffinitiōe suprapositā hyꝑdulie:dr̄ q̄ honor magnus ip̄ius hyperdulie simpliciter dꝫ exhiberi creature excellenti ex magna cōiunctione ad ipsum deuꝫ:habemꝰ videre quot sūt res sp̄aliter excellentes:q̄bus post deum hic magnus honor soluꝫ est exhibendus.Et dicendū:q̄ quinqꝫ generibus rerum creatarū:hic honor magnus hyperdulie d̄betur. Primo debet̄ christo. Secūdo hūanitati xp̄i. Tertio cruci. Quarto virgini. Quito ymagini.¶ Prio dico q̄ honor magnꝰ hyperdulie debetur xp̄o tanq̄ creature excellenti.Intellige tn̄ vt imediate declarabitur respectu solius humanitatis.Absolute tn̄ si queritur qua adoratione debeat xp̄s adorari.Respōdo ꝑm Tho.tertia ꝑte sūme q.25.ar.j.q̄ debꝫ deū adorare vnica adoratione.videlicet latrie.Cū.n.in xp̄o sit vna ꝑsona tm̄ ꝛ due nature: est quidem vna adoratio:ꝛ vnus honor ex parte eius qui adoratur. Ex parte vero cause qua adoratur: possunt dici plures adoratiōes.vt verbi grā:si in vno homine sint plures excellētie que sūt cāe honoris.vt puta ꝑlatio:scia:ꝛ virtus:erit vnus honor ex ꝑte eius qui honorat̄: ꝛ plures cāe honoris.Q̄ idē hō ē q honorat̄ ꝛ ꝑꝑ ꝑlationē ꝛ sciam ꝛ ꝑꝑ virtutē:sic in xp̄o est cū sit vna tm̄ ꝑsona:dicēte Athanasio in simbolo.Naꝫ sicē aīa rōalis ꝛ caro vnus est homo:ita deus ꝛ hō vnus est christus. Erit propter hoc vna adoratio eius. Cuꝫ vero sint plures cause honoris in xp̄o:erūt plures adoratiōes eius: vt scilicet alio honore adoretur propter scientiaꝫ

īcreatam:ꝛ alio honore adoretur propter scīe-
tiam creatā. videlicet hyperdulie. h Tho. Ex
qua distinctiōe patet: qua adoratione christ⁹
debeat adorari. ¶ Secūdo etiam dico ꝙ ho-
nor magnus hyperdulie debetur humanita-
ti⁹ ipius christi tanꝗ̄ rei excellenti. Vñ si que
ritur qua adoratione hūanitas christi debeat
adorari absolute. Respondeo ꝭm Tho. in ter
tio. di. 9. ar. 2. ꝛ tertia parte sūme. q. 25. ar. 2. q. j.
ꝙ debet adorari duplici adoratione. videlicet
latrie ꝛ hyperdulie. Nam humanitas christi
pōt dupliciter intelligi ꝛ considerari a nobis
Vno mō prout est ꝯiūcta diuinitati: ꝛ sic de
betur ei adoratio latrie: ꝛ ratio est: quia tc̄ nō
adoratur ratione sui sed ratione diuinitatis.
ꝭm quā christus nō est minor patre ꝫ equalꝭ
ei. Alio modo cōsideratur prout separata ē a
diuinitate: ꝛ prout est creata tam pulcra: tam
sancta: tam perfecta: ꝛ debetur tūc ei adora-
tio nō latrie que soli deo creatori debet̄: neqꝫ
etiā dulie que cōmuniter alijs creaturis exhi
betur: sed solum quedam adoratio maior du
lia: quā greci hyperdulia vocant. Nam inter
omnes alias rōnes existētie illa est precipua
qua creatura honoratur ratione vnionis ad
creatorem. sicut humanitas christi: ꝛ ea q̄ ad
eam pertinent. Et ideo talis adoratio: vel re-
uerentia: siue seruitus ꝛ subiectio que huma-
nitati christi debetur: spāli nomine hyperdu-
lia nominat̄: q̄si sup duliā ad latriā accedens
h Tho. Alex. aūt in tertia parte sūme. in expo
sitiōe pmi precepti. vbi agit̄ de adoratiōe dei
querit vtrū eadem adoratione. s. latrie christ⁹
ꝭm deitatē ꝛ humanitatē dꝫ adorari. Et rñ-
det in corpore qōnis di. In christo inquit est
dignitas persone ꝛ diuersitas naturarū. quia
psona vna est in duabus naturis. Respicien
do igitur dignitateꝫ psone: sic vna debet̄ xpo
adoratio: quia ipse est vna persona: ꝛ vna di-
gnitas psonalis: ꝛ hec adoratio est latria. vn-
de ꝛ Jo. dama. tertio sen. suaꝝ di. 9. Timeo i
quit carbonē tangere propter ignē copulatū
ligno. Adoro xpi naturā ꝑpter dei mei simul
vtranqꝫ propter carni vnitā deitatem. Non
enim quartā appono personā in trinitate: sed
cōfiteor personā vnā verbi ꝛ carnis eius. hijs
verbis insinuari videtur christi humanitatē
cum verbo vna adoratione esse adorandam
attēdēdo vnitateꝫ persone. Respiciendo aūt
diuersitatē naturarū est differēs adoratio: qꝛ
ibi est natura diuina que adorando est latria

ibi est ꝛ humanitas ex qua parte distinguēdū
est: qꝛ ipsa humanitas potest simplr̄ ꝭm se cō
siderari inquātum est creatura quedam tam
pulchra taꝫ sancta: vel prout est diuinitati cō
iuncta. Si consideretur ꝭm se: dico ꝙ ei debe
tur adoratio: que est dignior ipsa dulia: ꝛ ꝭm
hoc scribit̄. ps. Adorate scabellum pedū eius
vbi dicit glo. Caro christi si nō i pietate a ver
bo dei assumpta adoratur: non illa adoratio-
ne que latria est: que soli creatori dbetur: sed
illa que dignior est dulia. h glo. Si autem cō
sideretur ꝑut est diuinitati vnita: ꝭm hoc fue
re varie opiniones: quia quidam dixerunt ꝙ
debetur ei dulia hoc mō sed dignissima. Alij
autem dixerūt ꝙ debetur ei latria: ꝭm Aug.
qui supra illud. Non turbetur cor vestrū. di-
xit. Ego dñicā carnem immo perfectaꝫ in chri
sto humanitatem ideo adoro: ꝙ a diuinitate
suscepta: ꝛ diuinitati vnita est: vt non aliuꝫ ꝛ
alium: sed vnum eundēqꝫ deum ꝛ hominem
filium dei eē confiteor. Deniqꝫ si hominē se-
paraueris a deo: illi nunꝗ̄ credo neqꝫ seruio
Et loquitur hic de adoratione qua latria ac
cipitur seu distiguitur tripliciter. Vno modo
dicitur ꝑprie. s. cultus qui soli deo debetur: si
ue intelligatur quātū ad dignitatem: in cuius
participatione nō est creatura: vel in cuius ē
participatiōe. ¶ Scdō modo dicit̄ latria stri
cte: cum. s. restringitur vocabulum ad seruitu
tem que debet̄ creatori ratione dignitatis: in
cuius participatione nō est creatura: ꝛ sic ac-
cipitur latria i glo. illa deo cui debetur latria
dño cui debetur dulia. In participatione eni
istius dignitatis que designatur h nomine
deus: ꝭm ꝙ accipit naturaliter: et est dignita
tis que designatur hoc nomine creator non
est creatura. ¶ Tertio mō dicitur large non
solum seruitus que debetur dignitati dic̄ sed
ēt ipsi creature vnite. In q̄ sensu dic̄ Raba-
nus Caro christi adoranda est sicut verbum
sed nō omni spē latrie: qm̄ nō adoramus eaꝫ
oio prostrati in terra: sic vt credamus ꝙ nos
creauit de nichilo: vt sacrificem⁹ ei sicut deo
sed adoramus eam: qm̄ per ipsaꝫ redēpti su-
mus: ꝛ sic dicitur latria nomine extenso: ꝛ sic
respiciendo vnitatē persone vna est adoratio
latrie. Respiciēdo autem diuersitatem natu
raꝝ: differens est adoratio. Diuina eni natu-
ra semper adorat̄ latria: hūana nā sīlr̄ i se cō
siderata semper adoratur hyperdulia: prout
est sanct⁹ sanctoꝝ. i. honore quodaꝫ q̄ ē minor

latria. Considerata vero: vt diuinitati vnita
adoranda est latria extenso nomine latrie. ħ
Alex. verbalr. hāc eandez sententiā ponit do
minus Bonauē. in tertio. di. 9. ar. j. q. j. in cor
pore. q. Ex hac insup distictione patet etiam
qua adoratione adorari debet hūanitas xpi.
¶ Quarto insup dico ꝙ honor magnus hy-
perdulie qui tñ minor est latria debetur cru-
ci. videlicet ipius christi: tanq̄z rei excellēti. Si
queritur igit qua adoratione debeat crux xp̄i
adorari. Respondet Tho. in. 3. di. 9. ar. 2. q. 4.
ꝛ tertia parte sūme. q. 25. ar. 4. di. Crux iquit
xp̄i pōt tripliciter cōsiderari a nobis. ¶ Pri
mo inq̄ztum est simplex quedā res insensibi-
lis: vt puta lignum sculptum. vel pictuz: ꝛ tūc
nulla reuerentia: vel honor debetur ei. Et rō
est: quia honor non debetur nisi ratiōali crea
ture: creature āt isensibili nō. ¶ Secūdo mo
do consideratur crux inq̄ztum est quedā res
ipsius christi: ꝛ tūc est adoranda a nobis ado
ratiōe hyperdulie que minor est latria. ¶ Ter
tio modo consideratur crux inq̄ztuz represen
tat nobis figuram christi extensi ꝛ crucifixi: ꝛ
inq̄ztum ex contactu eius ad membra christi
eius sanguine est perfusa: ꝛ tunc adorat a no
bis ea adoratiōe qua christus pro nobis cru
cifixus est: videlicet latrie: ꝛ propter hoc etiaz
rit ad ſalutem p̄ficere ſine actu exteriori.Ad
hoc reſpōderi poteſt q̄ argumentū nō valet
Cum eniȝ fides formata ſm apoſtolū ad ga
la.5.Sit operās per directionē ⁊ charitas ſi
cut probatū eſt nunq̄ ſit pro debito tp̄e ſine
opere exteriori:concludit̄ propter hoc q̄ etiā
fides formata p̄ loco ⁊ tempore nūq̄ poteſt
eſſe ſine exteriori opatione.vel etiā dicas ſȝ
Greg. q̄ charitas nō ſemp̄ elicit actū exte-
riorē in caſu in quo operari nō eſt poſſibile:
nō ē eni tūc vtile neqȝ neceſſe:⁊ tūc in illo ca
ſu accipitur pro actu.Sic ſimiliter eſt dicen-
dū de fide formata:q̄ eo tp̄e quo ē poſſibile
vtile ⁊ neceſſe:ſemp̄ ⁊ neceſſario elicit actum
exterioreȝ: ſed eo caſu in quo nō eſt poſſibile
vtile ⁊ neceſſe opari accipit̄ habitus fidei p̄
ipſo actu.¶ Quarto hoc idē probo rōne con
formationis.Fundamentū rōnis ponit Cō
mentator ſup̄ ſcd̄o de celo ⁊ mūdo. di. Oia
entia nihil aliud intendūt p̄ ſuas opatiōes:
niſi ut aſſimilent̄ ſuo principio nobiliſſimo
patet hec regula.Nā animalia bruta immo
inſenſibilis terra atqȝ vegetabiles plante iu
giter p̄ducunt fructus ſuos ⁊ opationes ſm
modū potentie ſue qđ ideo faciūt ut ⁊ ocioſi
tatē fugiant que de ſe mala eſt: ⁊ inſuper ut
deo aſſimilent̄:qui ut habet̄ ſcd̄o.⁊.12. Me-
tha.eſt ſimpliciter act⁹ puriſſimus. Quo p̄-
ſuppoſito certū eſt ſm Ricar.in.4. diſt.49
ar.1.q.4.in cor.q. q̄ per actū magis aſſimila
tur ⁊ cōformat̄ hō deo:q̄ ſimpliciter p̄ habi
tum q̄ non eſt in deo cū ſit res imperfecta.
q̄ ſi ſic eſt cū quilibet obliget̄ ⁊ teneat̄ cōfor

mari deo in p̄fectione q̄tū poteſt:ſic ipſe pre
cipit Matt.5.di.Eſtote p̄fecti ⁊c. cōcluditur
neceſſario q̄ habitus fidei nō ſufficit ad hoc
ut aia cōformet̄ cū deo:ſed neceſſario etiam
exigitur ipſe actus ⁊ opatio. ¶ Quinto hoc
idem p̄bo rōne p̄fectionis.Fundamentū ra
tionis ponit Tho. 1.2.q.113.di. Nobilior eſt
ſimpliciter atqȝ potētior gratia ipſa natura.
qđ ſic patet:q̄ gratia exaltat animā rōnalē
ſup̄ naturā:⁊ ſup̄ gloriā multoꝝ angeloꝝ:cū
tamē angelus per naturā nobilior ſit aia rō
nali.Quo p̄ſuppoſito certū eſt ſm phum.19
de animalib⁹.q̄ natura q̄ dat inſtrumentū:
dat ſimul ⁊ opationem:quia nō facit oculuȝ
ſine viſu:nec viſum ſine oculo. q̄ ſi hoc facit
natura a fortiori facit hoc ⁊ gratia.Si igitur
gratia infundit habitū fidei:neceſſario ad ei⁹
perfectionē requirit actum ⁊ opationē. q̄ ſi
aliter intenderet:ſequeret̄ q̄ natura eſſet p̄fe
ctior atqȝ potētior in ſuis effectibus ipſa gr̄a
quod vtiqȝ falſiſſimū eſt. Propterea aplus
ad Gal.3.ait.Qui nobis tribuit ſpm̄ in vir
tute fidei opat̄ ⁊ virtuteȝ. Quod confirmās
Bonauē.in.3.di.35.ar.1.q.2. in corpore que-
ſtionis dicit.Cum querit̄ an obiectū ſcientie
fidei inq̄tum eſt gratia quedā ⁊ donū ſpūs
ſancti conſiſtat ſimpliciter in cōſideratione
an in actione vel opatione.Reſpōdeo q̄ ſci
entie quadruplex eſt differentia.Quedaȝ eſt
ſcientia que cōſiſtit in intellectu pure ſpecu-
latiuo:⁊ hec eſt fundata ſupra principia rōis
⁊ hec ſcientia dr̄ acquiſita de quacūqȝ crea-
tura ſicut in ſcientia humane phie. Quedaȝ
eſt ſcientia que cōſiſtit in intellectu inclinato
ab effectu: ⁊ hec eſt fundata ſupra principia
fidei:que quidē ſunt articuli:eſt nihilominus
acq̄ſita:⁊ hec eſt ſcientia ſacre ſcripture: quā
nullus habere pōt:niſi ſaltem habeat fidē in
formē.Quedā eſt ſcientia que cōſiſtit in in-
tellectu ſiue in ratione inq̄tum inclinat affe
ctū ad operationē: ⁊ hec eſt fundata ſup̄ p̄n-
cipia iuris naturalis que ordinat̄ ad rectitu
dinē ⁊ honeſtatē vite: ⁊ hec ſcientia eſt virtu
tis prudentie.Quedā autē eſt ſcientia q̄ con
ſiſtit in intellectu:ſm q̄ eſt inclinatus ⁊ incli
nans:inclinatus inq̄ a fide ſimpliciter. In-
clinans autē ad bonā opationem: ⁊ hec fun
datur ſup̄ principia fidei ⁊ habet ortū a do-
no diuine gratie. Et talis eſt ſcientia fidei q̄
eſt donū ſpūſancti.Et ex hoc patet: quis ſit
actus proprius hui⁹ doni.Eſt eni actus eius

ꝺirigere ad omnia agẽtia mediãte regula ip
ſius fidei:cuius ẽ ꝺirigere ad opa miſericoꝛ
die:ut nõ tm̃ bona ꝓ bonis reddat ſm ꝙ ꝺi
ctat lex nature:ſed etiaꝫ bona pꝛo malis ſm
ꝙ ꝺictat lex gratie ad exemplar ipſius Jeſu
xp̃i in quo fuit omnis gratie habundantia.
Et ideo ad ipſam ſcientiã non ſolũ pertinet
ꝺirigere in agendis:ſed etiã ex cõſequenti ꝑ
tinet noſce ea que ſunt fidei tanꝙ̃ fundamẽ
tum ſue ꝺirectionis ⁊ vlterius noſce huma-
nitatẽ xp̃i tanꝙ̃ exemplar ſui regiminis: ita
ꝙ hic tripler actus cõuenit ei ſm triplicem
reſpectũ. Vnus reſpectu obiecti motiui. Al-
ter reſpectu ſui fundamenti ꝺirectiui. Tertiꝰ
vero reſpectu exemplaris excitatiui. Et quia
pꝛincipalis actus accipit ex parte obiecti: hic
eſt ꝙ pꝛecipuꝰ actus ꝺoni ſcientie:eſt ꝺirigere
circa agenda:ſeu circa actionẽ ⁊ operationẽ.
hec Bonauen. verbaliter. ¶ Sexto etiã pꝛo
bo ratione ꝺemonſtrationis qualiter vnuſ-
quiſqꝫ tenetur opera ſimul exterioꝛa habere
cum habitu fidei. Fundamentũ rationis po
nit dominus Matth.5.vbi pꝛecipit ꝺi. Sic
luceat lux veſtra coꝛam hominibꝰ.ſ.tam fide
libus ꝙ̃ infidelibus: ut videant veſtra bona
opera:⁊.g.p.v.qui in c.eſt. Quo pꝛeſuppoſito
videlꝫ ꝙ quiſqꝫ tã fidelibꝰ ꝙ̃ infidelibus te-
netur oſtendere ſe habere veram fidem xp̃i.
Certũ eſt ſm ph̃m ṗmo Poſterioꝝ. ⁊ ṗmo
ꝺe anima.qꝛ ꝺupler eſt cognitio.ſ.cognitio ꝑ
cauſam ⁊ cognitio ꝑ effectũ: ſed manifeſtum
eſt ꝙ habitus fidei cũ ſit in anima nõ poteſt
ab aliquo fideliũ: ſeu infideliũ cognoſci.g ha
bitus fidei vtiqꝫ eſt cauſa effectuũ exterioꝛuꝫ
vꝫ opationũ:ergo neceſſario opoꝛtet ꝙ qſqꝫ
ꝑ ſigna exterioꝛa.i. bona opera faciat ſe co-
gnoſcere eſſe verũ fidelem ſeu habere in ani
ma habitũ vere fidei:nã ſm ph̃m ſcꝺo Pꝛi
oꝛũ. Signũ eſt pꝛepoſitio ꝺemõſtratiua faci
ens fidem. Et pꝛimo perier.idẽ ꝺicit. Signi
ficare idẽ eſt quaſi intellectũ ꝺe aliqua re cer
tum facere ⁊ cõſtituere. Et ṗmo ꝺe aĩa ꝺicit
Accidentia magnã partẽ conferũt ad cogno
ſcendũ ꝙ quid eſt.ſ.cãm vel ſubiectũ. Et ſe-
cũdo Pꝛioꝝ ꝺicit. Per ſigna coꝛpoꝛis nota
nobis ſilogizamꝰ ꝺiſpõnes aĩe nobis igno-
tas. Et.2.ꝺe anima ꝺicit. Habitꝰ cognoſcũ-
tur ꝑ actus.actus aũt ꝑ obiecta. Et ṗmo ꝺe
anima ait. Anima ſimplex ⁊ intellectual' co-
gnoſcitur ꝑ motũ ⁊ ſenſum ⁊ opationeꝫ ſui
coꝛpoꝛis. Et.4.Meth.ait. Opus bonum et
malum ab extra indicat quale in anima. Et
12.Meth.ꝺicit. Actus ſpecificant habitꝰ. Jtẽ
extra ꝺe hoĩcidio c. ſignificaſti.ꝺicit. Ex qua
litate facti ꝑ̃ſumit animꝰ facientis. Cipꝛianꝰ
etiam.26.q.j.c. Nec aliqua putet.ait. Certe ⁊
ipſe cõcubitus ipſa confabulatio ipſa oscula-
tio ⁊ coniacentium feda ⁊ turpis ꝺoꝛmitio
ꝺedecus criminis confitent: ⁊ qualitas actꝰ
pꝛeſumptionẽ habitus inducit. Ambꝛo.etiaꝫ
libꝛo ꝺe officijs ait. Eſt in ipſo motu geſtu ⁊
inceſſu tenenda modeſtia ⁊ verecundia:habi
tus enim mentis per ſtatum coꝛpoꝛis cogno
ſcitur. Deniqꝫ ipſe ꝺominus Mat.7.ca.ait.
A fructibus e.c.eos. Ex quibus omnibꝰ colli
gitur:ꝙ cum quiſqꝫ teneat ex pꝛecepto ꝺomi
ni oſtendere ſe habere veram fidem xp̃i taꝫ
coꝛam fidelibus ꝙ̃ infidelibus:⁊ habitus ve
re fidei cũ ſit in anima a nullo pꝛedictoꝝ po
teſt cognoſci:niſi ꝑ ſigna exterioꝛa.i. per actꝰ
⁊ opationes:cõcludit ꝙ ꝺe neceſſitate ſalutꝭ
eſt:ut qſqꝫ oſtendat fidẽ ſuam cũ exẽplo bo-
noꝝ opeꝝ exterioꝝ. Ad qꝺ inducens Apl'us
ṗmo Thi.4.ꝺicit. Nemo adoleſcentiam tu
am cõtemnat:ſed eſto exemplũ fideliũ in ver
bo: in ꝯuerſatione: in charitate:in fide:in ca
ſtitate: ꝺũ venio attẽde lectioni ⁊ exhoꝛtatio
ni ꝺoctrine:noli negligere grãm ꝺei ⁊ fidei:
que in te eſt ſꝫ hoc meditare. Jn his eſto ut
ꝓfectus tuus ſit oĩbus manifeſtus. Attende
tibi ⁊ ꝺoctrine inſta in illis. Hoc enĩ faciẽs
⁊ teiṗm ſaluũ facies: ⁊ eos qui te audiẽt. Et
ad Roma.15.admonet.ꝺi. Vnuſquiſqꝫ pla
ceat coꝛam pꝛoximo ſuo in bonũ ad edifica-
tionẽ omniũ.ſcꝫ fidelium ⁊ infideliũ. Et pꝛi-
mo ad Theſſa.5.ait. Conſolamini inuiceꝫ et
edificate alterutrũ: ⁊ ſemper quod bonuꝫ eſt
ſectamini inuicem ⁊ in omnes. Sed heu qꝺ
ꝺicam cum quaſi nullus ſit hodie fidelium
qui monſtrat fidem ſuam exterioꝛi exemplo
bonoꝛũ operum. Certe pluries ſcire optaui:
quare verificatur nũc ꝺictuꝫ pꝛophete ꝺicẽtꝭ
Dominus ꝺe celo pꝛoſpexit ſuꝑ filios homi
num ut videat ſi eſt.intel.⁊c. Et certe ꝺidici
inter alias ratiões imo firmiter credo ꝙ ſit
potiſſima ratio ⁊ cauſa malũ exemplũ. Naꝫ
cum quis alium peccare videt ſtatim ſequi-
tur eum:ſicut filius patrem:filia matrem:no
tarius iudicem:ſeruus ꝺominũ: populus ſa
cerdotem ⁊ religioſum. Et ꝙ plus eſt ꝑ ma
lum exemplũ chꝛiſtianoꝛũ: ſtant infideles ꝙ
non conuertuntur ad verã fidem xp̃i ad quã

realiter crederem quasi oēs ɔuerti si xpiani in veris opibus fidei se exercerēt. Sed vhe vhe vhe illis qui suo malo exēplo tā fideles xpi q̄ȝ infideles scandalizant. Audiant tales quid dn̄s Matth.18.dicat. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt.expedit ei vt suspendat mola asinaria i collo eius:ꝛ demergat in profundum maris vhe mundo a scandalis: necesse est enim vt scandala veniāt.verūtn̄ vhe hōi illi ꝑ quem scandalum venit. Si aūt manus tua vl̄ pes tuus scandalizat te abscide eum ꝛ ꝓice abste bonum est tibi ad vitam ingredi debileȝ vel claudum:q̄ȝ duas man⁹ vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si ocul⁹ tuus scandalizat te:erue eum ꝛ proice abste: bonum est tibi cuȝ vno oculo intrare ad vitā q̄ȝ duos oculos habenteȝ mitti in gehēnam ignis.hec ibi. Et Greg.xj.q.3.c.precipue.dic̄ Scire prelati debent q̄ tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exēpla transmittunt.hec ille. Nomine prelatoꝝ intelligo nō tm̄ dn̄os:sed omnes qui aliqb⁹ presunt:sicut pater filijs: maritus vxori: ꝛ sic de singulis. ¶ Septimo deniqȝ probo rōne precessionis: q̄ opera simul cum fide necessaria sunt ad salutem. Fundamentū rationis ponit auctor li.de causis. Omnis cā nāliter precedit suum effectum.pȝ hec regula. Nam arbor precedit fructum:ꝛ pater filium. Quo presupposito peto que sit causa p̄ncipalis meriti eterne felicitatis:ꝛ claꝝ est q̄ est ipsa virtus actualis:dicente pho.j.ethi. Felicitas est premiū virtutis.ꝛ Tho.2.2.q.89.ar.j.in solu. scd̄i ꝛ tertij ar.dicit q̄ virtus causat ex actib⁹ ꝛ meritum actibus correspondet. Q̄d confirmans apostolus.j.cor.3.dicit. Vnusquisqȝ ꝓpriam mercedem accipiet fm̄ ꝓprium laborem. Et ad Gal.4.ait. Bonum aūt facientes non deficiamus:tempore enim suo metemus:vbi ait glo. Quātum seminauerim⁹ in operibus:tm̄ metemus de fructib⁹ eterne vite. Et Luc.io.dicitur. Dignus est operari⁹ mercede sua. Apoc̄.etiam vlti. dicitur. Ecce venio cito ꝛ merces mea mecū est dare vnicuiqȝ fm̄ opera sua. Et Isa.53.dicit. Pro eo q̄ laborauit ꝛ operatus est: aīa eius videbit dominum ꝛ saturabit. Si igitur vt patet causa precedit suum effectuȝ cum bona opatio sit causa meriti.concluditur necessario q̄ nullus potest habere meritum vite eterne cū solo habitu fidei:ꝛ loquor de adultis: sed oȝ q̄ tale meritum omnino precedat sua causa que est operatio bona. Proinde Aug.lib.de moribus ecclesie dicit. Premium merita sequi debet non precedere: nec plus potest ex iustitia deus dare q̄ȝ sit homo dignus. pensemus igitur non sine maximo labore ꝛ virtute mercedem paradisi percipere posse. Nō ergo debemus premium petere nisi prius p̄cedat labor virtutis.hec ille. Ex qua ratione patet q̄ quisqȝ habens fidem sine operibus virtuosis:in diuino iudicio est condēnādus: dicente Augustino in sententijs suis. Fides sine operibus signum est perditionis. in iudicio enim fides illa ostendet euȝ in quo fuit fuisse christianū:ex alia pte opera mala ostendent illum fuisse inimicum Christi: fides illa ostendet q̄ Christo fidelitatem debuit.opera vero mala q̄ fidem non exhibuit: ꝛ sic proditor fuit. Malus christianus habens fidē cū malis aperibus:secum habet litteras sue dānationis:quia per fidem scriptum est i corde eius:q̄ qui talia agunt regnū dei nunq̄ȝ possidebunt. hec ille. Ex prefatis septem rōnibus euidēter apparet:qualiter fides sine opibus est inutilis ad salutem. ¶ Tertio etiam probo distinctionibus q̄ opera simul cū fide cuilibet sunt necessaria ad salutē. Scd̄m eni Franciscū de Maro.in p̄.dist.vlti. Duplex ē actio siue operatio ad consequendū felicitatē necessaria.s.actio elicita seu intrinseca: ꝛ opatio extrinseca: vel iperata:operatio anime i trinseca ꝛ elicita est:quādo aliquid actu intelligitur per intellectum siue actu amatur ab intra per voluntatē.operatio autē extrinseca ꝛ impata est q̄n mediante intellectu ꝛ voluntate facimus operationes exteriores: vtputa ieiunare:elemosynas dare:ꝛ hmōi. Vel actio impata dicit:q̄n voluntas mota ab intellectu impat potentijs seu sensibus sui corporis vt exeant ad opationes suas:seu se restringant ab operibus illicitis. His premissis cōcludit q̄ cum actio extrinseca ꝛ impata ordinetur ad actionem elicitam ꝛ intrinsecaȝ:nō sufficit ad salutem simpliciter actio intrinseca anime:nisi simul fit ꝛ actio impata ab ea circa exteriora opera: ꝛ hoc pro loco ꝛ tempore quādo occurrunt facienda. Aliam distinctionem ponit Bonauen. in.2.di.40.ar. j.q.3.vbi querit.an opera simul cum habitu fidei sint necessaria ad saluteȝ: ꝛ respōdit di.

ꝙ duobus modis possumus loqui de operi
bus bonis:aut de illis que sunt de supꝫ ero-
gatiõe:aut de illis que sunt in oblatiõe. De
primis operib⁹ supꝫ erogationis: ut est serua
re virginitatẽ:relinquere mundũ:⁊ huiusmo
di.dico ꝙ nullus ad illa opa tenet̃:nisi forte
ꝑ votuꝫ factum. Alia sunt opa obligationis
de quibus distinguendũ est.Aut enĩ ille qui
habet intentionẽ ⁊ voluntatẽ ad aliquid fa-
ciendũ:habet facultatẽ ⁊ possibilitatẽ:aut nõ
Si nõ habet possibilitatẽ: nõ tenet̃ ad ope-
ra exteriora:sed solũ sufficit volũtas.Si aũt
habꝫ possibilitatẽ ⁊ facultatẽ: tunc obligatur
ad opa fidei vel charitatis extrinseca:cũ exi-
git locus temp⁹ cõditio ⁊ huiusmõi.ꝙ si sic ẽ
a fortiori tenet̃ quilibet hr̃e erga proximos
operationẽ charitatis intrinsecus.Hec Bo
naue.Idem etiã Bo. querit supꝫ prohemio
primi sententiaꝝ.q.3.an scientia q̃ttuor libro
rũ.sit tradita simpliciter a spũ sancto ꝓpter
intelligere tm̃.⁊ respondit ꝙ ꝑfectibile a scia
est ipse intellectus:qui intellect⁹ habet tripli-
citer cõsiderari. Primo q̃ꝫtũ ad se. Secũ
do q̃ꝫtum ad affectionẽ siue voluntatẽ. Ter
tio q̃ꝫtum ad opus.Et ꝯcludit ꝙ spũs sctũs
non tradidit simpliciter scientiaꝫ intellectui
ut ipse tm̃ intelligat: sed etiã ut referatur ad
voluntatẽ:ut.s.ipsa velit ⁊ amet qd̃ intelligit
Et vltra hoc tradidit super omnia ut preci-
pue referatur ad opus.i.ut quisqꝫ opetur qd̃
diligit ⁊ cognoscit. Et infert ibidẽ ꝙ nullus
vnq̃ꝫ est verus theolog⁹:seu legista:licet sciat
oẽs cõclusiones thelogie ⁊ legis ciuilis: nisi
amet ⁊ opetur ex charitate ſm possibilitateꝫ
suã oia que ipsa sacra theologia vel lex ciuil'
demõstrat.hec ibi.sentẽtialr.Aliã dist.ponit
Tho.in.j.di.38.di.ꝙ deus se habet ad salutẽ
hois:sicut artifex ad suũ op⁹. Artifex ãt tria
ꝯsiderat.Primo obiectũ.Scd̃o finẽ.Tertõ
mediũ ad finẽ ꝓducẽs.Exẽpli gr̃a. Nã pri-
mo idẽ artifex ꝯsiderat formã dom⁹:ꝙ ẽ ob
iectũ. Scd̃o finẽ ꝙ est habitatio. Tertio me
diũ ꝙ est lapides:ligna:cementũ:⁊ huiusmo
di.Sic deus a simili in hois p̃destinatione
⁊ saluatiõe.Primo cõsiderat obiectũ p̃desti
natũ ⁊ saluandũ: ꝙ est hõ beatitudis capax.
Scd̃o finẽ quẽ vult hoi dare:q finis nihil ẽ
aliud q̃ꝫ ipse deus.Tertio ꝯsiderat medium
ꝑ qd̃ finis acqrit̃:⁊ sic sunt virtutes ⁊ opera
tiones bone sine quib⁹ nullus adultus salua
ri põt.hec Tho.sentẽtialiter.Aliã deniqꝫ di.
ponit Bonauẽ.in.3.di.26.ar.j.q.4. in soln.j.
ar.respondẽs ad q̃sitũ illud. vtꝝ pctõr q ca-
ret opib⁹ fidei possit recte sꝑare btitudinem.
vbi sic dicit.Aliqs põt exire in actũ spei tri-
pliciter.Prio hñdo merita in ꝓposito ⁊ i ef
fectu:sicut hõ iust⁹ q diu deo seruit: ⁊ in po-
sterũ seruire intendit: ⁊ iste ẽ actus fidei for
mate.O quã bona ẽ spes ista.o spes ꝑfecta.
o spes iocunda.certe hec est spes de qua ad
Ro.5.dr̃.Spes nõ ꝯfundit: q2 charitas dei
diffusa est in cordib⁹ vestris.¶ Secũdo ha-
bendo merita in ꝓposito ⁊ nõ in effectu: sic̃
ille q est peccator ⁊ ꝓponit multa bona opa
facere:⁊ ꝑ illa saluari:⁊ iste est actus spei in-
formis:⁊ est valde dubius ⁊ ꝑiculosus:modi
ciqꝫ valoris nisi actualiter ponat̃ in effectu.
¶ Tertio nõ habẽdo merita ⁊ opatiões nec
in effectu nec in ꝓposito:sicut ille q est pecca
tor:⁊ ꝓponit multa bona opa facere: sꝑ agit
mala ⁊ nulla facit bona:⁊ deliberat sic ꝑseue
rare:sed per solam misericordiã dei se credit
gl'iam adeptuꝝ. Et iste est actus nõ spei: sed
presumptionis:de quo Eccli.37.dr̃. O pre-
sumptio neq̃ssima vñ creata es. hec Bona.
Ex predictis etiã distinctionib⁹ patet: qualr
habitus fidei nõ saluat simpliciter xp̃ianum
sed ipse virtutes atqꝫ opatiões bone.¶ Qr̃-
to hoc idẽ ꝓbo silitudinib⁹.Et p̃mo silitudi-
ne nãli.Nam ph̃us p̃mo de ce.⁊ mũ.dic̃. ꝙ
nã tria exigit ad ꝑfectionẽ vniuscuiusqꝫ rei:
vꝫ substantiã:virtutẽ:⁊ operationẽ: patet in
vite que licet hẽat potentiã ⁊ virtutẽ ꝓducẽ
di vinũ:tñ si careat fructu vini nequaq̃ꝫ vi-
tis illa ꝑfecta dicetur.Sic a sili:licet qs hẽat
substantiã habitus fidei ⁊ etiã possibilitateꝫ
ꝓducẽdi opa:si nõ erit in opationes: nõ dr̃
hr̃e bonã fidẽ.¶ Scd̃o hoc idẽ ꝓbo silitudi
ne artificiali. Sicut eniꝫ artifex simpl'r faci-
ens bonũ fundamentũ domus. ⁊ non ptes
vel tectũ vituperabilis est.sic a sili hñs sim-
pliciter habitũ fidei ⁊ nõ opa vitupabilis ẽ.
O ppositũ est de domo q̃ qñ hꝫ bonũ funda
mentũ cũ oib⁹ suis ptib⁹ ⁊ alijs ornamẽtis
que requirũtur ad eius ꝑfectionẽ:tunc lau-
datur dom⁹ ⁊ eius artifex.Inde est ꝙ Geñ.
p̃mo legit̃.ꝙ ꝓductis fundamẽtis deus po-
suit alia ornamẽta:ꝓpter qd̃ dr̃. Igit̃ ꝑfecti
sunt celi ⁊ terra ⁊ ois ornatus eoꝝ.Sic a si-
mili:nõ sufficit habere fidei fundamentũ: ni
si quisqꝫ ornet illud alijs virtutib⁹ ⁊ opibus
bonis:veluti iusticia:tempantia:fortitudine:

prudētia:māſuetudie:ꝛ hm̄oi. Quod miſtice fi
guratū eſt Apoc.21.vbi dr̄. ꝙ fundamentū ci
uitatis hierl̄m erat ornatū oi lapide ꝑcioſo.
Et Ezech.28.dicit̄. Omnis lapis precioſus
operimentū tuū.¶ Tertio hoc idē probo ſi-
militudine ſciētiali. Nā phūs pmo Poſte-
rioꝝ dicit. In demōſtratione alicuiꝰ ſcientie
tria ſunt neceſſaria.vꝫ vnū qd̓ demōſtratur
ſcꝫ cōcluſio.hoc eſt autē ꝙ ꝯtinet in ſe id qd̓
ineſt alicui generi ꝑ ſe.¶ Secundū eſt digni
tas.dignitates autē ſunt ex qbus demōſtra
tio fit.¶ Tertiū autē eſt genus ſubiecti. cuiꝰ
paſſiones ꝓprias ꝛ per ſe accidētia oſtendit
demōſtratio.His pmiſſis pꝫ ꝙ qui ignorat
mediū nunꝗ̄ pōt inferre cōcluſionē.ſicut di
cendo.Omne animal rōnale eſt riſibile.Si
ignoret̄ mediū:ꝙ eſt omnis homo:nūꝗ̄ po-
terit concludi:ergo omnis homo eſt animal
riſibile.Sic a ſimili dico ſi quis ignorat me
diū fidei ꝙ eſt operatio:nunꝗ̄ poterit infer
re cōcluſionē ꝙ ſaluetur.¶ Quarto hoc idē
probo ſimilitudine penitentiali ſeu diuinali
Nam Ricar.in.4.diſt.14.ar.5.q.2.querit.
vtrū prius acceptet deus actū penitentie ꝗ̄
habitū:ꝛ probat ꝙ ſic di.Illud prius ordine
nature format̄ a charitate quod prius ordie
nature a deo acceptat̄:ſed prius ordine natu
re.i.ſm̄ rationē intelligendi acceptat̄ a deo
actus penitentie ꝗ̄ habitus penitētie ordina
tur ad actū ſicut ad ꝓximū finē:ꝛ deus priꝰ
ordine nature acceptat bonuꝫ ꝙ eſt finis:ꝗ̄
bonū ꝙ eſt ad finē:quia bonū quod eſt ad fi
nem acceptat ꝓpter finē:ergo prius ordie na
ture plus deo placet actꝰ penitētie ꝗ̄ habitꝰ.
Immo habitū ſimpliciter penitētie nūꝗ̄ ac
ceptat deus ſine actu.hoc ꝑſuppoſito arguo
a ſimili ꝙ plus deo placent opa fidei ꝗ̄ ha-
bitus:ꝛ nunꝗ̄ ſimpliciter acceptat deꝰ habi-
tum fidei ſine ſuo actu.¶ Quito deniqꝫ hoc
ꝓbo ſilitudine figurali. Nam ꝑtermiſſa ſili
tudine que habet̄ Mat.21.ꝛ Luce.13. De ar
bore nō faciente fructū que fuit a dn̄o male
dicta:ꝓ eo ꝙ non habebat niſi folia. Accipe
figuraꝫ que ponit̄ Luce.10.vbi ſic dicit̄. Qui
dam homo deſcendebat a hieruſalē in hieri
cho ꝛ incidit in latrones:qui diſpoliauerunt
eum ꝛ plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo
relicto.Accidit autē ut ſacerdos quidā trāſi
ret ꝛ viſo illo preteriit. Similiter etiā leuita
cum eſſet ſecus locum ꝛ videret eū ptranſiit
Samaritanus autē quidā videns eū miſe-
ricordia motus eſt ꝛ appropiās alligauit vul
nera eius infundens oleū ꝛ vinū:ꝛ imponēs
illum ſuper iumentū ſuū duxit ad ſtabulum
ꝛ curam eius egit.ꝛ altera die protulit duos
denarios:ꝛ dixit ſtabulario curaꝫ illius ha-
be:ꝛ quodcūqꝫ ſupererogaueris reddam ti
bi.hec ibi.Hanc ſimilitudinē propoſuit do-
minus cuidaꝫ legiſperito:cum interroganti
quis eſſet proximus ſuus ab eo diligendus:
quod cū expoſuiſſet:ut pretactum eſt ſuperio
ri ſimilitudine:ſtatim interrogauit legiſperi
tum di.Quis horū trium videtur tibi proxi
mus fuiſſe illi qui incidit in latrones: an ſa-
cerdos:an leuita:an ſamaritanus? At ille di
xit.Qui fecit miſericordiā in illuꝫ. Et ait illi
Jeſus. Vade ꝛ tu fac ſimiliter.Qua ſimili-
tudine datur intelli:ſimul cum ceteris ſimili
tudinibus ꝙ habitus fidei ꝛ amor ſine ope-
ribus nō meretur laudē nec ſalutē.¶ Quin
to poſtremo probo exemplis: qualiter fides
ſine operibꝰ nō ſufficit ad ſalutem. Naꝫ Ja
co.2.dr̄. Vis ſcire o homo inanis:qm̄ fides
ſine operibꝰ mortua eſt. Abraam pater no-
ſter nōne ex opibus iuſtificatꝰ eſt offerrēs fi-
liuꝫ ſuū yſaac ſuper altare. Vides ergo qm̄
fides coopabatur opibus illius: ꝛ ex operi-
bus fides cōſummata eſt:ꝛ ſuppleta eſt ſcri-
ptura.di.Credidit abraam deo ꝛ reputatuꝫ
eſt ei ad iuſticiā:ꝛ amicꝰ dei appellatꝰ eſt: vi
detis quoniā ex operibus iuſtificat̄ homo ꝛ
nō ex fide tantū.Similiter et raab meretrix
nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens
nūcios:ꝛ per aliā viā eiiciens.Sicut eni cor
pus ſine ſpiritu mortuuꝫ eſt: ita ꝛ fides ſine
operibus mortua eſt.hec ibi. Quibus exem
plis patet:qualiter opera ſunt neceſſaria ad
ſalutem.Aliud exemplū ponitur Mat.h.20
de patrefamilias qui noluit dare ocioſis:
ſed ſimpliciter operariis ꝛ vinee mercedem
ꝛ premiū.vnde ibi ſic dicit̄.Cum autem ſero
factum eſſet:dicit dominꝰ vinee procuratori
ſuo. Voca operarios ꝛ redde illis mercedeꝫ
ſuam:incipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad pmos
hec ibi.Aliud exemplū habet̄ Gen̄.2.de adā
ibi enim dicit̄. Tulit deus hominē ꝛ poſuit
eum in paradiſo voluptatis:ut operaretur ꝛ
cuſtodiret illum. Nota ꝙ dicit operaretur.
Duplex eſt enim operatio ſm̄ phūm.ſecūdo
Metha.ꝛ ſexto Ethicoꝝ.ſ.practica ꝛ ſpecu-
latiua.practica eſt per quā fit membroꝝ exer
citatio:ꝛ hec non erat neceſſaria ade in ſta-

tu innocentie. Ideo tm̄ post peccatū dictum est ei in sudore vultus tui. v. p. tuo. Speculatiua autē operatio est in anima: que tm̄ exercetur in cogitatione meditatione delectatione ꝛ obedietie adimpletione. Hac igitur secunda operatione intellectus est dicendum Adaz nouisse opari in statu inocētie ut. s. circa ei⁹ cognitionē dilectionē atqꝫ subiectionē operaretur. Post statum tamē culpe pro loco ꝛ tempore: tā operatio speculatiua qꝫ practica cuilibet est necessaria ad salutem. Aliud deniqꝫ exemplum habemus de saluatore nostro Iesu xp̄o: qui in hoc mundo triginta tribus ānis in bonis operibus semper se occupauit. Unde Ioan. io. cum calumniaretur a iudeis ꝙ dei filius non esset: dixit eis. Opera que ego facio in nomine patris mei ipsa ꝑhibent testimoniū de me: multa bona opera ostendi vobis: propter quod eoꝝ op⁹ me lapidatis? Si nō facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autem facio ꝛ si mihi nō vultis credere operibus credite. ut cognoscatis ꝛ credatis: quia pater in me est et ego in patre. hec ibi. Et Actu. p̄mo dicitur. Cepit Iesus facere ꝛ p⁹ docere. Luce quoqꝫ 24. dicitur. Oportebat pati xp̄m: ꝛ ita intrare in gloriā suam. Si igitur necesse fuit xp̄m per viam crucis: ꝛ per cetera bona opera in gloriam suam intrare: a fortiori necesse est nos ambulare per viaꝫ crucis: ꝛ opera bona ut sic intremus in gloriam eternam. Quod confirmans ipse dominus Matthei. 16. ait. Qui vult venire post me. s. in vitam eternaꝫ ꝛc. Ad quod faciendū nos egregie inducit sanctus Leo papa in sermone infra octauam epiphanie. di. Erigite ergo dilectissimi fideles animos vestros ad coruscationē gratie luminis sempiterni: ꝛ impensa humane salutis sacramenta venerantes: studium vestrum his que pro nobis gesta sunt subdite. diligite castimōie puritatē: quia xp̄us filius virginitatis est. Abstinete vos a carnalibus desiderijs: qui militant aduersus animam quēadmodum nos Paulus apostol⁹ suis ut legimus verbis hortat̄. Malitia paruuli estote: quia domin⁹ glorie se mortaliū conformauit infantie. Sectamini humilitatem quā dei filius suos discipulos docere dignatus est. Induite vos virtutem patientie in q̄ animas vestras possitis acquirere: quoniā qui cunctorū est redemptio ipse est omniuꝫ fortitudo. Que sursum sunt sapite non que super terram: per viam veritatis ꝛ vite constanter incedite: nec vos impediant terrena quibus parata sunt celestia. hec ille. Ex predictis igitur auctoritatib⁹: rationibus: discussionib⁹: similitudinibus: atqꝫ exemplis patꝫ qualiter ad salutem nō sufficit fides cordis ꝛ confessionis: sed ꝛ necessario requiritur ut quisqꝫ actualr̄ se exerceat circa omnia opera fidei sibi possibilia. Et sic insuper patꝫ tertia circūstantia ad integritatem vere fidei necessaria: que dicitur circūstantia operatiōis. Quā fidei circunstantiā ꝛ operationem: nobis concedere dignetur donator omniū bonorū Iesus xp̄us dominus noster. Qui cuꝫ patre ꝛ spiritusancto gloriosus triumphat. ꝑ immortalia secula seculorum. Amen.

¶ Sabbato post quartam dominicā quadragesime. Iterum de integritate ipsius sacratissime fidei.

Go sum lux mundi: qui sequit̄ me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. s. eterne. Scribūtur hec verba Ioā. 8. ca. ꝛ in euangelio occurrētis ferie. Post sacri euangelij litteralē ꝛ moralem expositionem generosi ciues. Ex quo ut claruit in p̄cedenti sermone sufficiēter declarata fuit tertia circunstantia ad integritatem vere fidei summe necessaria: q̄ dicit̄ circunstātia operationis. nūc in presenti sermone exponenda est necessario sequens circūstantia proposita in ordine: que dicit̄ circūstantia intensionis. Cuius quidem circūstantie declaratio talis erit.

¶ De quarta circūstantia ad integritatē vere fidei necessaria: q̄ dr̄ circūstātia intēsiōis.

Uarta igit̄ circūstātia ad itegritatē vere fidei necessaria: dr̄ circūstātia intēsionis. Sicut eni elicit̄ ab auctore 6. p̄n. duplex est bonitas in reb⁹ nālib⁹. s. intēsiua ꝛ extēsiua. Bōitas intēsiua respicit gradus bonitatis. Bonitas vero extēsiua: respicit diuturnitatē tp̄is. Pꝫ hec veritas exemplo de duplici gnē vini: quoꝝ vnuꝫ etiā si sit eiusdem mēsure cum altero excedit alterum in viginti gradibus letificationis confortationis roboratiōis atqꝫ vigorationis. Et hij

gradus dicũtur bonitas intensiua ipsi⁹ vini: Bonitas vero extensiua dicit̃ esse in vino: quando durat in suo vigore diuturniori tp̃e ꝙ nõ facit aliud vinũ:quod ex debilitare sen tiens modicũ calorem:cito versabit̃ ⁊ defici- et. His premissis dico a simili ꝙ ad hoc ꝙ fides vera sit:debet in se habere predictã du plicẽ bonitatem: vʒ bonitatẽ intensiuã. ut.s. habeat in se multos gradus magnitudinis. ut sit magna ⁊ nõ parua. Item debet habe- re bonitatem extensiuã.ut.s.fides sit diutur- na ⁊ longeua:⁊ nõ momẽtanea. De qua bo nitate extẽsionis inferi⁹ suo loco dicet̃. Suf ficiat igit̃ ad presens tractare de bonitate in tensiua ipsius fidei.i.qualiter debet esse ma gna ⁊ nõ parua. ¶ Pro cuius cõclusionis de- claratione:tria de magnitudine fidei decla- randa sunt. ¶ Primo sua veritas. Secũdo sua diuersitas. Tertio sua nccitas. ¶ Pri- mo declaranda est sua veritas.s.magnitudi nis ipsius fidei. ꝑ quo tenẽdũ est:ꝙ realiter habitus fidei potest crescere in gradib⁹ ma- gnitudinis. Quod tripliciter probo. videlicet ¶ Primo auctoritatib⁹. Secundo ratione. Tertio distinctione. ¶ Primo ꝑbo aucto ritate: ꝙ fides põt crescere intensiue quo ad gradus. vnde Ber. in suis sententijs ait. Fi des põt esse ⁊ magna ⁊ ꝑua. Si magna est meret̃ laudẽ si parua vituperiũ. ¶ Secundo hoc idem ꝑbo ratione diuisionis. Fundamẽ tum ratiõis ponit phus.5. Eth. di. Vbicũqʒ est reperire ꝑuum ⁊ magnũ:ibi requiret̃ etiã magis ⁊ min⁹ ⁊ equale. Quo p̃supposito:cer tũ est ꝙ in fide inueniat̃ magnũ ⁊ paruũ. de ꝑua fide dicit dñs Petro. Matt.14. Mo- dice fidei quare dubitasti. De fide vero ma- gna:dixit mulieri chananee. Matt.15. Mu lier magna est fides tua. Quod si sic est: er- go cõcludit̃ ꝙ fides potest crescere intensiue ⁊ potest esse maior in vno q̃ʒ in alio. ¶ Ter- tio hoc idem ꝑbo distinctione. Tho. scd̃a se cũde.q.5.ar.4.di. Cum querit̃ an fides pos- sit esse maior in vno q̃ʒ in alio. Rñdeo ꝙ q̃ʒ titas habitus ex duob⁹ potest attendi. Vno modo ex obiecto. Alio modo ẜm participa- tionẽ subiecti. Obiectũ autẽ fidei potest du- pliciter cõsiderari. Vno modo ꝑ formalem rationẽ. Alio modo ẜm ea que materialiter credenda proponũtur. Formale obiectum fi dei est vnũ ⁊ simplex.s.virtus p̃ma: vnde ex hac ꝑte fides nõ diuersificat̃ in credentibus

sed est vna specie in omnib⁹:sed ea que ma- terialiter credenda ꝑponũtur sunt plura et possunt accipi vel magis vel min⁹ explicite. Et ẜm hoc põt vnus homo plura explicite credere q̃ʒ alius:⁊ sic in vno potest esse ma- ior fides ẜm maiorẽ fidei explicationem. Si vero cõsideretur fides ẜm capacitatẽ subie- cti:hoc cõtingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ⁊ ex intellectu ⁊ ex volũtate. Po- test ergo fides in aliquo dici maior. Vno modo ex ꝑte intellectus: ꝑpter maiorẽ certi tudinẽ ⁊ firmitatẽ. Alio modo ex parte volũ tatis:propter maiorẽ promptitudinẽ: seu de uotionẽ vel confidentiã. hec Tho. verbaliter ¶ Patet igit̃ ex predicta auctoritate rõne ⁊ di stinctione:qualiter fides potest crescere intẽ siue:ẜm gradus magnitudinis. ¶ Secundo declarãda est huius cõclusionis sua diuersi tas.i.habemus videre quot modis fides po tuerit ⁊ etiam nunc possit intensiue crescere. ¶ Pro quo notãdũ est: ꝙ ẜm doctores fides crescit in magnitudine decẽ modis.

¶ Primo explanatione.
¶ Secundo illuminatione.
¶ Tertio certificatione.
¶ Quarto infusione.
¶ Quinto affectione.
¶ Sexto opinione.
¶ Septimo despectione.
¶ Octauo tolleratione.
¶ Nono operatione.
¶ Decimo duratione.

¶ Primo dico:ꝙ fides potest crescere intẽ- siue:⁊ esse maior in vno q̃ʒ in alio explanatiõ ne:seu ex multiplicatione credẽdoꝝ. Et hoc modo fides creuit: ⁊ est maior vniuersaliter in his que sunt sub lege noua: q̃ʒ in omnib⁹ qui fuerũt in veteri lege:quod tripliciter ꝑbo ¶ Primo auctoritate. Secũdo rõne. Ter tio distinctione. ¶ Primo ꝑbo auctoritate Nam glosa sup̱ verba Exodi.3.vʒ. Nomẽ. Adonay nõ indicaui eis. ait. Nomẽ dei ma gis clarificatũ fuit:post xp̃i aduentũ omnib⁹ fidelib⁹: q̃ʒ ante eius aduentũ:q2 iesus .i. sal- uator interp̃tatur nobis mõstratus est ⁊ nõ illis. ¶ Scd̃o hoc idẽ probo rõne argumẽta tionis. Fundamentũ rõnis ponit phus. 4. Thopicoꝝ. di. Si de quo magis videt̃ incẽ ⁊ inest:⁊ id de quo minus. Quo p̃supposito Fran. de maro. sup̱ missus ẽ dicit ad litterã. Aliquid cognouit ecclesia post aduentũ xp̃i

quod etiā latebat suppremos angelos. Quod si sic est: ergo multo fortius nunc ecclesia cognoscit aliud ⁊ credit quod latebat homines puros veteris legis propter q̄d concluditur ꝙ fides creuit q̄ꝫtum ad ea que ꝑ christuꝫ creduntur ⁊ cognoscuntur. Quod ꝯfirmans apostolꝰ ad ephe. tertio dicit. vt inotescat potestatibus ⁊ principatibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. ¶ Tertio hoc idem probo distinctione. Nam Bonauen. in. 3. di. 25. ar. 2. q. j. querit an fides creuerit vel profecerit q̄ꝫtum ad credendorum multitudinem. ⁊ Respondit di. ꝙ credibilia ml'tiplicari dupliciter potest intelligi: vel quātum ad nouorum articulorum additionem: vel q̄ꝫtuꝫ ad multiplicatorum explanationem. Si primo mō intelligatur: sic nō est concedēdum fidem profecisse q̄ꝫtum ad multiplicationem credendorū. Si scdo modo: sic ꝓfuit ẜm processum temporis q: quod vno tempore credebant implicite ⁊ quasi vno articulo processu temporis explicatum est ⁊ distinctuꝫ in multa credibilia. Vnde sic aliquo tempore sufficiebat credere simpliciter redemptorem futurum: nunc autem circa ipsum redemptorem septem articuli particulariter explicantur: ⁊ multa ex illis cōsequentia. Et hoc est ꝙ dicit Vgo de sancto vict. in libro de sacris. Ante legem inquit deus creator credebat: ⁊ ab eo salus ⁊ redēptio expectabatur: ꝑ quē aūt ⁊ quomodo eadem salus perficienda ⁊ implenda foret: exceptis paucis quibus hoc scire singulariter ex munere datum erat a cunctis fidelibus non cognoscebatur. Sub lege aut persona redemptoris predicabatur mittenda: que aut ipsa ꝑsona foret hoc est homo vl' angelus vel deus nundum manifestabatur. Soli enim hoc cognouerunt qui per spiritum illuminati fuerūt Sub gratia aūt manifeste iam ab omnibus predicatur ⁊ creditur: ⁊ modus redemptiōis ⁊ qualitas persone redemptoris. Et sic patet ꝙ fides creuit ⁊ profecit quātum ad credibilium multiplicationem nō noua addēdo sed quodāmodo implicata explicando. Qualitas enim persone redemptoris ⁊ modus sciri nō potest aperte nisi sub quadaꝫ articulorū multitudine ⁊ distinctiōe. h Bona. verbaliter. Ex predicta igitur ratione auctoritate ⁊ distictione pꝫ qualiter fides creuit explanatiōe. ¶ Secundo etiā dico ꝙ fides pōt crescere intensiue ⁊ esse maior in vno q̄ꝫ in alio illuminatiōe seu maiori cognitiōe. Et hoc modo fides creuit ⁊ etiaꝫ est maior vniuersal'r in his qui sūt sub lege noua q̄ꝫ in omnibus qui fuerunt sub lege veteri quod tripliciter probo. Primo auctoritate. Secundo rōne. Tertio, distic. ¶ Primo auctoritate probo. Naꝫ Grego. super verba luce. io. beati oculi qui vidēt que vos videtis ait. Scōm incremēta tēporum creuit sciētia sanctoꝝ ⁊ spiritualium pꝛ̄um: ⁊ q̄ꝫto aduentui saluatoris viciniores extiterūt: tanto misterium salutis plenꝰ pceperūt. hec ille. ¶ Secūdo hoc idem ꝓbo ratione causalitatis. Fundamentum rationis ponit phs. j. phisicorū. di. Innata est nobis via cognoscēdi ex principijs nobis notioribus que sūt vniuersalia ⁊ magis confusa i notiora ⁊ certiora nāc. patet hec regula. Nam quādo qs videt Petrum a longe seu remotissime cognoscit eum vniuersaliter ⁊ cōfuse: credendo simpliciter ꝙ sit lignum imobile aut lapis. Cuꝫ aūt ei parum appropinquat videns eum mouere perfectius ipsum cognoscit propter quod iudicat in corpore esse aliquod animal. Cū aūt magis ei appropinquat: adhuc perfectius eū cognoscit: propter q̄d iudicat in genere: ꝙ est vnus homo. Cum aūt fit ei proximus habet perfectissimaꝫ de ipso cognitionem: eo ꝙ cognoscit i spē ipm cē Petꝝ ⁊ nō Jacobū vel Joānē. Quo ꝑsupposito: certū est ꝙ cū pr̄es noui testamēti fuerūt ꝓximiores xp̄o illū etiā ꝑsonal'r viderūt. Ecōtra vero q: pr̄es veteris testamēti remotiores fuerūt a pn̄tia ipsiꝰ xp̄i incarnati: ꝯcluditur oīo ꝙ maior est cognitio ⁊ fides in pr̄ibus noui testamēti q̄ꝫ in pr̄ibus veteris legis: q: illi habuerūt legē ꝯfusaꝫ: nos vero clarissimā. Et iō Jo. baptista q fuit propingssimꝰ saluatori expsse cognouit ⁊ clarius aduentū xp̄i in carne. Vnde dixit Jo. j. Ego vidi ⁊ testimonium phibui quia h vere est filius dei. Et etiam expressius ⁊ clarius cognouit eum venturum ad passionem. vnde subiecit. Ecce agnus dei: prenuntians eius imolationem futurā. ¶ Tertio hoc idem probo distinctione. Nā Bona. in. 3. di. 25. ar. 2. q. 2. querit an fides profecerit quātum ad cognitiōis seu illuminationis plenitudinē: ⁊ Respondit di. ꝙ ẜm diuersitatem temporum: indubitanter creuit fides q̄ꝫtum ad lumis plenitudinem intelligendo: de fide ẜm statum cōmu-

ꝫ

nem hoc aũt non est propter ipsorum tempo
rum transmutationẽ.primo ⁊ pͥcipalter sed
propter veritatis exhibitionem ⁊ manifesta-
tionem:propter maiorem gratie diffusionem
⁊ propter pleniorez instructionem. Ideo eniz
credentes:clarius nunc ea que credũt cogno
scunt q̄z antiquitus cognoscebant:quia iã est
veritas exhibita ⁊ monstrata per christũ. Iaz
⁊ gratia spiritus sancti amplius diffunditur
in sacramẽtis noue legis propter christi meri
tum ⁊ precium iam solutum. Iam etiaz nũc
fides apertius predicatur docetur probatur ⁊
defenditur per euidẽs discipulorum christi ⁊
eius sequatium documentum.hec Bonauẽ.
¶ Patet etiam ꝙ non tm̃ quantum ad maio-
rem cognitionem maior est fides in lege no-
ua q̄z in veteri:sed etiam fides intẽsiue repe-
ritur nunc in vno qui est sub lege noua q̄z in
alio. Quod sic probo. Qui eniz expressiorem
⁊ ampliorem explicationem de credibilibus
habet:maiorem fidem habet:sed talem habẽt
prelati:vel talez habere debẽt maiores respe-
ctu minorum ergo ⁊c. Nam qui ea que sunt
fidei explicite cognoscit:fidem habet maiorez
q̄z qui ea cognoscit implicite. Quod probãs
Tho.2.2.q.2.ar.6.dicit. Quod fides simpliciũ
vel minorum minor est in cognitione respe-
ctu maiorum vel prelatorum. Ratio est quia
discipuli qui docentur nõ habẽt tantaz scien
tiã quã habet magister ⁊ ille qui docet. Sed
minores ⁊ simplices se habent sicut g docẽt.
Maiores autẽ seu prelati sicut qui docẽt. Ex
predictis auctoritate:rõne:distinc.patz qualr
fides fuit est ⁊ põt esse maior intẽsiue in vno
q̄z in alio in cognitiõe. ¶ Tertio dico ꝙ fides
põt crescere intẽsiue plus in vno q̄z in alio cer
tificatiõe.i.ꝙ vnus põt habere maiorẽ certi-
tudinẽ de his q̄ sũt fidei q̄z alius. Et hoc mo
do est etiã maior certitudo vniuersaliter i his
qui sũt sub lege noua q̄z in his qui fuerũt sub
lege veteri quod tripliciter probo. ¶ Primo
auctoritate. Secundo rõne. Tertio distin.
¶ Primo ꝓbo auctoritate. Nã glo. sup ver
ba Isa.9.puulus natus est nobis dicit. Cer-
titudo ista adipleta fuit plus in lege noua q̄z
in veteri:eo ꝙ lex vetus loquebat̃:nõ in ꝑso-
na sua:sed in ꝑsona noue legis.scdo hoc idez
ꝓbo triplici rõne. ¶ Primo rõne causatiõis.
Scdo rõne affirmatiõis. Tertio rõne te-
stificatiõis. ¶ Primo ꝓbo ratione cãtionis
ꝙ maior est certitudo i his q̄ sũt fidei in lege
noua q̄z in veteri. Fundamentum rationis
põit auctor in libro de causis.di. Ubi ẽ plus
de causa ibi est plus de cãto:patz quia vbi est
plus de ifirmitate:ibi est pl⁹ de dolore. Quo
presupposito certum est sm philosophũ prio
de aia.ꝙ vbi plus ẽ de cognitiõe ibi plus est
de certitudine:sed manifestũ est vt imediate
probatum est:ꝙ qui sũt sub lege noua maio-
rem habuerunt cognitionem de misterijs in
carnatiõis q̄z pr̃es antiqui g ⁊c. probo h du-
pliciter. Prio respectu pñtie ipus q̄ maiorẽ
gnãt cognitionẽ q̄z absẽtia:dicẽte philosopho
tertio de aia. Cognitio inquit rei est alia a co
gnitione ipsius esse rei. Quia aliud est res ⁊
aliõ est esse rei.sz aliud est magnitudo:⁊ aliud
magnitudinis esse. Et primo posterioꝝ. atqz
prio phisicoruz.dicit. Cognoscere autem tunc
vnum quodqz arbitramur cũ causas eius co
gnoscimus. Et.9.ethicoruz.cognoscere aũt ⁊
speculari magis possumus proximiores q̄z re
motiores. Secũdo etiã magis cognouerunt
respectu sue doctrine. Nam Io.15.dicit. om
nia quecũqz audiui a patre meo nota feci vo
bis. Si igitur qui sunt sub lege noua habent
maiorem cognitionem de misterijs fidei q̄z
habuerũt qui fuerũt sub lege veteri: concludi
ditur per cõsequens ꝙ etiã habent maiorem
certitudinem fidei q̄z ipsi. ¶ Scdo hoc idem
probo ratione affirmationis. Fũdamendum
rationis ponit Plato in thimeo di. Certius
semp est quod necessario euenit:q̄z quod con
tigenter.patet quia sm philosophuz.4.meta.
necessariũ est ꝙ aliter nõ põt se habere. Ecõ
tra prio perier.dicitur. Cõtingẽs idifferenter
se habz ad esse ⁊ ad nõ eẽ.hoc idẽ diciturprio
priorum.vnde de futuris cõtingentibus non
est determinata veritas. Et ꝙ certius sit ne-
cesse q̄z cõtingens patet exemplo. Nam ma-
iorem certitudinẽ habet pater de filio quẽ ge
nuit q̄z de filo quẽ habiturus est. Et ratio est
quia prmũ est necessariũ.scdm vero cõtigẽs
Quo presupposito certuz est a simili ꝙ fides
que est de cõtingẽti fuit fides qua patres an
tiqui credebant christum eẽ passurum seu in
carnandum. Fides vero nostra que iaz cre-
dimus ipsum incarnatum ⁊ passuz est de ne
cessario. Ideo concluditur ꝙ maior est certi-
tudo in nobis de misterijs christi que presen
tialiter habemus q̄z in omnibus antiqs qui

erant ea habituri. Non enim illi poterant dicere illō.j. Jo.j. Quod vidimus ⁊ audiuimus ⁊ perſpeximus ⁊ manus noſtre contrectauerunt de verbo vite. ⁊ illud Jo.j. verbum caro factum eſt ⁊c̄. Nam ipſi loquebantur de futuro tempore dicenteſ Iſa.7. Ecce virgo cō cipiet ⁊c̄. Nos autem loquimur de preterito dicentes. Ecce virgo concipiet ⁊ peperit filiū Immo nunc mortal'r peccaret qui fidem ſuam proteſtando dicēt chriſtum naſciturum: ſeu moriturum: quod antiqui patres veraciter ⁊ pie dicebant: ſicut ipſi etiaꝫ mortal'r peccaſſent ſi affirmatiue dixiſſent virgo concepit ⁊ chriſtus natus eſt atq; mortuus. ¶ Tertio hoc idem probo ratione teſtificatiōis. Fūdamentum rationis ponit dominus Mat. 18. quod etiam habetur extra de teſtamentis c. relatum. vbi dicitur. In ore duoruꝫ vel triū ſtat omne verbum. Quod ſi ſic eſt: ergo certi9 eſt aliqd q̄zto plurib9 teſtibus cōfirmatur. Sed certum eſt ꝙ fides eccleſie pluribus teſtibus confirmata eſt q̄z fuerit fides ſynagoge ſiue quantum ad miracula ſiue q̄ntum ad martyria: ſiue quantum ad prophetarum oracula: propter que omnia cōcluditur ꝙ maior eſt fidei certitudo in nobis q̄z in omnib9 qui fuerunt ante chriſti aduentum incarnationis. ¶ Tertio hoc idem probo diſtinctione. Nam Banauentura in tertio. di. 25. ar. 2. q. 3. querit an fides creuerit quātum ad aſcēſus certitudinem. ⁊ Reſpondit di. ꝙ certitudine fidei eſt loqui dupliciter ſm duplicē: cōparationem. habet enim fides comparari ad ipſam veritatem dictantē: habet etiam comparari ad ipſum intellectum aſſentienteꝫ. Si loquamur de certitudine fidei per comparationem ad veritatem dictantem: ſic eius certitudo non habet minui nec augeri: quia cuꝫ ipſa veritas diuina certiſſima ſit ⁊ falli non poſſit quātum ex parte rationis dictātis in fide: quicūqꝫ aſſentit diuine veritati propter ſe ⁊ ſup oia ē i ſtatu vere certitudinis: nec hꝫ ex illa pte fides ꝑficē in certitudine. Si aūt loq̄mur d̄ certitudie fidei p ꝯpatione ad ipꝫ credentem: ſic realiter cōcedi poteſt ꝙ fides creſcit quantum ad certitudinem: tū propter clariorem cognitionem: tuꝫ propter preſentiam rei habitam: tum etiam propter maioreꝫ deuotionem. Illa enim fides certior eſt que apuius cognoſcit: que ſecurius poſſidet ⁊ que deuotius acquieſcit. Et quātum ad hec tria fides ſm diuerſitatem temporum creuit. hec Bonauentura verbaliter. Ex prefacta igitur auctoritate. triplici ratione atqꝫ diſtinctione patet qualiter fides maior eſt ⁊ eſſe poteſt in vno q̄z in alio quātum ad certificationem.

¶ Quarto dico ꝙ fides poteſt eſſe maior intenſiue in vno q̄z in alio infuſione. Nam ⁊ ſi ex parte ipſius dei fidem infundēris non ſit maior fides in vno q̄z in alio: tū reſpectu maioris diſpoſitionis ſubiecti fidem recipientis fides poteſt eſſe maior in vno q̄z i alio. Et ratio eſt q2 ſm Platonē in thimeo. Forme dātur ſm mercedē ſeu diſpoſitionem materie. Quo preſuppoſito certū eſt ꝙ ſicut ſm maiorem capacitatē intellectus vnuſ magis cognoſcit virtutem principiorum q̄z alius: ita ſm donum gratie: vnus magis cognoſcit per fidem veritates fidei q̄z alius. Et ſic patet qualiter fides intēſiue creſcit infuſione. ¶ Quinto etiā dico ꝙ fides intenſiue creſcit affectiōe deuotione: ſeu dilectione. Certum eſt eniꝫ ꝙ veritati prime de qua eſt fides: quidam feruētius ⁊ deuotius q̄ztum ad actus concupiſcibilis ſe ſubijciuntur per maiorem dilectionē alijs. Et ſm hoc fides eſt maior in vno q̄z in alio. Quod patet de fide informi reſpectu fidei formate. i. perfecte per charitatem: q2 qui habet fidem charitate formatam: dicitur habere maiorem fidem: q̄z qui habet fidem informem ⁊ ſine charitate. Nam qui fidem ſine charitate habet: nō ſeruit proprie deo: ⁊ ratio eſt quia licet talis faciat qd̄ deus precipit: tū non faciens illud ex charitate nō facit proprie ſm ꝙ deus vult. Et ſic patet qualiter reſpectu affectionis ſeu dilectionis: fides reperitur intenſiue eſſe maior in vno q̄z in alio.

¶ Sexto etiam dico ꝙ fides poteſt creſcere intēſiue ⁊ eſſe maior in vno q̄z in alio opinione. Naꝫ quando vnus magis ſentit magna de deo: ſeu maiorem opinionem habet q̄z alius: talis intenſiue dicitur habere maiorem fidem. hoc modo Cēturio dicitur habuiſſe maiorem fidem: qui vt habetur Ma. 8. credebat chriſtum ſolo verbo poſſe ſanare pueruꝫ ſuū: iudicans etiam ſe totaliter indignum eſſe: vt chriſtus intraret ſub tectum ſuum. Propter quod dictum eſt ei a domino. Non inueni tantaꝫ fidē in iſrael. Quod ſi opponēs ꝯ hoc dicens. Nōne inuenit chriſtus maiorem fidē

in beata virgine ⁊ in apoſtolis? Certe ſic Cri
ſoſti. aūt ſuꝑ Mat. ad hoc Reſpōdit di. Qd
maiorē fidem in Centuriōe inuenit qꝛ a nul-
lo doctus fuit. Unde ſubdit Criſoſtim⁹. Cre
didit inqt Andreas ſed Joāne dicente. Ecce
agnus dei. Credidit Petrus: ſed euangeli-
zante ſibi Andrea. Credidit philipphus: ſed
legendo ſcripturas. Nathanael etiam prius
ſignū diuinitatis accepit. Jayrus iſraelis pri
ceps pro filia ſua petens non dixit dic verbo
ſed veni velociter. Nicodemus de baptiſmi
ſacramento audiens ait. Quomodo poſſunt
hec fieri Maria ⁊ martha dicunt. Domine
ſi fuiſſes hic frater meus nō fuiſſet mortuus
tanquā dubitantes an vbiqꝫ poſſet eſſe chri-
ſti preſentia. hec ille. Oppoſitū eſt de illis qui
parua de deo ſentiunt: ⁊ qui iudicant proui-
dentiam dei circa inferiora eē iniuſtam quā
do tales dicuntur habere paruā fidem. Con-
tra quos fac diſcurſū ⁊ exprobrationē ſi vis:
⁊ precipue etiam contra querentes ſanitatē
ab incantatoribus ⁊ non a deo. Patꝫ igitur
ex predictis ꝙ reſpectu opinionis fides inue-
nitur eſſe maior in vno q̄ꝫ i alio. ¶ Septimo
etiaꝫ dico ꝙ intēſiue fides creſcit ⁊ poteſt eē
maior in vno q̄ꝫ in alio deſpectione. Quādo
enim quis bona tranſitoria ⁊ viſibilia intui-
tu eternorum bonorum atqꝫ inuiſibilium to
taliter contēnit: talis profecto dicitur habere
magnā fidem. hoc modo Moyſes laudatur
de quo apoſtolus ad hebre. xj. c. ait. Fide moy
ſes grandis factus: negauit ſe eſſe filium filie
Pharaonis: magis eligens affligi cū popu-
lo dei q̄ꝫ tēporalis peccati habere iocundita-
teꝫ: maiores diuitias eſtimans theſauro egy
ptiorūꝫ improperiū chriſti. Aſpiciebat eni in-
remunerationē. h ibi. Suꝑ que verba Augu.
ait. Maxime fidei ꝓfecto fuit omneꝫ preſen
tem ⁊ temporalem ſpernere iocunditatem: ⁊
futuram ſolum ſperare felicitatem. Hāc ma
gnam fideꝫ ſūme habuit beatus pater noſter
Franciſcus. qui omnia paterna bona reliqt
pro eternis: de quo Bonauentura in legēda
ait. Cum pater eius liquido cerneret ꝙ eum
a ſua opinione reuocare non poſſet: cepit ei-
dem vehementer inſiſtere vt epiſcopum ciui
tatis vna ſecum adiret: eiuſqꝫ renunciaret in
manibus hereditario iuri paternarum om-
niuꝫ facultatum. Ad quod exequendum dn̄i
ſeruus vltro ſe offerens mox vt peruenit ad
antiſtitem nec moram eſt paſſus nec cūcta-
tus de aliquo: nec exegit verba nec reddidit
quin potius veſtimenta ſic cuncta depoſuit
ꝙ ⁊ femoralia ipſa reiecit: totuſqꝫ coraꝫ aſtā-
tibus vt ebrius ſpiritu amore illi⁹ nudari nō
horruit: qui nudus pro omnibus in cruce pe-
pendit. h ibi. Jmmo etiaꝫ ꝙ plus eſt dicebat
coram fratribus. Si haberē inquit omne au
rum omne argentum ⁊ omnes lapides pre-
cioſos oēſqꝫ ſil' dignitates atqꝫ delectatiōes
omnia h quaſi lutū cōtēnerē ꝓ dei amore ⁊
pro ſpe futurorum ⁊ eternorū bonorū. Oppo
ſitum eſt de illis qui nec minime voluptati.
nec etiā inordinate effectioni diuitiarum re-
nunciāt qm̄ tales aut nullam vel minimaꝫ fi
dem habere cēſentur. Ex prefactis patet qua
liter reſpectu deſpectionis fides eſt maior in
vno q̄ꝫ in alio. ¶ Octauo etiā dico ꝙ fides in
tenſiue dicit' eſſe maior in vno q̄ꝫ in alio tol-
leratione ſeu firmitate ⁊ conſtantia. Quādo
eni aliqs tollerat ardua ⁊ aduerſa libenti aīo
propter deū: talis ꝓfecto dicitur habere ma-
gnam fidem. Hanc fidem magnam habue-
rūt martyres ⁊ apoſtoli ⁊ ſuſtinētiū in cōſtā
tia ⁊ in firma patientia ſuorum acerbiſſimo-
rum martyriorꝫ. Oppoſituꝫ vero fuit de illis
qui propter martyria ſeu penas fidem nega-
uerunt. o quot de iſtis in chriſtianitate repe-
rirentur qui prepoſitis ſibi penis chriſti fideꝫ
penitus abijcerent. Quādo etiā aliqs in ma-
gnis aduerſitatibus maxie ſpat in deo ⁊ in
eo cōfidit: talis profecto habet magnam fidē
Econtra vero quādo quis in aduerſitatibus
de deo diffidit: talis profecto aut paruaꝫ aut
nullam dicitur habere fidem. De hac par-
ua fide in aduerſis ſeu parua confidentia in
deo chriſtus redarguit Petrū Mat. 14. di.
Modice fidei q̄re dubitaſti? Que verba ex
ponens Criſoſtimus ſuper Mat. ibi videns
Petrus ventum validum timuit. dicit talis
eſt humana natura: vt mltotiēs i magnis re
cte ſe hn̄s in minoribus reprehēdatur vt ſibi
dicat. Modice fidei q̄re dubitaſti. Et ſuꝑ id
aliō verbū ⁊ cū cepiſſet mergi ideꝫ Criſo. ait
vt mōſtraret dominus qm̄ nō vēti imiſſio: ſꝫ
illius modica credulitas periculum operaba
tur: dixit modice fidei: in quo monſtratur qꝛ
neqꝫ vētus neqꝫ aliqd aliō nocere potuiſſꝫ ſi
firma fides fuiſſet. hec ille. Ex premiſſis etiaꝫ
patet qualiter reſpectu tollerationis fides in-

mum intelligere seu cōprehendere. Quis na
turali ratione poterit intelligere ꝙ de⁹ fact⁹
sit homo.⁊ ꝙ christus cōceptus sit de spiritu
sancto ex maria virgine:⁊ ꝙ nouem mensib⁹
quem celi ⁊ terra capere non possunt:dei fili-
us in vtero virginis tanq̄ȝ incarceratus fue-
rit ⁊ coartatus:certe nullus. Quis insup na-
turali ratione poterit conprehendere quali-
ter christus in cruce simul ⁊ semel beatus es-
set ⁊ moreretur:certe nullus. Quis etiam na
turali ratione poterit intelligere qualiter sba
hostie ⁊ substātia vini i virtute .5. verborum
transubstancietur in veram substantiam cor
poris ⁊ sanguinis xp̄i: ⁊ hoc in qualibet ho-
stie particula sit ibi totum corpus ⁊ san-
guis christi atqȝ diuinitas:certe nullus. Quis
insuper naturali ratione cōprehendere pōt
qualiter corpus hominis iam mortuuȝ ⁊ in-
cineratum: ⁊ ꝙ plus est in substantia bestia-
rum atqȝ vermiu iam mutatum.possit rein-
tegrari ⁊ reformari atqȝ cum propria cadēqȝ
anima cōiungi atqȝ vniri:certe nullus. Sic
transcurre per oēs articulos fidei. Que om-
nia confirmantur.24.q.i.c. Nō turbatur.vbi
dicitur. Nulla humana ratio pertingit ad ea
que sunt fidei. Ex qua ratione patet ꝙ fides
debet habere omnimodam simplicitatem.ex
quo ea que sunt fidei nulla possunt ratiōe cō
prehendi. ¶ Tertio hoc idem probo ratione
falsificationis ⁊ per similitudinem sic formo
rationem presupposita tamen ista generali
regula ꝙ de similibus idem est iudicium.
Sicut se habet amor ad obiectum amatum
ꝙ ē sūma dei bonitas:sic fides se hȝ ad obie-
ctum creditum ꝙ est simplex dei veritas: Sȝ
cum ꝭm philosophum.8.ethi.triplex sit ami-
cicia propter bonum vtile delectabile ⁊ hone
stum. Et idem philosophus.9.ethi.di.ꝙ sola
amicicia bonorum honestorum laudabilis ē
Et secūdo retho.ait. Amare est bonum vtile
alicuius ipsius gratia. Et ratio quare amor
solum boni honesti ⁊ non boni vtilis delecta
bilis laudatur est qꝛ.9.ethi.ait philosophus.
Qȯ amicis existentibus simpliciter pp bonū
vtile ⁊ delectabile cessātib⁹ hijs cessat amici-

tia. Certuz est q a simili fides vt simpliciter
sit bona circa ꝓprium obiectum non debet
esse ꝓpter aliud.i.ꝓpter argumenta ꝛ rõnes
quia talis fides esset mercenaria: ꝛ ideo defi
ceret deficientibus argumentis ꝛ rationibꝰ:
sed solum debet esse fides ꝓpter se.i.dz velle
esse simplex ꝓpter se sine ptinacia rationum
propter amorem dei. vnde Aug.describens
fidem ait. Fides est deo digna credulitas:et
credulitas digna deo est credere ei ꝓpter se
ꝛ sup oia ꝛ non ꝓpter aliud.glosa etiam sup
verba.2.cor.3.Non q sufficientes sumus co
gnoscere aliqd a nobis ait. Cogitare ē initiū
fidei assentire: aut simpliciter sūme veritati
propter se ꝛ sup oia est eius cõplementuz. pz
ergo ex prefata rõne q fides oio reddit falsa
si pertinaciter querit ꝯfirmari rõnibus de-
monstratiuis ꝛ argumentis. ¶Quarto hoc
idem ꝓbo rõne multiplicationis. Fundamē
tum rõnis ponit phs.j.physi. Inconuenienti
vno assignato multa incõuenientia cõsequū
tur.pz hec regla. Nam si quis comedit rem
summe nociuam qd vtiqz est qddam incon
ueniēs ipsi corpori:statim generat malus hu
mor in eodem corpore. postea vero generat
infirmitas tandemqz subsequit mors. Quo
presupposito: certum est q si quis pertinaci
ter velit de rebus fidei habere ratiões talis
vtiqz incedit in magnū incõueniēs:cuz fides
totaliter abijciat a se oēm rõnem demõstra
tiuam. Post tale incõueniens incidit i mul
tos errores ꝛ hereses:ꝛ tandem subsequitur
eterna pena ꝛ diuina reprobatio. Et q tales
volentes se leuare ad res supnaturales na-
turalibus rõnibus corruant in pessimos er-
rores. ꝛ q peius est in diuinā maledictionē
ꝛ reprobationem.patet. Nam qꝛ lucifer vo-
luit se leuare supra capacitatez sue nature ad
alta ꝛ sublimia dei:statim vt habet Isa.14.
De celo in infernū deiectus fuit:ꝛ omni gra
spoliatus quā habebat. Similr quia Eua
super nām suam se eleuauit: ꝛ ad volendum
scire omnia que sciebat deꝰ: vt habet Geñ.
3.statim a deo maledicta fuit. hic te extende
circa superbos:temerarios:atqz presumptuo
sos:qui volunt intelligere naturaliter seu na
turalibus rõnibus supnaturalem predestina
tionem electoꝝ:ꝛ supernaturalē prescientiaz
ꝛ reprobationē dānatoꝝ. Que omnia si qs
pertinaciter vult inquirere cū tñ sit impossi-
bile necessario vt predictum est,cadit in infi-
delitate:ꝛ proruit in multiplices errores. Et
ideo phs.2.metha.di. Sicut se habet oculus
noctue ad lumen solis:sic se habet intellectꝰ
noster ad ea que manifestissima sunt in nā
Et prouerb.25.dicit. Perscrutator maiesta-
tis opprimet a gloria. Job etiā.xj.c.ait. For-
sitan dei vestigia comprehendes:ꝛ vsqz ad ꝑ
fectum omnipotentē reperies ꝛ excelsior celo
est:ꝛ quid facies:ꝓfundior iferno: ꝛ vnde co
gnosces. Idem quoqz.26.c.ait. Vbi inuenit
sapientia.s.increata:ꝛ quis est locus intelligē
tie.s.intellectus increati: vt.s.secreta sapie in-
create intelligat:ꝛ seqt. Abscōdita est ab ocu
lis oiuz viuentiū. Greg.isup sup verba Job
16.vz.Cum vix paruam stillam sermonū ciꝰ
ceperimus magnitudinē troni eius qs pote
rit intueri:ꝛ ait. Totum quicqd de deo in ꝑ
senti vita intelligere possumus est quasi que
dam stilla liquoris. Auicēna insuper.6.natu
ralium.lib.5.ꝛ.c.5.ait. Res dei altissimas ꝛ
subtilissimas non potest intellectus compre-
hendere:quia excedūt eum.que vero sunt de
bilis esse vt mā motus ꝛ tempus:aliqñ ē dif
ficile intelligere:quia sunt debilis esse. Pro
inde qꝛ phi volebant de oibus rõnes demō
stratiuas hr̄e:ideo i diuersos errores cecide-
runt. Nec mirū si in tantos errores superbi
ꝛ infideles cadūt cū ꝛ etiā Aug.qui erat ma
ximi intellectus:vt pz in lib. retractationum
in multis errauit. Silr magister sen.i mult
a theologis reprobat: q tñ errasse non dicūt
quātū ad diuinā reprobationē: eo q eorum
dicta ꝛ snias eccl'ie catholice que oiuz erroꝝ
est magistra supposuerūt. Pretermitto etiā
errores Origenis quos quasi inumerabiles
recitat Hieronymus in epl'a ad Desideriū
de doctoribus ecclíasticis. Et i epl'a ad Vi-
gilantium. Et pro huius rõnis conclusione
si in predictos errores non vis euenire tene
sententiā Hieronymi in epl'a ad Vigilātiū
dicentis. Nō est paꝝ inquit scire qd nescias
prudentis hois est nosce mensurā suam nec
zelo diaboli concitatū imptire sue cūctū or-
bem testem facere:nec est eiusdem hois ꝛ au
reos nūmos ꝛ scripturas probare ꝛ degusta
re vna ꝛ ꝓphas vel apl'os legere me laceras
scm̄ frēz Oceanū in culpā herescos vocas in
eā iniuriā patientis tuli:ipietatem ꝯtra deuz
ferre non potui. De sacris igitur litteris ꝛ fi
de disputantem non lz Aristotelis argumē-
ta congrere:nec ex flumine tuliane eloquētie

ducēdus est riuulus: nec aures Quintiliani
flosculis ⁊ scolari declamatione mulcēde sūt
pedestris ⁊ quottidiana ⁊ nulla lucubratiōe
redolens oratio necessaria est que rē explicet
sermonē ediscerat obscura manifestet in ver
borum compositione frondescat sint alij di-
serti laudant vt volunt ⁊ inflatis buccis spu
manda verba trutinent. Mihi sufficit sic loq
vt intelligar: ⁊ vt de scripturis disputans scri
pturaꝝ inuam simplicitatē: null⁹ hō excepto
Christo qui ob nostrā salutem carnē digna-
tus est induere: plenam habuit de fide sciam
⁊ certissimā veritatē. Deniqꝫ apl's. Ex pte co
gnoscit ⁊ ex pte ꝓphat ⁊ nunc ꝑ spēm videt ⁊
in enigmate ⁊ ſm ꝙ oꝫ errare nescire nos
decet q2 cū venerit qd̄ pfectum est euacuabit
qd̄ ex pte est. h ibi. Patet ex prefacta ratiōe
qualiter fides si non hēat simplicitatē sꝫ per
tinacem inqsitionē rōnum seu argumentoꝝ
facit hoiem incurrere in errores innumera-
biles atqꝫ multiplices. ¶ Quinio hoc idem
probo rōne vituperationis. s. dei. Fundamē
tum huius rōnis ponit phs. 5. politico. dicēs
Contrarie cause ꝯtrarioꝝ effectuū sunt cau-
satiue. patet hec regula. Nam ignis ⁊ aqua
cum' sint cause ꝯtrarie ꝓducūt ꝯtrarios ef-
fectus. vꝫ caliditatē ⁊ frigiditatē. Quo p̄sup-
posito: certū est ꝙ sicut quis honorificat p̄nci
pem si simplici verbo credit absqꝫ cautione
pignoris iuramenti seu fideiussoris. Econtra
ignominiā ⁊ vituperiū ei facit si simplici ei⁹
verbo credere nolit: quod etiam cuilibet viro
note bonitatis ⁊ sufficientis facultatis mole
stissimū esset: si ipsius verbo non simpl'r cre-
deretur. Sic a fili deum summe honorat et
glorificat: qui sine cautione argumentoruꝫ et
rōnum credit simpliciter oibus his que sunt
fidei ꝓpter deū. Ecōtra vero ipsi regi eterne
glorie qui nec fallere pōt facit maximā igno
miniam ⁊ vituperiū qui non simpl'r vult cre
dere verbis eius sine causatōe rōnum seu ar
gumentoꝝ quā querunt gentiles phi ⁊ paga
ni: seu sine causatōe signoꝝ que querūt iudei
de qbus. j. corin. j. dicit. Iudei signa petunt et
greci sapientiā querūt. Quātum ergo dn̄s
i hoc vituperet ⁊ offendat. patet ex hoc: quia
Matth. 16. c. Cuꝫ pharisei ⁊ saducei tēptātes
Christum signū de celo quererēt. Rn̄dit eis
generatio mala ⁊ adultera signū querit ⁊ si-
gnum non dabit eis nisi signuꝫ Ione ꝓphe
⁊ relictis illis abijt. Item Matth. 17. c. dixit
iterum xp̄s. O generatio incredula ⁊ ꝑuersa
vsqꝫquo ero vobiscū vsqꝫquo patiar vos ⁊c.
Ne igitur xp̄ianus deum vituperet ⁊ igno-
miniam faciat dn̄o nostro Iesu xp̄o dꝫ sim
pliciter credere oibus his que sūt fidei ⁊ nul
lā de eis prorsus pertinacem querere rōneꝫ.
¶ Sexto etiam ꝓbo rōne laudationis ꝙ fi-
des debet esse simplex sine inquisitiōe rōnū.
Nam talis sic simpliciter credens est dign⁹
maxima laude. Fundamētum rōnis ponit
phs. 2. ethi. di. Virtus consistit circa bonum
⁊ difficile: q2 virtus ⁊ ars semꝑ sunt circa dif
ficiliora. patet hec regula. Nā q2 castitas hēt
difficultatē in cōseruatione sui: ideo castitas
dicitur summe virtuosa: ⁊ quāto impugna-
tionis maioris est in virginibus: tanto ma-
ioris est laudis ⁊ virtutis. Quo presupposi-
to: certū est ꝙ sicut non est virtuosum' videre
lucidum seu aliquid facile agere: sic nec cre-
dere qd̄ manifeste est ꝓbabile seu certificatū
demonstratiuis rōnibus est laudabile. Sed
vtiqꝫ virtuosum est ⁊ laudabile dignissimuꝫ
fidem simpl'r credere. ideo in his que sensus
seu ratio non cōprehendit q̄ꝫ maximū ē cre-
dere simpl'r deo in his que sensus vel ratio
videtur oio dissuadere sicut fecit Abraam de
quo legitur Ro. 4. ꝙ contra spem in spē cre
didit. vbi glo. ait. Prior spes ſm nāꝫ fuit dū
iuuenis ex iuuencula ſm nāꝫ spirauit sobolē
nec tn̄ habuit. Modo cōtrarium illi spei spe
rauit: dum vetulus de vetula sterili simplici
ter credidit generare heredeꝫ. Et certe non
tm̄ simpl'r credens est dignus laude vt patet
sed etiam in maxima pfectione pficit. Qd̄ ēt
sic pꝫ. Nā Matth. 16. c. dn̄s dicit. Qui vult
venire post me. s. i pfectione vite: ab. s. ipsum
glo. s. quantū ad ꝓpūm sensum: ⁊ quātuꝫ ad
propriā voluntatē. Quo presupposito cū nul
la sit maior abnegatio q̄ꝫ contra nām ⁊ rōeꝫ
violenter subijcere per voluntatē intellectui
his que sunt fidei. Sequit ꝙ quātum qs ꝓ-
prio sensui detrahit tn̄ intellectū suū de diui
nis capatiorē facit. Sicut etiā qdam sapiēs
de ꝓpa voluntate dicit. Tm̄ inquit veritati
adijcies quātum ꝓpe voluntati detraxeris.
¶ Septimo deniqꝫ hoc idem ꝓbo ratione
diminutionis. s. meriti. Fundamentum ra-
tionis ponit phs. j. lib. de plantis dicēs. Dis
pars remota a suo toto diminuit tm̄ totum
patet hec regula. Nam cum brachiū sit ps
corporis si precidatur ab ipso corpore ē certū

ꝙ diminuitur pfectio ipsius corporis. Quo presupposito manifestũ est ꝙ cũ homo assentit deo in his que non sunt sensui manifesta nec per se nota intellectui: nec violentia necessaria ꝓbationis rõnum ostensa maximũ hꝫ meritum eo ꝙ in predictis est simplr libera assensio voluntatis. Qđ si sic est: ergo assensio seu creditio qua homo assentit vel credit vel manifestis sensui vel per se notis intellectui: vel necessario ꝓbatis rõnibus non mõ meritum diminuit imo meritũ non habet. Et ratio est quia talis assensio est coacta: et coacta seruitia ſm Aug. non sunt meritoria nec deo placent. Et ideo Greg. in quadam omelia super verba Joan. 20. videlicet. Cum esset sero die illa ait. Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimẽtuꝫ Et vt melius appareat qũo ratio iducta meritum diminuat. sciẽdũ est ꝙ tria genera credentium inueniunt vt dicit Ugo. de sancto Vic. in suis sententijs. Quidam eni fideles sunt qui sola pietate credere eligunt: quod tñ vtrum credendũ sit vel non rõne non comphendunt. Alij puritate corporis ꝛ mundana conscientia interius iam gustare incipiũt qđ fide crediderunt. Alij rõne approbant quod fide credũt. In pmis sola pietas facit electionem. In scđis puritas ꝯscie apprehendit certitudinem intelligentie. In tertijs aũt ratio adiungit approbationem ꝛ ponit exemplum Pagani inquit in plures partes vnitatem scindunt diuinitatis. Iudei saluatorem non recognoscunt. In his omibus mens fidelis fluctuat ꝛ nisi pietate crederet fortassis abiecta veritate falsitatem sequeret. Ex quibus verbis põt colligi ꝙ ratõ adducta ad ea que sunt fidei: qñqꝫ diminuit meritũ: qñqꝫ auget Ad cuius euidentiã nota ſꝫ Tho. 2. 2. q. 2. ar. 10. ꝙ ratio humana ad ea que sunt fidei põt se hr̃e ad voluntatem credentis duplr. Uno modo sicut precedens: puta cũ quis nõ vult credere: vel non habet ꝓmptam voluntateꝫ ad credendũ nisi rõne humana induceret: et talis ratio diminuit meritũ ſm Greg. vbi supra. Scđo modo vt sequẽs voluntatẽ credentis: vt puta cũ homo ꝓmptã voluntatem habet ad credendũ: ꝛ ex hoc diligit veritateꝫ credẽdi: ꝛ super eam cogitat ꝛ amplectitur si quas rões ad h̃ inuenire põt: ꝛ tunc humana ratio meritum fidei non excludit ſꝫ poti⁹ auget. Et ratio est ſm eundem Tho. in. 3. di. 24. ar. 3. q. 2. quia ea que sunt fidei ꝛ si supra rationẽ sunt: non tñ contra rationem. Et iõ querere ea que sunt supra rationem non est vituperabile sed laudabile: quia homo debꝫ se ad diuina erigere quãtum potest. dic̃ phs 10. ethicoꝝ. Qđ cõfirmans Ric. in ꝓhemio pmi sen. q. 7. in solutõe pmi argumẽti respõdens ad verba Greg. s. fides ñ hꝫ meritũ ꝛc̃. dicit ꝙ illa argumentatio seu ratio que ꝓcedit simplr ex articulis fidei nõ euacuat meritum fidei nec minuit: qꝛ talis ratiocinatio est in virtute luminis fidei. vnde de tali argumentatione non debet intelligi auctoritas Gregorij sed de ratiocinatione que procedit ex principijs cognitis in lumine naturali. Talis enim euacuat meritum fidei cum sibi homo principaliter innititur. Et ꝓpter hoc rationes fidei meritum non diminuunt sed augent. Sicut enim dicitur Eccle. 24. Qui elucidant me. s. fidem per rationes probabiles sed non demonstratiuas vitam eternam habebunt. Oppositum vero esset si quis nollet se fidei subijcere nisi haberet rationes naturales: qm̃ talis non tm̃ non habet merituꝫ eterne vite. Sed indubitanter habet meritũ eterne pene. Ex predictis septem rationibus patet expresse qualiter fides vniuscuiusqꝫ dꝫ esse simplex: ꝛ sine pertinaci inquisitione naturalium rationum. ¶ Tertio hoc idem ꝓbo distinctiõibus. Nam Ricar. in ꝓhemio pmi sen. q. 7. querit an modus procedendi ĩ sacra scriptura. s. argumentatiuus debeat eẽ per naturales rationes seu demonstratiões ꝛ respondit di. ꝙ modus procedendi in sacra scriptura seu in his que sunt fidei propter sui amplitudinem est multiplex. Nam alicubi procedit precipiendo: alibi probibendo: alibi cõminando: alibi promissionibus alliciendo: alibi inducendo: alibi virtutem de deo ꝛ de eius effectibus simpliciter narrando: ꝛ alibi arguendo. Non tamen arguit ad probãduꝫ sua principia que sunt articuli fidei sicut nec certe scientie. Sed ex his arguit ad ꝓbãduꝫ alia. vnde aliquãdo probat vnum articuluꝫ per alium. Proinde pme ad corin. 15. c. apl's Ex resurrectione Christi procedit ad probãdum cõmunem resurrectionem omniũ. di. Si xp̃s resurrexit ꝛ nos cuꝫ ipo resurgem⁹ Iste autem multiplex modus arguendi seu ratiocinandi non derogat perfectioni fidei ꝛ merito cuius eo ꝙ omnes isti modi argu-

unt simile per simile.s.obiectum supernatu-
rale per rõnem supernaturalem. Et pncipa
liter inspiciunt diuinã inspirationẽ:z iõ talis
modus arguendi oibus concessus est tã ad
profectum meriti q̃ʒ ipsius fidei. Argumẽta
autem z rões que procedũt simplr ex prin-
cipijs cognitis in lumine naturali:nullus dʒ
pertinaciter ingrere cũ sua fide:aut velle hre
cum talia euacuent meritũ fidei z destruant
de directo ipsam fidẽ. Ex qua distinctiõe pʒ
qualiter vera fides oio a se rões demõstra
tiuas reijcere debet. Aliam distinctõeʒ põit
idem Ric.in phemio pmi sen.q.j.in solutõe
pmi argumẽti sup illa verba Ecclesia.3.Al-
tiora te ne quesieris di.q altiora querẽ põt.
tripliciter intelligi. Vno modo in spũ diabo
lico:z sic quesierunt altiora se multi heretici.
Alio modo in spiritu humano z sic querunt
multi presumptuosi z curiosi christiani:qui z
si fidem xpi teneant:volunt tñ per rationes
secreta fidei atqʒ ipsius dei inuestigare:q tñ
est impossibile. Alio modo in spiritu diuino
z sic quesierunt altiora se viri theologici:z ẽt
querunt hoies simplr catholici: non propter
fidei dubitationẽ:sed pter maiorem pfectũ
z ɔfirmationẽ ipsi⁹ fidei. Primo igit modo
z scdo intelligit imo oibus precipit. Altiora
te ne quesieris. Sed triplici modo oibus cõ
ceditur q querant altiora se:vnde ibidẽ sub-
dit plurima sup sensuʒ hois ostensa sunt tibi
Ex quibus etiã distinctionibus pʒ quõ fides
debet esse simplex sine inquisione alicuius
demonstratiue rõnis. ¶ Quarto hoc ideʒ p
bo similitudinibus. Prima silitudo ponitur
Exod.20.c.vbi precipit deus. Si altare lapi-
deum feceritis mihi non edificabis illud de
sectis lapidibus. Si aũt leuaueris cultrũ tuũ
super eo polluet.h ibi glo.ait. Quid p cultruʒ
nisi acumen ingenij intelligit qd sup altare
fidei nequaq̃ʒ leuatũ est ne ingeniũ nostrum
in his que fidei sũt auctoritati sacre scripture
pferamur:q2 sic pferẽdo oio pollueret. Qua
similitudine aut figura patet expresse: qualr
intellectus volens per nales rões ea q̃ sũt
fidei intelligere oio polluit diuersis erroib⁹
infidelitate:superbia atqʒ temeritate. Accipe
aliam silitudinẽ de sagitta. Nam sagitta si
nimis vltra metam baliste vel ex protrahat
semper reprehensibilis est z facit errorẽ. Si
vero nec supflue nec diminute ptrahat lau-
dabilis est:z attingit mediũ signi. Sic a sili

dico de fide. Si quis parʒ dubitat aut debilẽ
opinionẽ habet de fide: aut nimis z supflue
inuestigare velit ea que sunt fidei talis vtiqʒ
necessario incidit in varios errores. z p ɔñs
non attingit obiectum fidei desideratuʒ. Si
aũt aliqs simplex credit nihil dubitans de fi
de:nec supfluas rões de ea hre volens tal
necessario attingit obiectum desideratũ q ẽ
veritas increata. Accipe z tertiam silitudinẽ
Si enim aliquis magister optimus doceret
de scia sua z aliquis rusticus narraret q
non ita esset sicut ille doceret eo q ipse nõ in
telligeret:nõne talis rusticus in cõspectu dei
z hominũ stultissim⁹ imo psumptuosissim⁹
censeret:certe sic. Quo presupposito dico q
cum intellectus angeli magis excedat intel-
lectum optimi phi:q̃ʒ intellectus phi optimi
intellectum rustici. Certum est q stult⁹ imo
stultissimus esset phs si nollet credere z fidẽ
adhibere omnibus his que angeli docerent
Multo aũt plus multũ stultissimus est xpia
nus si nolit credere ea que deus per pphas
suos dixit z docuit:q2 pme Pe.j.c. dr. Spũ
sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoies.
Et ideo non imerito tales increduli z presũ
ptuosi a deo eternaliter reprobant. Ex qbus
silitudinib⁹ etiã pʒ qualr fides debet eẽ de-
corata simpliciter atqʒ penitus semota ab oi
naturaliũ rõnũ temeritate. ¶ Quito deniqʒ
hoc idem pbo exemplis. Quãuis eni fides ñ
assentiat pme veritati pncipalr ppter rões
tñ rões pñt esse introducte. Sed postq̃ʒ in-
troducta fuerit ratio dicat quilibet sic dixert
samaritani mulieri samaritane Jo.4.c. Jaʒ
non ppter tuam loquellam credim⁹. ipsi.n.
audiuimus z scimus:q2 ipse est saluator mũ
di. Quo exemplo dat intelligi q vbi est pre-
sentia vere fidei:ibi est ois simplicitas in cre
dendo:etiam sine testimonio rõnum seu ar-
gumentoꝝ. Aliud exemplum habemus de
Ipocrate z Pictogora:qui oibus discipulis
suis hanc legem dederunt vt nũq̃ʒ eẽnt ausi
in sententijs suis z doctrinis interrogare:
propter qd si eẽt pro rõne dicentis auctas.
Qd si sic fuit in illis quãto magis auctas di
uina seu spũs sancti p firma rõe hñda ẽ: Ex
pfacti igit auctib⁹:rõib⁹:distinctõib⁹:silitudi
nib⁹:z exẽplis pʒ.q ad pfectionẽ fidei necia ẽ
sexta circũstantia que dicit circũstantia inq-
sitionis vt.s.qsq̃ʒ habeat fidem simplicẽ sine
pertinaci inqsitione naliumʒ argumentorum

atqȝ alicuius rõnis demonstratione. quam vere fidei circũstantiam nobis cõcedat paraclitus illustrator cordiũ:qui cum patre ꝛ filio viuit ꝛ regnat deꝰp infinita scl'a scl'oꝝ.Amẽ.

Feria tertia post dñicaȝ de passione. Jteꝝ sermo de integritate sacratissime fidei.

m E autez odit

mundus:q: ego testimoniuȝ perhibeo de illo:q: opa eius mala sunt. Scribũtꝰ h verba Jo.7.c.ꝛ in euangelio occurrentis ferie. Post sacri euãgelij litteralẽ ꝛ moralem expositionẽ humanissimi ciues:exquo vt claruit in precedenti sermone sufficienter vidimus declarationeȝ sexte circũstantie ad integritatẽ vere fidei necessarie:que dicta fuit circũstãtia inquisitiõis habemꝰ hodie videre declarationeȝ septime circunstantie:cuius circunstantie declaratio talis erit.

De septima circũstantia ad integritatem vere fidei necessaria:que dicitur circũstantia obiectionis.

s Eptima igiꝉ circũstantia ad integritatem vere fidei necessaria dicitꝰ circunstantia obiectionis. Non eni suf ficit ad hoc vt qs habeat verã fidem ꝙ oia opa fidei opeꝉ vt in precedentibus mõstratũ est:sed oȝ vt qsqȝ faciat talia opa fidei bono fine:bono respectu:bona cã siue aliquo bono obiecto. Quia si qs faceret simul oia bona q̃ fecerunt oẽs sancti:que fecit virgo Maria: imo que fecit xp̄s:ꝛ nõ faceret cũ debito fine ꝛ obiecto nihil ei ꝓficeret ad saluteȝ. Et qm̃ vt hꝛ.2.de aia.ꝛ.2.physi. Omne agẽs ſm ra tionẽ agit ꝑpter finem seu aliud aliqđ obiectum:fines aũt ꝛ obiecta sunt diuersi: prout dicit phs.j.ethi. Hinc ẽ ꝙ diuersi opãt diuersis modis moti a diuersis finibꝰ aut obiectis. Nouem igitur sunt obiecta seu fines propter que diuersi operantur.

Primum dicitur obiectum creditionis.
Scõm dicitur obiectum defectionis.
Tertium dicitur obiectum confusionis.
Quartum dicitur obiectum afflictionis.
Quintum dicitꝰ obiectum retributionis.
Sextum dicitur obiectum coactionis.
Septimum dicitur obiectum laudatiõis.
Octauum diciꝉ obiectum bonificationis.
Nonũ dicitur obiectũ honorificationis.

Primũ obiectuȝ respectus vel finis quo aliqui multa bona opa in hac vita faciunt ꝛ opantur dꝛ obiectũ creditiõis seu extimationis. Qm̃ enim multi ꝑut dicit phs.j.ethico. ꝛ theologi in.4.di.49.non credũt aliam esse vitam futurã nec felicitatẽ post hanc momẽtaneã:hinc est ꝙ tales extimant felicitatẽ solum esse ponendã in voluptate p̄ntis vite: et propter hoc faciunt multas iustitias ẽt morales:obseruant insup infectis suis prudẽtiã fortitudinẽ:atqȝ temperantiã:vt diutius hac p̄nti voluptate pfruãꝉ. Et de talibꝰ opantibꝰ ex hoc obiecto ꝛ fine.dicit Lactã.in.2.di.inst. circa pnci. Nam dum nonnulli cristimant nos deo non esse cure:nec post mortẽ esse futuros totos se humane prudentie atqȝ libidinibus addiciũt:ꝛ dũ sibi licere putãt hauriendis voluptatibus scientꝭ incumbunt:per quas imprudenter laqueos eterne mortꝭ incurrunt. Sed nota ꝙ opa taliũ hoc obiecto aut fine opantiũ non sunt vera opa fidei seu grata ꝛ meritoria. imo taliũ opa q̃uis sint moralia inutilia sunt:quod tripliciter probo. Primo auctc. Scđo rõne. Tertio silitudine. Primo ꝓbo auctẽ Aug.lib.5.de ci. dei.c.20.dicentis. Solent inquit phi q finem boni humani in ipsa virtute constituunt ad i gerendũ pudorẽ qbusdam phis qui virtutes cõprobãt: sed eas voluptatis corporalis fine metiunꝉ ꝛ illam p seipsam putãt appetendã Jstas ꝑpter ipsam tabulã quandam nobis pingere vbi voluptas in regali sede quasi delicata qdã regina ꝯsideat eiqȝ virtutes famule subijciant obseruãtes eius nutũ vt faciant qđ illa ipauerit:q̃ prudẽtie iubeat vt vigilanter ingrat qũo voluptas regnet ꝛ salua sit.iustitie. Jubeat vt p̄stet beneficia:q̃ potest ad cõpandas amicitias corporalibꝰcõmodis nec̃ias nulli facit iniurias:ne offensis legibꝰ voluptas viuere secure nõ possit. Fortitudini iubeat vt si dolor corpori acciderit q nõ cõpellat in mortẽ teneat dñam suã.i.voluptatẽ fortiter in animi cogitatiõe:vt p deliciaꝝ pristinaꝝ suaꝝ recordationẽ mitiget p̄ntis doloris aculeos.tẽperãtie iubeat vt tm̃ capiat alimentoꝝ:ꝛ si q̃ delectant ne p imoderationẽ noxiũ aliquid valitudineȝ turbet:ꝛ voluptas

quā etiā in sanitatē corporis epicurrei mari
niā ponūt grauiter offendat. Ita virtutes cū
tota sue glia dignitatis tāq̄ ipiose credāt et
ihoneste mulierculē seruiūt voluptati. Nihil
hac pictura dicūt esse ignominiosiꝰ ⁊ defor-
mius: ⁊ ꝙ vnus ferre bonoꝝ possit aspectus
⁊ veꝝ fatent. hec ille. ¶ Scđo ꝓbo rōne fal-
sificationis. ꝙ oia bona opera que fiūt sim-
pliciter ex obiecto felicitatis pn̄tis vite non
sunt opera vere fidei: s3 prorsus sunt inutilia
ad salutē. Fūdamētū rōis pōit phs. 6. eth. di.
Error in fine facit errorē in oibus his q̄ sūt
ad finē3. patet hec regula. Nam si medicus
ignorat finem infirmitatis: per ɔn̄s errat in
omni ɔsilio ⁊ opere suo: dans oēs falsas et
erroneas medicinas infirmo. Quo presup-
posito: certum est ꝙ finis ⁊ obiectū humane
felicitatis nihil aliud est q̄ꝫ visio clara ⁊ frui-
tio ipsius essentie dei. dicente Aug. Et reci-
tat magister in. 2. dist. j. Creauit deus creatu
ram rōnalem ⁊c. Et ꝙ deus sit simpliciter
obiectū humane felicitatis p3: q2 f3 Augu. et
experientia docet: nihil deo minus pōt capa
citatem aic rationalis adimplere. Q̄ð si sic ē
ꝙ deus solus sit obiectū humane felicitatis:
si qs ponat in alio felicitatē q̄ꝫ in deo: talis ꝓ
fecto errat in fine ⁊ obiecto. ꝙ si errat in fine
ergo sequit̄ necessario ꝙ oia eius opera sunt
falsa ⁊ erronea. ⁊ per ɔn̄s inutilia ad salute3
Et ɔfirmat̄ ista ratio. Nam phs. j. ethi. di.
Sicut se h3 signum ad sagittantes: sic se hēt
finis ad operantes. Sed manifestū est ꝙ scđa
varietate ⁊ falsitate in signo: fit etiam varie-
tas ⁊ falsitas in sagittando. Sic a sil̄i posita
varietate: imo falsitate in obiecto btitudinis
necesse est ꝙ sequat̄ etiā falsitas in oibꝰ operi
bus humanis etiā si moralia sint. Proinde
28. q. j. c. oēs. §. ex his. dicit̄. Vbi enim deest
vera cognitio eterne ⁊ incōmutabilis verita
tis falsa virtus est etiam in opibus moralibꝰ
Item. j. q. j. c. cum Paulus. dicit̄. Cū Paulꝰ
dicat ꝙ fundamentū aliud nemo pōt ponē
preter illud qđ positū est. v3 Jesus xp̄s. ɔse-
quenter ꝓbat̄ ꝙ vbi xp̄s non est fundamen
tum nullū ibi pōt esse boni opis edificiū he-
reditatis. hec ibi. ¶ Tertio hoc idem ꝓbo si-
militudine. v3 ꝙ errans in vero obiecto qđ
deus est: eius opa oio inutilia sunt ⁊ vitupa
bilia. Regula est gn̄alis tam phoꝝ q̄ꝫ cano-
nistaꝝ. ꝙ de similibus idem datur iudicium

Quo presupposito Tho. 2. 2. q. 10. ar. 4. querit
An iudeus sarracenus vel alius infidelis in
omni actu ⁊ opatione sua peccatū cōmittat:
vel aliqđ meritū habeat: ⁊ rn̄dit ꝙ peccatum
mortale tollit gr̄am gratum facientē. nō aūt
totaliter corrumpit bonū nature. Vnde cu3
fidelitas respectu falsi obiecti sit qđdā mor-
tale peccatū: certu3 est ꝙ infideles gratia dei
carent: l3 in eis remaneat aliqđ bonū nature
⁊ ex hoc nō pn̄t opari aliqua opera siue vo-
luntate siue amore siue aliquo actu que sint
meritoria. Et rō est: q2 f̄m phm. 8. phyfi. Cor
rupto priori corrumpunt̄ ⁊ oia posteriora: iō
oblata gr̄a que actus oiu3 virtutū informat:
sequit̄ ꝙ nullū opus coꝝ ē meritoriū: ⁊ vltra
hoc in ope suo qđ habitu vel actu opant̄ ex
obiecto infidelitatis iugiter peccāt. vn̄ glosa
sup verba ad Ro. 13. Omne ꝙ nō est ex fide
peccatū est. Omnis infideliū vita peccatū ē
⁊ ponit̄ iste tex. 28. q. j. c. oēs. §. ex his. h̄ Tho.
Ex qua distinctione p3: sicut nullus infidelis
in oibus opibus suis pōt aliqd mereri respe
ctu falsi obiecti qđ sit dei gr̄a dignu3. ⁊ vltra
hoc in omni actu suo ad infidelitatē quo de
directo nouū peccatū cōmittit. Sic nec aliqs
alius siue sit xp̄ianus: siue infidelis q credit
simpl'r obiectū humane felicitatis cōsistere i
pn̄ti vita ⁊ non in futura: pōt aliquid mereri
apud deū in oibus opibus suis moralibus.
Et vltra h̄ tot peccata cōmittit quot opera
moralia dirigit simpl'r sub obiecto pn̄tis feli
citatis. O quot dn̄i terraru3: o quot duces: o
quot barones ⁊ imparores: o quot curiales:
o quot increduli xp̄iani viuūt simpl'r sub spe
⁊ obiecto pn̄tis felicitatis: quoꝝ oēs virtutes
seu opa in coꝝ morte falsa ⁊ erronea appare
bunt. Et sic p3 pmū obiectū creditiōis. ꝙ cū
non sit veꝝ obiectū fidei: nullꝰ ꝓpter illđ d3
operari aliqđ. Scđm obiectū respectus vel
finis quo aliq multa opa bona in hac vita fa
ciunt ⁊ opātur dr̄ obiectū defectiōis. Multi
tunc quippe qui ⁊ si credant in vero obiecto
fidei qđ deus est: tn̄ ꝓpter illud obiectū ⁊ il-
lū finē pauca ⁊ minima bona opant̄. Et eō
magis ardua ⁊ maxima opa faciūt pro obie
cto alicuius auaricie atq3 mūdane cupidita-
tis q̄ꝫ pro obiecto diuine maiestatis. De qbꝰ
Greg. in moral̄. ⁊ ponitur. 47. di. c. Oēs. ait
Omnes huius seculi dilectores in terrenis
rebus fortes sunt in celestibus debiles. Nā

pro temporali gloria vsq̄ ad mortem sudare appetunt:⁊ pro spe ꝑpetua:nec pax quidem in labore subsistūt:pro terrenis lucris q̄slibet iniurias tollerāt:⁊ pro celesti mercede vl' tenuissimi verbi ferre ꝯtumelias recusant: terreno iudici tota ēt die assistere fortes sunt.in oratiōe vero corā deo vel vnius hore momēto laxant:sepe nuditatē: deiectionez: famēq̄ pro acgrēdis diuitijs atq̄ honorib⁹ tollerāt ⁊ eaꝝ reꝝ spe per se abstinentiā cruciant: ad quas adipiscendas festināt.supna aūt laboriose querere tanto magis dissimulant: q̄to magis ea retribui tardius putant.hi itaq̄ q̄i malaꝝ arboꝝ more deorsum vasti sunt sursum angusti:q: fortes in inferiorib⁹ subsistūt sed ad supiora deficiūt.hec ille. Peto igitur an opa taliū q plura faciunt pro obiecto mūdi:q̄ ꝓ obiecto dei:corde:ore:⁊ ope:sint grata ⁊ meritoria:⁊ salutifera in conspectu dei ⁊ sint opa vere fidei? Clamans rūdeo q̄ non. Nam q̄sq̄ etiam seculares pretermitto religiosos tenet saltē habitu ⁊ affectu plura opa facere pro obiecto dei q̄ pro obiecto mundi qđ q̄ntupliciter ꝓbat. Primo auctoritate. Scđo rōne. Tertio exemplo. Quarto argumento. Quinto figura. ¶ Primo probo auc̄te q̄ plura quisq̄ tenet facere ꝓ obiecto dei q̄ pro obiecto mundi. Nam Mat.6.c. precipit dn̄s. Primū querite regnū dei ⁊ iustitiam eius:⁊ hec oia adijcient vobis. Et ibidem ait dn̄s nobis. Ne solliciti sitis aie vr̄e quid manducetis:neq̄ corpori vestro quid induamini:nonne aia vestra plus est q̄ esca:et corpus plus q̄ vestimentū? Nolite ergo thesaurizare thesauros in terra vbi ⁊c̄. ¶ Scđo hoc idem ꝓbo rōne superationis. Fundamētū rōnis ponit ph̄s.j.ethicoꝝ.⁊.3.topico. In bonis semp eligibilius est qđ est melius ⁊ plura bona potius q̄ pauciora.p3 hec regl'a. Ecce si q̄s preponit tibi vnam vnciā auri ⁊ alteram argenti:certe preeliges potius aurū q̄ argentum. Item si q̄s tibi preponat.x.libras auri ⁊ alius.xx.citius eliges.xx.q̄.x. Quo ꝓsupposito.certū est q̄ bona spūalia ⁊ celestia sunt meliora incōpabiliter q̄ bona tpalia:eo q̄ sunt pertinentia ad ipsam aiam ad cultū diuinū ⁊ ad acgrēdū infinita ⁊ eterna bona regni celorum.ergo ꝑ ꝯsequens q̄sq̄ tenet se exercere in spūalibus bonis ⁊ illa preeligere q̄ in terrenis diuitijs. Et ꝯfirmat ista ratio Nam ph̄s.9.ethi.dicit.Denominatio semp fit a nobiliori.⁊ Cōmentator sup.8.physi. di. Nomen per ꝑus dicit de forma.Deinde de cōposito:ex ꝯn̄ti vero de mā̄.Et hoc presupposito q̄ denoiatio semp fit a nobiliori:⁊ actus prius dicit de forma q̄ de mā̄:certū est ſm ph̄m.2.de aia q̄ homo compositus ē ex duabus:v3 mā̄ ⁊ forma:siue corpore ⁊ aia:et homo magis denoiat homo ex parte aie q̄ ex parte corporis.vnde ph̄s.9.ethi.ait. Hō ē maxime intellectus:⁊ rō. Qđ si sic est q̄ hō denoietur prius ex aia ⁊ rōne q̄ ex ipo corpore:manifestū est q̄ prius d3 ꝑponi anime obiectum ⁊ bonum suum q̄ corporis sicut cibus magis preponitur domino q̄ seruo.S3 obiectum anime que est spiritualis:sunt bona spiritualia.obiectum vero corporis quod est quid materiale sunt bona materialia:igit cum anima vt patet sit nobilior corpore. concluditur pro tanto q̄ res spirituales concernentes ipsam animam per prius amāde sūt eligende ⁊ querende q̄ res transitorie ⁊ temporales concernentes conseruationez corpis mortalis ⁊ ipsius delectationem.O igit auare:o cupide:o amator diuitiaꝝ:o luxuriose: q plus te occupas in terrenis ⁊ carnalibus bonis:q̄ in virtutibus ⁊ operibus spiritualib⁹ scito q̄ nisi chartā reuoluas.i. q̄ violentiam plus tibi non facias in querendo spiritualia bona q̄ terrena:nunq̄ poteris regnū celoꝝ ingredi.Qđ confirmans dn̄s Matth.xj.dic Regnum celorum vim.p.⁊ vi.r.illđ. Et Hieronymus ad Eustochium ait. Nisi vim facias:celorum regnum non capies:nisi pulsaueris importune panem non accipies sacramenti:an non videtur tibi grandis violentia cum caro concupiscit esse quod deus: ⁊ illuc vnde angeli corruerunt: angelos iudicatura velle cōscendere? Egredere ergo paulisper e corpore ⁊ ob presentes labores ante oculos tuos depinge mercedem quā nec oculus vidit:nec auris audiuit:nec i cor hominis ascēdit. hec ille. Ad quā violentiam faciendam hortatur dominus Matth.7.di. In terra ꝑ angustam portam.s.spiritualium virtutum: quia lata est porta ⁊ spaciosa est via.s. mundane cupiditatis que ducit ad perditionem et multi intrant per illam q̄ angusta porta ⁊ arta via que ducit ad vitam ⁊ pauci sunt qui inueniunt eam. Proinde Ambrosius super Lucam ait. Indecorum est solicitare de cibo et vestimento corporis cum possis

habere regnū:quasi dicat. O xp̄iane tu cec⁹ es quādo te occupas in rebus caducis ⁊ terrenis:in eo tempe in quo posses p aliqđ paruū ⁊ spirituale bonū lucrari regnū dei. Naʒ vtilius est homini paruū ⁊ spūale bonuʒ q̄ʒ simul omnes diuitie mūdi. dicente pͥpheta. Melius est parū iusto super diuitias peccatorū multas. Et hoc ad confusionē quorundam:qui dicunt cū aliquis ingredit religionem.oino vadit ad religionē quia ei nō sufficit animus pmanendi ad mundū nec vult laborare ⁊ huiusmōi. Sed o ignorantia mūdana:o grossities amatorū mundi. o cecitas cōsummata. An videt tibi esse vil' animi qui ideo mundū fugit:ut per labores virtutū spiritualiū:regnū celorum acquirat? ¶ Tertio hoc idem probo exemplo domini nostri Iesu xp̄i:qui ut habet Luce.2.ca. Cum esset annoꝝ duodeciʒ ascendens in hierusalē in die festo remāsit ibidem tribus dieb⁹ ignorantibus parentib⁹ stans iugiter in templo in medio doctorū audiens illos ⁊ interrogās: ita ut omnes mirarent super prudentia ⁊ respōsis eius. Unde Ioseph ⁊ Maria post triduum eū inuenerūt. Cui mater dixit:fili qd fecisti nobis sic? Ego ⁊ pa.t.d.q.te. Quibus ipse respondit. Et quid est q me querebatis ⁊c̄. quasi diceret. Nonne debetis scire: quia nō veni solum ut placerē vobis:ut solū conuersatiōʒ vrāʒ haberē:ſʒ ut saluarē pctōres:⁊ ut facerem res magis spūales: ⁊ preponerē voluntatem patris celestis voluntati parentuʒ carnaliū? Exigebat autē tunc ratio: q magͤ in illo triduo remaneret cum doctoribus:q̄ʒ cū parentibus: quia propter fructū secutum ex hoc:maior honor patris celestis subsecutus est. Quo xp̄i exemplo quilibet edocetur querere magͤ res spūales ptinentes ad honorē dei salutem pp̄riam atqʒ proximoꝝ:q̄ʒ temporalia bona. ¶ Quarto hoc idem pbo argumēto seu similitudine. Nam Matt. 6. dicit. Respicite volatilia celi q̄m nō serunt neqʒ metūt:neqʒ congregāt in horrea:nō ne magis pluris estis illis? Considerate etiam lilia agri quō crescūt: nō laborant neqʒ nēt. Dico autē vobis q̄m neqʒ Salomon in oī gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si enim fenū agri quod hodie ē ⁊ cras in clibanū mittit deus sic vestit:q̄ʒto magis vos minime fidei? Nolite ergo soliciti esse dicentes Quid manducabim⁹ aut quid bibemus aut quo operiemur. scit eniʒ pr̄ vester quare his oībus idigetis. hec ibi. vbi ait glo. Si pater celestis curam habet de volatilib⁹ de lilijs de feno rōne carentib⁹:magis habebit curā de humano corpore cui⁹ aīa terrena despiciens in spūalibus se exercet. Nec est dubitanduʒ quin deus pͥuideat spūaliter viuentib⁹ et vite subsidia administrat: pͥpter quod ipse dominus Matt. 7. arguit q̊sdā pusillanimes. dicens. Quis ex vobis homo quē si petierit filius eius panē nunqd lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit:nūquid serpentē porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali: nostis bona data dare filijs vestris:q̄ʒto magis pater vester qui in celis est dabit bona petentibus se? Ex quo argumēto ⁊ sīlitudine pʒ q spūalia bona p̄cedē semp debēt tp̄alia. Ad hunc sensum etiā trahitur dictū ph̄i licet ip̄e non in eodē fine dixerit.8. Phisicorū dicēs. Dignū est preponi nobilius vili: ⁊ prius posteriori:patʒ similitudine. Nā quia aqua est nobilius elementū terra:⁊ aer q̄ʒ aqua:⁊ ignis q̄ʒ aer:ideo naturaliter vnū precedit reliquū. Sic a simili cū spūalia bona sint nobiliora tempalib⁹: ideo incōpabiliter p̄cedere debēt ¶ Quinto deīqʒ h idē pͥbo figura. Nā legitur tertij Re.17. q helias dixit cuidā vidue. Da mihi paululū aque in vase ut bibā: cumqʒ illa pgeret clamauit post tergū eius. dicens. Affer mihi obsecro ⁊ buccellā panis Que respondit. Uiuit domin⁹ quia nō habeo panē:nisi q̄ʒtum pugillus cape pōt farine in hydria ⁊ paululū olei in lechito. En colligo ligna ut faciaʒ illud mihi ⁊ filio meo: ut comedam⁹ ⁊ moriamur. Ad quā helias ait. Noli timere:sed vade ⁊ fac sicut dixisti. Uerum tn̄ mihi prius fac de ipsa farinula subcinericiū panē ⁊ affer ad me:tibi autem ⁊ filio tuo facies postea. hoc autem dicit dn̄s. Hidria farine non deficiet:nec lechitus olei imminuet vsqʒ in diem qua daturus est dominus pluuiā super terrā. Que statim abijt et fecit iuxta verbū helie:⁊ comedit ipse ⁊ illa ⁊ domus eius. Et ex illa die hydria farine nō defecit:⁊ lechitus olei non est imminut⁹ iuxta verbum domini quod locutus fuerat ad Heliam. Nota igitur post narrationem historie qualiter Helias dixit. Fac mihi prius subcinericium panem:ad ostendendum. O anima diffidens ⁊ incredula. q primo facias que deus precipit: ⁊ prius queras que

sunt ad honorem dei: τ postea deus tibi pro
uidebit de ceteris: ita ut nihil deficiat: sicut
fecit τ vidue. Ex predictis omnibus patet: q̄
liter opera omniũ illorum qui magis cupi-
di sunt τ ardētes circa obiectum terrenorũ
bonorum: q̄ꝫ circa obiectum spiritualiũ vir-
tutum atqꝫ diuine voluntatis: prorsus inuti
lia sunt ad salutem. Et patet secundũ obie-
ctum propter quod multa opera q̄ꝫuis de se
bona: quia tamen non fiunt debito fine vel
cōuenienti intentione: apud deũ reputantur
sine merito τ similiter inutilia: quod obiectũ
dicitur obiectũ defectiōis. ¶ Tertiũ obiectũ
respectus vel finis quo aliqui multa opa bo
na faciunt τ operant: dicitur obiectũ confu-
sionis vel verecundie. Multi sunt enim qui
plura bona faciunt: non propter obiectum et
finem placendi deo aut diuine voluntati:
sed simpliciter propter obiectũ τ finem cui-
tandi humanā verecundiā τ mundanuꝫ pu
dorem atqꝫ presentis vite confusionem. Ec-
ce ꝙ multi sepius cōfitentur τ cōmunicant.
vadunt ad missas τ ad predicationes. Re-
stituunt aut in toto aut in parte mala abla-
ta: elemosynas largiuntur religiosis vel pau
peribus: abstinent se a multis peccatis: et
alia bona huiusmodi faciũt. Que omnia nō
propter deum faciunt: sed ne a ceteris xpia-
nis digito signentur: aut sumant verecundi
am atqꝫ cōfundant. Peto igitur an opa ta-
lium qui omnia faciunt: nō pro obiecto dei
beneplaciti: sed simpliciter pro obiecto euitā
de verecundie τ confusionis: sint grata acce-
pta meritoria τ salutifera in conspectu dei.
Certe clamans respondeo ꝙ nō: quod tri-
pliciter probo. Primo auctoritate. Secũ
do ratione. Tertio exemplo. ¶ Primo pro
bo auctoritate. Nam Ecclesiast. quarto. Est
confusio adducens peccatũ: τ est confusio ad
ducens gratiā. Ubi glosa ait. Qui bonuꝫ si
nit agere: propter pudorem τ bonum opera
tur: non propter deũ: sed propter hominũ ve
recundiā: τ mala agere dimittit propter mũ
di confusionē: nec gratiā a deo meretur nec
gloriaꝫ. hec glo. Nota tu sapiens huius glo
se verba: τ signa misteria. Tria enim hec glo
sa dicit. Primũ ꝙ qui bonum dimittit fa
cere ꝑpter verecundiā mundi: talis nō mere
tur gratiā dei nec gloriam. O quot sunt de
istis qui bona non faciunt ne confusioneꝫ a
mundo recipiant. Nā multi restituerent ali
ena: sed propter verecundiā mundi ne pau-
peres inter alios videantur restituere nolũt.
Sed vhe talibus: quia melius esset eis mo-
dico tempore esse pauperes propter deũ: q̄ꝫ
infinito tpe. Sicut patet de diuite epulone.
qui ut habet Luce. 16. Iam tot annis guttaꝫ
aque mendicabat τ nunq̄ꝫ hr̄e potuit. Mul
ti etiam viri τ femine assumerent habitũ pe
nitentie τ tertij ordinis: sed propter verecun
diam mũdi hoc bonum relinquũt. O mun-
dani traditores. O mũdani ceci. O mũdani
inimici animarũ vestrarũ: cur verecundami
ni facere bonũ: quod est laudabile: τ non ve-
recundamini facere malũ vane τ superbe vi
uere ꝙ est vituperabile? Seqtur secundo glo
sa τ dicit. ꝙ qui bonũ opatur nō propter de
um: sed propter humanā verecundiaꝫ: talis
nec gratiā dei meret nec gl̄iaꝫ. O quot sunt
de istis qui multa bona propter verecundiā
mundi faciũt: que non facerent propter deũ.
Ecce ꝙ vnus non vult remittere: iniuriā ini
mico propter deum: quam tamē remittit ꝑ
pter amorem alicuius domini seu partialis
Similiter meo tempore accidit in quadam
ciuitate ꝙ vnus ciuis de principalioribus ci
uitatis infirmatus ad mortem: noluit vnq̄ꝫ
confiteri nec cōmunicare propter deum: q̄ꝫ-
uis rogaretur a q̄ꝫ pluribus sacerdotibus et
religiosis: tandem rogatus a domino ciuita
tis qui eum personaliter visitauit: ut propter
amorem suũ confiteret τ eucharistiam susci-
peret: libentissime inqt amore vestri hec om
nia faciam quod τ fecit. O miserabilis con-
ditio humane creature. O inextimabilis su
perbia intellectualis anime. O detestanda
malignitas peruersorũ filiorum Adam. Ec
ce q̄ꝫ plures plura faciunt propter homines
q̄ꝫ propter deum: tanq̄ꝫ si homines morta-
les deo potentiores essent. Sed ve talib⁹: qꝛ
tales ut dicit glosa: nec gratiam dei vnq̄ꝫ me
rebuntur nec gloriā. Sequitur glosa τ tertio
dicit. ꝙ qui mala dimittũt non propter dei
amorem: sed propter verecundiā hominum
mundi: tales nec gratiam dei merentur nec
gloriam. O quot sunt viri τ mulieres q ab-
stinent se a furtis ab homicidijs ab adulte-
rijs ab iniusticijs τ huiusmodi: non propter
deum: quia quo ad ipsum iam hec omnia si
cut in corde sic τ in opere cōsumassent: sed so
lum propter timorē τ verecundiam mundi.
Sed vhe etiam talibus: quia nunq̄ꝫ mere-

buntur gratiam dei nec gloriam ¶ Secundo etiã probo ratione cõsummationis: ꝙ q agit multa bona opera non propter deum: sed propter obiectũ mundane verecundie ci⁹ opera sunt omnino inutilia ad salutẽ. Fundamentũ rõnis ponit phus ꝑmo Politicorum di. Voluntas tam ad bonũ q̃z ad malum prompta: etiã sine opere cum facultas desit consummata est. hec eadẽ sententia ponitur.3.q.7.c.In grauib⁹.ꝛ.24.q.j.c.odi. Et 14.q.5.ca.si qd. Et de pe. dist.j.c.quẽ penitet ibi dicit. Voluntas apud deũ pro opere reputat.et.15.q.6.ca. si sacerdotib⁹.dicit. Amplius respicit deus ad cogitationes spontaneas q̃z ad actus. et Ambrosius dicit. et ponitur in secũdo sen.dist.38.ca. solet queri. Affectus ꝛ intentio operi tuo nomẽ imponunt.patet hec regula per dñm Matth.5.dicentẽ. Qui viderit mulierem ad concupiscẽdum eam iam mechatus est eã in corde suo. Quod confirmans Augusti.in libro de libero arbitrio.ꝛ ponit de pe.di.j.ca. Si cui.ait. Si cui non cõtingat facultas cõcubãdi cum aliena cõiuge ꝛ planũ est eum aliquo modo hoc cupere si potestas daret:non min⁹ reus est:q̃z si in ipso facto comphenderet. Et ideʒ Aug. hoc aliter exẽplificat de habentib⁹ voluntatẽ sumendi eucharistiã et non valenti. ut pʒ de cõ.dist.2.ca.ut qd ps.ait. Vt qd ps dentẽ ꝛ vẽtrẽ crede ꝛ mãducasti:credere eni in eũ hoc ẽ paneʒ ꝛ vinũ mãducare q credit corde i eũ mãducat cũ.hec ibi. Quo ꝓsupposito: vʒ ꝙ sola voũtas apud deũ ꝓ facto hẽt Peto an talis qui facit bona opera propter verecundiã mundi: cessante verecundia fecisset illa propter deũ:certũ est ꝙ non. Q̃d si sic est:cũ deus respiciat voluntatẽ pro opere concludo ꝙ in conspectu dei oĩa opera que talis facit ex verecũdia:sic sunt facta ac si nulla opera fecisset. Similiter qui peccatũ non facit:non propter deũ:sed solum propter verecundiã mundi:sic est in conspectu dei ac si illud fecissʒ ꝛ actualiter cõsummasset. ¶ Tertio probo exemplo:vʒ ꝙ qui bona agit soluʒ pro obiecto ꝛ fine humane verecundie euitãde ꝛ non propter deũ:eius opa inutilia sunt ad salutem. Legitur de quadam filia virgine cuiusdam nobilissimi principis romani. que cum vellet ingredi monasteriũ prohibita est: tandem instigante inimico cum quodam famulo domus carnaliter peccauit: et tempore debito peperit filium:ignorantibus autem parentibus occidit eum: que ob verecundiã hominũ: ne res proderet: in dictum monasteriũ est ingressa: cum tamen decreuisset nullatenus ingredi. Quid plura? Ieiunare cepit in pane ꝛ aqua vsqꝫ ad mortem quotidie disciplinabat corpus suuʒ. Iugiter vigilabat ꝛ lachrymabatur:ꝛ tot opera bona faciebat ꝙ a sororibus monasterij sancta iudicabatur:et ecce tandem ad punctum mortis deducitur. Cui abbatissa ꝑ obediẽtiã precepit:ꝙ si possibile foret post mortẽ ad eaʒ reuerteretur:ut meritũ suarũ bonarũ operationum cognoscere posset: moritur illa summo mane: in sequenti nocte presentat a demonibus abbatisse cathenis igneis vbiqꝫ constricta. Cui cum abbatissa perciperet:cur sic infeliciter esset damnata cuʒ innumerabilia bona opera fecisset:lachrimosa voce respondit. Scias ꝙ omnia bona opera que in monasterio feci soluʒ feci propter verecundiã mundi non propter deũ:ne publicaret monasterio ꝛ parentibus meis quoddã secretũ delictum quod in domo parentũ meorũ cõmisi. Ideo omnia opera mea perdita sunt:ꝛ q2 illa non feci propter deuʒ: sic sunt ac si nunq̃z ea fecissem: ꝛ propter hoc merito in eternum damnata suʒ. Quibus dictis cuʒ magno vlulatu disparuit. Ex predictis omnib⁹ pʒ:qualiter oĩa opera illorũ qui magis propter verecundiaʒ hominũ: q̃z propter deum bene faciunt: omnia sunt inutilia ad saluteʒ ꝛ sic per consequẽs patet declaratio triũ obiectorum integritati vere fidei repugnantiuʒ que sunt prorsus inutilia ad salutem. A quibus nos preseruare dignetur clementissim⁹ deus:qui solus deus esse obiectum debʒ nostrorum operũ. Cui sit semper omnino honor ꝛ glia. Per infinita secla seculoꝝ. Amẽ.

¶ Feria quarta post dominicã de passione Iteruʒ de sexta excellẽtia. vʒ de integritate ipsius sacratissime fidei.

Opera que ego facio in nomine patris mei hec testimoniũ perhibent de me. Scribuntur hec verba Ioã. decimo.ca. ꝛ in euange

lio occurrētis ferie. Poſt ſacri euangelij lit teralem ⁊ moralem expoſitionem egregij ci ues: ex quo heri declaraui de ſeptima circun ſtantia integritatis fidei: que dicitur obiectō nis: ſimiliter tria obiecta habeo in preſenti ſermone declarare: quorum

¶ Primū dicitur obiectū Afflictionis.
¶ Secundū dicitur obiectū Retributionis.
¶ Tertiū dicitur obiectū offenſionis.

¶ De trib⁹ alijs obiectis fidei ſacratiſſime repugnantibus.

Primum igitur obiectum ſed qr.uz in ordine ſeu reſpectus vel finis quo aliqui multa bona opera in hac vita faciunt ⁊ operantur dr̄ obiectum afflictionis. Contingit ſepius ꝙ multi multa bona faciunt reſpectu multiplicis pene aut reſpectu pene inferni: aut reſpectu pene corporalis quā ex infirmitate patiūtur: aut reſpectu pene eccleſiaſtice euitande: que precipit extra de peni. ⁊ re. capi. omnis vtriuſqz ſexus: ꝙ q ſaltē ſemel in anno nō confitetur: nec cōmunicatur: nō dimittatur ingredi eccleſiam: et ſepultura aſini ſepeliatur. Et hoc experientia docet: ꝙ in morte ⁊ ante mortez propter fugiendas inferni penas: ⁊ propter ſanitatez corporis recipiendam: ſimiliter ad euadendū eccleſiaſticā penam multi confitent̄: multi reſtituunt: multi dimittūt cōcubinas: multi ſumunt eucharistiam: multi deponunt vanitates ⁊c. huiuſmodi peccata. Que tamen omnia nullatenus faciunt pro obiecto dei: nec pro eius amore ⁊ charitate. Peto igitur an opera talium qui omnia bona opera predicta faciunt non pro obiecto dei amoris: ſz ſolum pro obiecto triplicis pene ⁊ afflictionis iam dicte euitande grata meritoria veſint ⁊ accepta in cōſpectu dei. Certe clamās Reſpondeo ꝙ non: quod tripliciter probo.

diuinam gloriam sed etiam omnia bona opera que deus facit: facit mediante ipso hoie. Mã.o.da.op.rč.vt dr Ja.i.vult ergo deus q oia bona opa que facit homo fiat simplr ꝓpter gloriã suã ꝛ honorẽ ꝛ non pp gloriã mũdi. ¶ Quinto hoc idem probo rõne permutationis Certũ est eniꝫ q tot bona quot qsqꝫ facit ex gloria ꝛ honore dei: tot gradus eterne glorie acquirit. quod probo auctoritate Aug.ad here.d. Nullũ malũ impunitũ ꝛ nullũ bonũ irremuneratuꝫ apud deum. Et ideꝫ Aug.alibi ait. Omnes act⁹ qui eliciuntur a spiritu sancto: per spiritum sanctuꝫ meritorij sunt vite eterne. Et ad ro.8.dicitur. Diligentibus deum oia cohoperant in bonũ.scilicet meriti. Et tho.2.2.q.2.ar.9. dič. Omnes act⁹ voluntarij in deo relati meritorij sunt. h idẽ etiã probo similitudine.sič eni se hꝫ act⁹ bon⁹ ex malo obiecto fact⁹ ad penaꝫ: sic se habent act⁹ boni ex bono obiecto facti ad glaꝫ. Sed gl ꝫ act⁹ bon⁹ ex malo obo factus meret penã singularẽ: ergo a simili oẽs act⁹ boni facti ex obo glorie dei merent singularẽ gloriã. Bonũ eni vt dicitur.3.ethi.semper potentius est malo. Preterea certũ ẽ sm Arist.in p̃.cc. et mundi. q vbi ẽ sba alicui⁹ rei ibi est etiã eius proprietas. Sꝫ quicũqꝫ facit opa cũ charitate propter dei amoreꝫ hꝫ in se sbam spiritus sci.dicente aplo ad ro.5. Charitas dei diffusa ẽ i cordibus vris p spm scm qui datus est nobis Ağ siquis hꝫ in se spiritum sanctum ergo in operibus suis hꝫ anneraꝫ propetatẽ sps sãcti. Sꝫ cũ spiritus scũs sit virtutis isinite: ergo p ↄñs i quolꝫ ope cũ charitate pp deum fcõ ponit ꝓprietatẽ meriti infiniti. Ağ autem vera fides semp in opib⁹ suis regrat bonũ obm ꝓbo triplicit.vꝫ. Distinctionibus Similitudinib⁹. Exemplis. Prima distictio ẽ Bo.q in.2.di.38.ar.i.q.5.di.cũ querit vtruꝫ bõ mereat in bonis opib⁹ suis factis ex aliq̃ obiecto. Rñdeo q bonũ potest fieri ex triplici obiecto. Primo fit aliqd bonũ ex obiecto malo: vt puta cũ fit helemosyna ꝓpter vanã gloriã seu intuitu alicui⁹ libidinis ꝛ lꝫ fit bonuꝫ nõ tñ habet mercedẽ sꝫ meret penam.ꝛ ratio ẽ qꝛ tale bonũ fit in cõtumeliaꝫ dei. Secũdo põt fieri bonũ cuꝫ subiecto bono ꝛ obo bono.ꝛ tale bonũ cũ fiat a subiecto charitate pleno.ꝛ pp obm diuini honoris meretur de cõdigno vitã eternã. Tertio mõ põt fieri bonũ cũ sbo indispositio sꝫ cũ obiecto bono: vt puta cuꝫ quis est i mortali culpa.ꝛ tñ facit helemosynã ad laudẽ ꝛ gloriã dei. Et hoc bonũ licet nõ de cõdigno tñ de cõgruo meret vitã eternã. Et rõ ẽ qꝛ tale bonũ factuꝫ ꝓpter deuꝫ nõ sit sine aliqua gra gratis data: que disponit ad grãm gratũ facientẽ: sicut patuit in beato Martino q cũ nundũ baptizat⁹ cẽt et dedisset partẽ clamidis cudẽ pauperi intuitu dei: meruit sequenti nocte videre dñꝫ Jesum illa clamidis pte vestitũ anglisqꝫ dicentẽ. Martin⁹ adhuc chatecumin⁹ hac me veste cõtexit. Et hoc bono finaliter meruit baptizari.ꝛ tãdẽ celorũ regnũ aia eius post mortẽ cum triumpho in gressa est. Ex qua ratione manifeste apparet q omne bonũ aut cum charitate aut sine charitate factũ propter deum meretur ab ipso iustissimo deo singularẽ ꝓpriã ꝛ specialẽ remunerationẽ. O igitur q̃ꝫ stulti o q̃ꝫ insensati: o q̃ꝫ amentes ꝛ bestiales sũt illi qui innumerabilia bona faciũt ex aliq̃ fine: q̃ꝫ ex obiecto glie dei: qm̃ tales tot singulares gradus glie perdunt quot bona fecerunt: ꝛ vltra hoc tot gradus pene sibi acqrunt quot specialia bona ex malo obiecto fecerũt: ¶ Scđa diffinitio ꝓbat distinctionib⁹ videlicet q vera fides in operibus suis semper requirit bonum obiectuꝫ.ꝛ ẽ sancti. Tho. 2.2.q.3.ar.i.di. q ad perfectionem operis.5. necessaria requiruntur. videlicet potentia habitus actus obiectum ꝛ finis. Quod sic ex̃plo patet. Mã in perfectione virtutis helemosyne primo ↄcurrit potentia anime. scilicet voluntas que potest velle ꝛ non velle facere helemosynam. Secundo requiritur habitus i.q ipsa voluntas oio velit helemosynaꝫ dare. Tertio requiritur actus ipsius helemosyne qui est panis aut vinum ꝛ huiusmodi. ¶ Quarto requiritur obiectum helymosyne sicuti cuꝫ considerat q homo est egenus Quinto requiritur finis.i.q omnia predicta perficiantur ꝛ fiant ad dei honorem ꝛ gloriam. Qui finis diuini honoris si subtrahatur. subtrahitur etiam omnis bonitas aut meritum. quattuor simul precedentium. Idem etiam tho.in pma parte sũme.q.2i.ar.p̃.dicit q tripler ẽ ordo.pm⁹ ẽ q̃ aliqd creatũ ordinat ad aliđ creatũ sič ptes ordinãt ad totũ ꝛ accidẽtia ad sbas: ꝛ vna queqꝫ reꝝ p̃dictaꝝ habꝫ finem suũ ꝓ obo. Scđs ordo est quo oia create ordinãtur in deũ. Terti⁹ ordo ẽ quo ea p q̃ attingit deus ordinãt ad finẽ diuini hono

ris ad hoc. vt sint bona aut meritoria apd deuz. Dñs ēt Bona. i. 2. di. 34. ar. 2. q. 2. dicit ad hoc ꝙ quilibet perfecte finem suum consequatur. Quattuor requiruntur. Primum ipsum ordinabile. Secunduz habilitas in ordinabili. Tertiuum medium quo ordinetur in finem. Quartum dirigens medium illud in debitum finem. Exempli gratia: beatitudo est quidam finis qui presupponit quattuor si debet possideri. Primum est ipsum ordinabile qd quidem est aliquid creatum seu aliqua creatura. Secundum est habilitas in ordinabili. Nam cum beatitudo solum percipiat ab itellectu et ratione ideo ordinabile ad illam possidendam debet habere habilitatē intellectꝰ aut rōnis. que habilitas cum non sit in aliquo bruto sed solum in angelo ⁊ homine: arguit simpliciter solum angelum ⁊ hominem beatificandum. Tertium est medium quo beatitudo acquiritur ⁊ hec sunt opera elicita ab intra i volūtate vel imperata ab extra in actibus materialibus. Quartum quod requiritur ad beatitudinem consequendam est dirigens mediū in debitum finem. Et hec est rō ⁊ sapientia que dirigunt opera elicita ⁊ imperata in debitum finem. i. in dei honorem ⁊ gloriam ad hoc vt perfecta sint ⁊ meritoria. Aliam distinctionez ponit Scotus in quarto. di. 20. dicens. Quod ad pfectionē cuiuslibz actꝰ requiritur duplex circunstātia. s. circūstātia principij. ꝙ. s. fiat ex mera volūtate ⁊ circūstātia. finis ꝙ. s. fiat pp dei honorē ⁊ amorez. phs etiā. 5. phi. dicit. ꝙ motꝰ in finē necessario. 5. reqrit. s. mouēs ꝓximuz mobile tēpus: terminꝰ ex q̊ ⁊ terminꝰ ad quē: mouēs ē volūtas mobile sūt opa: tps medietas inter volūtatē ⁊ opa: terminꝰ ex q̊ ē anima creata factura opū elicitorū ⁊ iperatoꝝ: terminꝰ ad quē ē honor ⁊ glia dei in qua quattuor p̄dicta reducuntur. Istā deniqz distinctionē ponit. Ric. 4. di. 20. di. Qd quattuor dāt hōi vitā etnā. s. cōtritio de p̄teritis peccatis ꝓpositū abstinēdi a futuris: cōfessio ⁊ satisfacio. Sz nisi addat. 5. vz ꝙ hec oia fiāt pp honorē dei p̄dicta. 4. nō sufficiūt ad salutem. Ex p̄dictis distictiōibꝰ pz q̄liter nulla opa fidei meritoria sunt eterne vite nisi fiāt ex obiecto diuini honoris seu diuine glorie. ¶ Secūdo ꝓbo similitudinibꝰ vz ꝙ oia opa fidei debent dirigi i obm glorie dei. Et primo probo similitudine figure sperice. Nam philoso. 2. de ce. ⁊ mundo ait. figura sperica est nobilissima omnium figurarum. Et ratio est: quia initium coniungitur cum fine. Quod si sic est certū est ꝙ omnia opera a deo procedunt tanquam a principio. proinde cantat ecclesia deus a quo bona cuncta procedunt. Et philoso. i. metha. deus videtur omnium esse causa ⁊ principium. Et plato in timeo dicit. omnis bonitas est a prima bonitate. Ergo a simili si eadem opera coniunguntur cum suo fine qui vtiqz deus est: dicēte Jo. apoc. i. i dei persona. Ego sum alpha ⁊. o. principium ⁊ finis: perfecta erunt. Ex qua similitudine apparet: ꝙ nunquam opera perfecta sunt nisi sint sperice figure. i. nisi redeant ad finem honoris dei seu ad deum a quo processerunt. ¶ Aliam similitudinem habemus de medio. Nam philoso. secundo ethico. dicit. Medium querit omnis prudens ⁊ desideratꝰ non medium rei sed quo ad nos: sciens autez medium quod est laudabile superabundantiam ⁊ defectum fugit. Quo presupposito. ꝙ medium ab omnibus est tenendum eo ꝙ est laudabile: peto quid est mediū: ⁊ Respondit philoso. 4. thopi. et. 2. de anima. Quod medium est ꝙ sapit naturam extremoꝝ. Sicut exempli gratia. si quis esset in medio aque ⁊ ignis sentiret vtiqz ab vna parte calorem ⁊ ab altera frigiditatem. Quibus premissis certum ē ꝙ opera nostra si debēt esse perfecta semper debent participare cuz duobus extremis. videlicet cū principio omnium bonoruz qui deus est ⁊ cum extremo seu fine omnium bonorum qui etiam deꝰ est: aliter quelibet opera non erunt in medio: ⁊ per consequens nō erunt laudabilia. ¶ Aliam similitudinem ponit Salomon ecclesiastes. i. di. oritur sol et occidit ⁊ ad locum suum reuertitur: ibiqz renascens girat per meridiem ⁊ flectitur ad aquilonem lustrans vniuersa in circuitu pergit: etiam in circulos suos reuertitur. omnia flumina intrant in mare ⁊ mare non redundat: ⁊ ad locū vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluant. hec ibi. Qua similitudine patet ꝙ sicut sol ⁊ fluuia reuertuntur ad locum a quo egrediuntur: sic quibus opera bona a deo procedentia debēt conuerti ad honorem dei a quo egrediuntur. Aliam deniqz similitudinē habemꝰ de motu. Naz q̄druplex est motus. scilz violentus ⁊ flexus. Naturalis ⁊ circularis. Motus violentus

est ipfectus. Et ratio est quia vt habet in.2.de celo et mundo. Motus violentus in principio est fortior: in fine vero debilior. Motus etiam reflexus est imperfectus. Et ratio est. Nam.8.phisicorum dicitur. Motus reflexus non est continuus: quia est interpolatus quiete media. Motus autem naturalis bonus est et perfectus: et ratio est: quia vt dicitur.2.de ce. et mundo. Motus naturalis et si in principio sit debilior: in fine tamen est fortior. Motus vero circularis optimus est et perfectissimus super omnem motum. et hoc duplici respectu. primo quia vbi dicitur.8. phisicorum. Motus circularis est ab eodem in idem. Secundo quia vbi dicitur.8.phisicorum.solus circularis motus est cōtinuus et perpetuus. Motū violentum habent illi qui aliquod bonū faciūt moti ex obiecto alicuius coactionis et violētie. Et ideo talia opera vt supra probatum est sunt imperfecta. Motum reflexum habent illi qui faciunt aliquod bonū vel beneficium ex obiecto proprie mercedis. Et ideo talia opera vt supra probatum est: etiam imperfecta sunt. Motū naturalem hñt illi qui in principio faciunt aliquod bonum ex obiecto humane fragilitatis vel complacentie: sed tamen in fine dirigūt fortiter omnia opera sua in laudē et gloriam dei et opera taliū perfecta sūt. Motum vero circularem hñt illi qui semper recognoscūt omnia sua bona a deo et vsque in finē iugiter omnia opera sua referunt ad gloriam dei et honorem a quo processerunt. Et horum opera perfectissima sūt et optima. Primo quia redeunt ab eodem in idē. Secundo quia cōtinue et perpetue et sine vllo intermedio in dei gloriam referūt quod similiter duo facit et motus circularis perfectissimus. Et de hoc motu perfectissimo dicit Boe.metro.2.tertij libri. Repetunt proprios quecque recursus. Reditusque suo singula gaudēt: nec manet vlli traditus ordo: nisi qui fini iūxerit ortū: stabilēque sui fecerit orbē. Ex prefactis similitudinibus patet qualiter nulla opera fidei meritoria sūt eterne vite nisi simpliciter fiant ex obiecto honoris et glorie dei. ¶ Tertio denique probo exemplis quod opera quelibet fieri dñt ad honorē dei ad hoc vt meritoria sint. Nā Mat.27.legimus quod Judas habuit.3.virtutes.s.contritionem cordis di.peccaui: cōfessionē oris.di.tradens sanguinē iustum: et satisfactionē operis dū pecunia ductus retulit iudeis.30.argēteos. Sed quia hec tria non fecit ex obo glorie dei sed potius desperationis: merito laqueo se suspendit. Que sibi oia tria sibi meritoria fuissent: si ad dei honorē ea fecisset. Simile exēplū habet Mat.25.de.5.virginibus fatuis que habebāt lāpades sine oleo. Et dominus fecit eis claudi ianuā. Venientibus etiā cū oleo et pulsantibus vt aperiretur eis dixit eis dñs. Amen dico vobis ne.vos. quod ideo factum fuit quia nō propter dei honorē sed simpliciter propter humanū fauorē et gloriam opera illa faciebant. Ecōtra vero prudentes virgines habētes lāpades.i.opera bona.simul cū oleo simpliciter diuine glorie ad nuptias cum domino ingresse sunt. ¶ Aliud exemplum habemus de phis qui vt habetur ad.ro.j.cum deum cognouissēt nō sicut deū glorificauerūt aut gratias egerūt sed euanuerūt i cogitationibus suis et obscuratū est isciens cor eorum et dicētes se esse sapientes stulti facti sūt: et ideo merito dati sūt in sensum eterne reprobationis. Oppositū faciebat plato qui in operationibus suis deū habebat pro obiecto. propter quod dicebat i timeo. et ponit Bo. prosa.9.3. li. in minimis igitur quisque rebus semper debet diuinum auxiliū iplorari. Ex quibus exēplis patet qualiter oia opera ad hoc vt sint laudabilia et meritoria semper dñt habere pro obiecto honorem et gloriam dei. Accipe si vis alia optima exēpla ad hoc propositū in.10.circūstātia integritatis vere fidei vbi dicitur. ¶ Secunda cōclusio humilitatis in primo gradu qui dicitur gradus attributionis. Et quia vt probant auctoritates rōes distinctiōes similes aut exempla. nulla opera meritoria sunt nisi conuertantur ad finē diuini honoris: ideo quisque debet semper deum rogare: vt et se et oia opera sua dirigat et conuertat simpliciter ad gloriā suā dicēs cū Boe.metro.9.3.li. Da pater augustā mēti conscēdē sede: da fōtē lustrare boni da luce reperta: in te conspicuos eū defigē visus discute terrene nebulas et pondera molis atque toto splēdore mica tu nāque serenū: tu requies trāquilla pijs te cernē finis. principiū vector dux semita terminus idē. hec ibi. Ex prefactis patet qualiter vera fides in suis operibus semper respicit honorē dei Et sic patet prima pars.7.circūstātia ad integritatem vere fidei necessaria: quam dicitur circūstātia obiectionis. quā vere fidei circūstātiā nobis cōcedat beatissima trinitas pater videlicet et filius et spūs sanctus que est solū verū et vnicū obiectū hūanarum operationū: cui sit semper omnis honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sabbato post dominicam de passiōe. Item

de sexta excellentia vz de integritate ipsius sacratissime fidei.

Icebat iesus ad eos q crediderant ei ex iudeis. Si vos pmanseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Scribunt hec verba. Jo.8.c.⁊ i euāgelio occurrentis ferie. Post sacri euāgelij lr̄alē ⁊ moralem expositionez spectabiles ciues exquo vt claruit in precedentibus declarauimus septimā circūstātiā ad integritatem vere fidei necessariā que dicta fuit circunstantia obiectionis: habemus his etiā diebus sequētibus declarare.8.circunstantiam ⁊ ad integritatē vere fidei valde necessariam cuius circūstantie declarando talis erit.

¶ De octaua circūstātia ad integritatē ipius sacratissime fidei necessaria q̄ dr̄ fortificatōis.

Octaua igitur circūstantia ad itegritatē vere fidei necessaria dicitur circunstantia fortificatiōis. Nequaq̄z eni ad veram ⁊ perfectā fidem omnes iam predicte circūstātie sufficiunt. Sz oportet omnino ad hoc q̄ fides vera sit: q̄ maxime sit decorata cōstātia ⁊ fortitudine. Omissa tñ fortitudie fidei que est contra oēs aduersitates ⁊ contra omnes mūdi voluptates de qua egregie deo dāte tractabo i.q̄dragesimali d̄ fructib⁹ ipsi⁹ sacratissime fidei: soluz in p̄nti agā seu tractabo de fortitudine fidei q̄ maxime consistit in terribilis mortis susceptione. Naz fortitudo ſm phm.3.ethicorum.est precipue circa maxima picula ⁊ circa pericula mort̄: q2 omniū terribilum finis est mors. Nā q pro fide patus est mortē suscipe: nulli dubiū ē qn talis i virtute fidei supet omnes aduersitates omnes mūdi voluptates ac oēs diabolicas temptatiōes. Fides igit̄ vt sit pfecta cogit habentem necessario esse paratum ⁊ dispositū oēm mortē tolerare: anq̄z ipam velle deserere seu negare ⁊ sic pro huius cōclusiōis maiori declaratiōe sciēdū est q̄ vera fides facit homines triplicē mortē suscipe. Pria dicit̄ mors libertatis. Scūda dicitur mors charitatis Tertia dicitur mors necessitatis. ¶ Pria mors quā perfecta fides suscipere facit dicit̄ mors libertatis: talem mortem suscipiunt illi qui pro manifestanda diuina gloria edificāda ecclesia atq3 fide ↄmēdāda libere ⁊ spōte sine vlla necessitate violentia ⁊ coactione i virtute spūs sancti: se manibus infidelibus aut vt illos ↄuertant si possibile ē aut vt martyriū suscipiāt exponūt. Quāuis āt fuerūt nō nulli q talē fidē ⁊ mortē asseruerūt nō eē laudabilē tenēdū est pro veritate q̄ talis mors: nō tm̄ est laudabilis: sed sic spōte ⁊ libere sustinere mortem pp xpi amorē est maxime pfectionis. Quod pbo quitupl̄r. Primo auctoritate. Scd̄o ratione. Tertio distinctione. Quarto cōparatione. Quinto similitudine. ¶ Primo probo auctoritate. Naz Jo. 15. dicit̄. Maiorē hac dilec. nemo hz. i. maius signum perfecte fidei ⁊ charitatis: q̄z vt aiam suā ponat qs pro amicis suis. Ergo a fortiori maioris ē perfectiōis exponē morti p christo vitaz suā. ¶ Scd̄o pbo rōne aspectionis ⁊ formo sic rōnem. Quāto quis rem magis amatā cōtēnit ⁊ rem magis odiosaz pati eligit: tāto magis videt̄ eē perfectus in caritate ⁊ fide. Sed certū est q̄ inter omnia bona homo maxime amat vitam suam. vnde Job.2. dicitur. pellē pro pelle ⁊ cuncta que habet homo dabit p anima sua. Ecōtrario aūt homo inter omnia odibilia maxime odit mortē: qd̄ etiam facit oē animal: dicente Boe. prosa.ij. tertij li. Omne nanq3 animal tueri salutem laborat mortem vero perniciēq3 deuitat. propter quod cōcluditur q̄ martyriuz seu mors spōte pro christi amore suscepta iter oēs hūanos actus ē pfectius signū maxie fidei ⁊ charitatis. ¶ Tertio hoc idē pbo distictiōe. Nā Tho.2.2.q.124.ar.3.q̄rit an martyriū sit act⁹ maxie pfectiōis: ⁊ R̄ndit di. q̄ de aliq̄ actu virtutis duplicit̄ loq possimus. vno modo ſz speciem ipsius actus prout comparat̄ ad virtutem maxime elicientez ipsum: ⁊ sic nō pōt esse q̄ martyrium quod cōsistit in debita tollerantia mortis sit perfectissimum inter virtutis actus: q2 tollerare mortem ſm se nō est laudabile: sed solum ſz q̄ ordinatur ad aliqd̄ bonum quod consistit in actu virtutis puta ad fidem ⁊ dilectionem dei. Unde ille actus virtutis cum sit finis melior est. Alio mō potest considerari actus virtutis ſm q̄ comparatur ad primū motiuū q̄ ē amor charitatis. Et ex hac parte aliquis actus habz q̄ ad perfectionem vite pertineat. Quia vt apostolus dicit col̄.4. charitas est vinculum perfectionis: martyriū autem inter omnes actus virtuosos maxime demonstrat perfectionē cha

ritatis in hoc ꝙ rem magis amatam contē
nit:⁊ rem magis odioſam.ſicut ſunt colores
corporalium tormentorum quorū metu etiā
bruta animalia a maximis voluptatibus ab
ſtrahūtur prout dicit philoſophus.2.ethicorū
⁊ etiam Aug.li.83.queſtionū.alacriter pati eli
git.Jdeo ſm hoc patet ꝙ martyriū inter om
nes ceteros actus humanos:eſt perfectiſſi-
mum ſm ſuuʒ genus: ⁊ ſignum maxime fi-
dei ⁊ charitatis.Ex qua diſtinctione patet ꝙ
mors pro xp̄i amore libere ſuſcepta eſt actus
ſūme perfectionis.¶ Quarto hoc probo cō-
paratione.Nam Auguſti.in lib.de virginita
te facit comparationem iter perfectionē mar
tyrij ⁊ virginitatis:⁊ tandeʒ ceteris paribus
concludit.di.Perfectio martyrij eſt excellen
tior omni perfectione virginitatis.¶ Quin-
to deniqʒ hoc probo ſimilitudine. Nā Tho.
2.2.q.124.ar.3.in ſolu.ſcd̄i argum̄. dicit.actus
maxime perfectionis videtur eſſe ꝙ aliquis
ſuperiori obediat propter chriſtū:ſed qui mor
tem ſubſtinet propter chriſtum.h maioreʒ in
ſe perfectionem habet.naʒ facit talis ſicut ſal
uator fecit qui volēs eſſe obediēs patri vt di-
citur philippeñ.2.factus eſt obediēs vſqʒ ad
mortem.Ex quo patet ꝙ martyriū ſm ſe eſt
ꝑfectiꝯ q̄ʒ obiecta abſolute dicta pʒ ergo ex p̄
ſatis omnibus qualiter vera fides facit ho-
minem primam mortem ſuſcipere que dici-
tur mors libertatis. Scd̄a mors quā perfe-
cta fides cogit homineʒ ſuſcipere ex ſue for-
titudinis virtute dicit̃ mors charitatis.Pe-
tunt ſacri theologi vtruʒ fidelis verus vidēs
animam pro chriſti ſui in periculo negatiōis
fidei chriſtiane ſeu dānatiōis ſue:teneatur in
virtute fidei ⁊ charitatis corpus ſuū morti ex
ponere vt eruat animaʒ illam a periculo ſue
infidelitatis atqʒ dānatiōis.Ad quod dubiū
Reſpondet Alexan.de ales in tertia parte ſū
me.in tractatu de charitate ꝙ ſic.cuʒ quo cō
cordat Bonauē.in.3.di.30.arti.j.q.j.in cor.q.
Et Ricar.i.3.di.30.ar.j.q.j.Et Tho.2.2.q.4.
ar.2.in cor.q.Quā veritatem tripliciter pro-
bo. Primo auctoritatibus. Secundo ra-
tionibus. Tertio exemplo.¶ Primo probo
auctoritatibus ꝙ vera fides cogit vnūquēqʒ
ex charitate.in caſu neceſſitatis mortem cor-
poris ſuſcipere pro ſalute anime proximoruʒ
ſuorum. Nam.j.Joan.3.di. Jn hoc cogno-
uimus charitatē dei quoniā ipſe poſuit ani-
mam ſuam pro nobis ⁊ nos debemꝯ pro fra
tribus animas ponere.vbi etiā dicit glo. Dʒ
quiſqʒ pro fratribus non animam ponere ſʒ
corporis vitam que ex anima procedit.Jtem
Joā. 10.dicitur Bonus. pa.a.ſu.po.pro oui-
bus ſuis.vbi alia glo.ait.Quiſqʒ.n.vniuerſa-
liter eſt paſtor animarum ſuorum proximo-
rum.vnuſquiſqʒ pro animabus eorum vitaʒ
ſuā debʒ dare.Criſoſtimus etiā ſuper Mat.
ait.proximum ſuū non diligit nec preceptum
implet charitatis:qui pro ſalute proximi vi-
tam corporalem non exponit.h ille.Scd̄o hoc
idem probo quadruplici ratione. Prio ra-
tione bonitatis. Scd̄o ratione qualitatis.
Tertio ratione argumētabilitatis. Quarto
rōne preceptibilitatis.¶ Primo probo ratio
ne bonitatis ꝙ quiſqʒ in caſu neceſſitatis te-
netur pro ſalute proximi ſui corpus ſuuʒ mor
ti exponere. Fundamentum rationis po-
nit philoſophus.j. ethicorum.⁊.3. topicorum
di.ome bonū naturaliter eſt diligibile.Quo-
preſuppoſito certum eſt ſm eundem philoſo
phum.4.thopicorum.ꝙ ſi ſimpliciter ad ſim
pliciter ſi magis ad magis:ergo ſi maxie ad
maxie.Si ergo ſimpliciter bonum ē amabi-
le:ergo magis bonum magis eſt amabile:er
go maxime bonū maxime eſt amabile. Sed
manifeſtum eſt vt habet̃.vj.thopicoruʒ. ꝙ tri
plex eſt bonū.ſ.bonū exteriuſ aduenīēs:bonū
corporis:⁊ bonuʒ aie. Bonū aūt exterius vt
ipſe dicit ē ſimpl'r bonū:ergo ſimpl'r eſt amā
dū.Bonū corporis ē magis bonū q̄ʒ oia tē-
poralia bona ergo magis ē amādū.Bonum
vero aie eſt maxie bonū ꝙ̊ maxie ē amāduʒ.
Si igit̃:ſi ꝓ q2:aie bonū eſt meliꝯ diligēdū q̄ʒ
oē bonuʒ corporis q2 vt dicit.j.ethicoꝝ. bona
aie inter omnia bona maxime ſūt bona ⁊ di
gibilia.⁊.6.politi.dicit̃.anima,melior eſt cor-
pore:⁊ aie bonū ē oibus bōis melius.Ex pre
dictis cōcludo ꝙ cuʒ maior ſit bonitaſ in aia
proximorum q̄ʒ i tota ſb̄a temporali:aut q̄ʒ
in propria corporis vita:ergo magis eſt amā
da aia cuiuſlibʒ ꝓximi q̄ʒ quodlibet humanū
corpus.Quod ſi ſic ē ergo poſito ꝑiculo mor
tis corporis:prius tenet̃ quilibʒ ſuſcipe ꝑicu-
lū mortis corporis tanq̄ʒ minus bonū ⁊ mi-
nꝯ amabile:q̄ʒ velle ꝑmittere aiaʒ ꝓximi dā
nare que vtiqʒ in ſe cōtinet maiorē bonitatē
Scd̄o hoc idem probo rōne equalitatis. Fū
damētū rōnis poīt phs.9.ethicorū.di.Amicꝯ
dʒ ſe habere ꝑ omnia ad amicū ſic ad ſeipm
eo ꝙ amicus eſt alter ego.Quod etiā domi-

nus. deuteronomij.6. M.2. τ.luc.10.precipit d.dilig.prox.tuū sicut teipsuʒ. Quo presupposito certū est ẜm Bona.in.3.di.29.ar.j.q.3.in solu.scdi.ar.φ nota istius aduerbij sic accipit dupliciṫ. Primo pro quadaʒ quātitate τ mēsurabilitate amoris itēsi siue boni τ charitatis:τ hoc modo nulli licet velle proximuʒ diligere sicut seipsū. Scdo mō accipiṫ ꝓ similitudine ad eundem fineʒ:τ hoc modo certum est φ quilibet tenetur diligere ꝓximū ad illud bonū τ ad illū finē ad quē ipse se diligit. Qd si sic est cum quilibet obligetur proponere saluteʒ anime sue morti corporis sui:ergo pari ratione quilibet tenetur exponere corpus suū morti:pro salute anime proximi sui. Quod si nō facit:nequaquam amat ꝓximum sicut se ipsum:τ si non amat proximuʒ sicut seipsum ergo agit cōtra preceptū dei. Si aūt agit cōtra preceptū dei:ergo mortalṙ peccat. Si aūt mortalṙ peccat:ergo dānabiṫ. Igiṫ a prio ad vltimū qui nō exponit morti corpus propriū pro salute aie proximi sui:talṙ dānabiṫ τ nūq̄ȝ saluari poterit.proinde de pe.di.2.c.ꝓinde.di. Proinde ꝓximos nostros sicut nos metip̄os diligimus:quādo ad bonos mores τ ad eternā vitā cōsequēdā sicut nobis coꝝ saluti consulimus qñ nos i coꝝ peccatis τ ꝑiculis cogitam⁹ τ sic nobiſ subueniri optarem⁹ ita eis aut subuenimus:aut si facultas defuerit:volūtatem subueniēdi tenem⁹. Quapꝑ carissime tota dilectiōe satage vt bonū qd tibi conferri vis velis τ ꝓximo tuo.h ꝓsper. ¶ Tertio hoc idē ꝓbo rōe argumētabilitatis.petūt theologi vtꝝ in casu necessitatis teneṫ qs etiā subuenire inimico suo de his que sūt necessaria cōporali vite ne pereat. Ad qd dubiū. Respondet Alex.in tertia parte sūme in tractatu d. Elemo.cū quo ꝯcor.Tho.2.2.q.32.ar.5. Et Tho.in.4.di.15.ar.j.q.4.τ Ricar.in tertio.di.30.ar.j.q.j.τ Rica in.4.di.15.ar.2.q.5. τ Bona.in.3.di.30.ar.j.q.5.τ dñt. Quod siqs nō subueniret inimico tēpore necessitatꝭ mōtaliter peccaret. Et arguūt a fortiori. Nā diciṫ exodi.23. Si occurreris boui inimici tui errāti reduc illū. Et si videris asinum odientis te cecidisse sub onere:nō pertransibis sed subleuabis illū.vbi glo.dicit. Qd q nō reduc bouē τ nō releuat asinū inimici sui ex odio mortalṙ peccat. Si igiṫ qs peccaret mōtalṙ nō sbueniēdo boui vel asino a fortiori mortalṙ peccaret nō sbueniēdo necessitati corꝑis proximi sui qd preualet oībus bob⁹ τ asinis mūdi. Et talis obligatio cadit sb ꝑcepto. Nā dṙ Mat.5.τ luc.6.diligite inimicos.v.bñ.his q v. oderūt.vbi glo.ꝑceptū dñi ē nō solū diligē sed τ bñfacē. Itē ꝓuer.25.dṙ. Si esurierit inimic⁹ tuus ciba illuʒ si sitit potū da ei. Ex predictis cōcludiṫ φ qlibet teneṫ subuenire i necessitate ꝓximo suo ēt inimico de sua sba tēporali alṙ mortalṙ peccat.tūc arguo sic phs.4.thopico. ait. Si de quo min⁹ τ id d quo magis. Si g̊ obligatio est sbueniēdi corporali īfirmo: a fortiori restat maior obligatio sbueniēdi aie ꝓximi:q̄ vt i pria rōe dictū ē nobilitati τ bōitati oiuʒ copuʒ ꝑeminet φ si ē mortale peccatū nō succurerre i necessitate corꝑali a fortiori ē peccatū mortale nō succurrē in necessitate saluti aie ꝓximi sui. Sʒ si qs nō expōit corpus suū morti tpe necessitatis ꝓ salute aie ꝓximi sui:tūc nō succurrit ei:g̊ peccat mortalṙ. Sed qlibet teneṫ nō peccare mortalṙ:g̊ qlibʒ teneṫ exponē corpus suū morti ꝓ salute aie ꝓximi sui. ¶ Quarto hoc idē ꝓbo rōe ꝑceptibilitatꝭ φ qlibʒ teneṫ se morti corꝑali exponē ꝓ salute aie ꝓximi sui in cāu necessitatis.sicut.n.dṙ dutro.6.c.τ pōiṫ.23.q.4.c.ea vindicta. Et.23.q.5.c.si nō lʒ. Et de pe.di.2.c.charitas ē.ex̄ de sacra vnctiōe.c.vnico.§.hoc vnguēto.diliges ꝓximū tuū sic teip̄m. Et.23.q.4.c.dʒ hō.dṙ Dʒ hō diligere ꝓximū suū sic seip̄m: τ q po terit hōieʒ bñficiētie cōsolatiōe vel informatiōe doctrine vel disciplie correctiōe iducat ad colēdū deū. Ex ꝑmissis pʒ φ dilectio ꝓximi cadit sub ꝑcepto.tc arguo sic. Prio φ est de necessitate corp⁹ morti exponere pro salute anime proximi sui. Illud sine quo dilectio ꝓximi seruari nō pōt cadit sub ꝑcepto τ sub obligatiōe sʒ ꝑtinet ad dilectionē vt nō soluʒ velim⁹ ei bonū sʒ ēt vt opemur ꝓ eo bonū tēpore necessitatis ẜʒ illd.i.Jo.3.filioli ñ diligam⁹ ligua neqʒ verbo sʒ ope τ veritate sed adueniēte ꝑiculo dānatiōis aie ꝓximi nisi quis expōat corp⁹ suū morti ꝓ salute illi⁹ aie talis nō opaṫ opa amoris τ charitatis:ergo talis nō diligit ꝓximū ẜm formā ꝑcepti:ergo mortaliter peccat Sed quilibet tenetur non peccare mortaliter:ergo quilibet in casu necessitatis tenetur suscipere mortē pro anima proximi sui. Quod confirmans Grego.in omelia.pen.ait. Probatio dilectiōis exhibito est operis. Et idem ait. Amor dei nunq̄ȝ est ociosus: operatur enim magna si est:si autem

operari renuit amor non est. Et philoso.5.ethico. ait. lex dat precepta de actibus omnium virtutum. Et confirmatur predicta rõ.s. q͛ q diligit proximum tenetur in casu necessitatis pro sua salute corporis mortez suscipere. Nã qui precipit quod maius ꝛ nobilius: a fortiori precipit qđ minus est nobile. Sed certum est q͛ nobilior est habitus seu actus dilectionis ad proximum q̃z sit quilibet actus exterior siue opus. Si igitur quisqz obligatur ex p̃cepto habere actum dilectionis interiorem: ad proximum quod est nobilius: a fortiori tenetur habere actum exteriorẽ qui est mors corporis qui actus vt: patet melior ẽ ipso interiori actu dilectionis. Et de hoc habetur ar. extra de constitutionibus. in. c. Nam concupiscẽtia vbi dr̃. cõcesso vel ꝓhibito principali conceditur vel prohibetur omne accessorium Si igitur cuilibet precipitur q͛ proximuz diligat actu iteriori qđ est quid p̃ncipale a fortiori intelligitur preceptũ q͛ quisqz moriatur pro eius salute qđ est quid accessorium. Ex p̃factis. 4. rationib⁹ patet q͛ homo habens fidem charitate informatam tenetur in casu necessitatis mortem corporis suscipere ꝓ aiabus ꝓximorum suorum. ¶ Tertio hoc idem probo exemplo Et pretermissis exẽplis beati patris nostri Francisci atqz sancti Antonij de padua qui propter salutem proxiorũ ad partes infidelium vt mortem susciperent accesserunt. solum accipiamus in prensenti exemplum filij dei domini nostri Jesu christi qui posuit animam suam .i. corporalem vitam pro salute animarum nostrarũ. vnde apo. i. c. dicitur. lauit nos a peccatis nostris i sanguine suo. Et. i. Jo. 3. dicitur. In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ipse animam suam pro nobis posuit ꝛ nos debemus pro fratribus animas ponere. Et. i. pe. 3. c. dicitur. christ⁹ solus pro peccatis nostris mor. est in. pro. i. vt nos of. deo mor. quidem car. viui autem spiritu. Ex prefactis omnib⁹ patet qualiter habens veram fidem tenetur tantam habere fortitudinem vt etiã in necessitatis casu mortem suscipiat corporis pro salute animaruz proximoruz suoruz. Quam secundam mortem pro loco ꝛ necessitatis tempore quilibet fidelis christianus libẽter tollerare dignetur ad laudẽ ꝛ gloriam saluatoris nostri Jesu christi qui vi. ꝛ re. i. s. s. Amen.

¶ Dñica oliuarum seu in palmis Jteruz de sexta excellentia. videlicet de integritate ipsius sacratissime fidei.

Umiliauit se metipsũ fa. o. vs. ad. m. mor. aũt c. Scibũtur hec verba ad phi. 2. c. ꝛ in epistola occurentis solẽnitatis seu dominice. Qm̃ dilectissimi ciues hodie loco euangelij proponit nobis pa. d. n. J. christi. s͛z. Mat. q̃ feria. 6. ꝓxime futura plenius declarabitur: hinc est q͛ pretermisso themate eiusdem seu litterali et morali expositione assũpsi pro themate verba apostoli preallegata. videlicet christus fa. est ꝛc. In quibus verbis innuitur q͛ sicut ipse xp̃s amore nr̃o mortẽ ꝯstant tulit: sic ꝛ nos propter amorem fidei sue mortẽ si necesse fuerit constanter tollerare debemus. Sed qꝛ in precedenti sermone propositum fuit qualiter fides vera facit constanter triplicem mortem tollerare pro ipso christo. videlicet mortez libertatis charitatis ꝛ necessitatis cuz similiter declaratum fuerit de sufferentia duplicis mortis. habemus in presenti sermone spetialiter ostendere quomo etiam fides pro christo sustinere debet tertiã mortẽ que dicit necessitatis. Cuius necessitatis declaratio talis erit.

Jteruz de octaua circonstãtia vere fidei que dicitur fortificationis.

Ertia igitur mors quã perfecta fides cogit hominẽ suscipere ex virtute sue fortitudinis dicitur mors necessitatis. petunt sacri theologi. vtrum habẽs veraz fidẽ teneat mortẽ suscipere anteq̃z solũ mortale peccatũ ꝯ fidẽ cõmittere: seu teneat mortẽ suscipere ãteq̃z fidẽ christi si cãus accideret denegare. ad qđ dubiũ absolute R̃ndet Bona. in. 3. di. 30. ar. 4. q. 2. ꝛ etiã Alex. de ales i. 3. pte sũme. i tractatu. de fide. ꝛ tho. 2. 2. q. 4. ar. 2. Et. 2. 2. q. 124. ar. 4. q͛ sic. Et dicunt q͛ qlqz fidelis tenet pro fide sua in oi loco ꝛ tẽpore duplicẽ suscipere mortẽ. vz mortẽ habitualẽ que cõsistit i dispositione voluntatis ad suscipiẽdũ sp mortẽ si casus accideret. Itẽ mortẽ actualem quando instat necessitas. Et q͛ quisqz veram habẽs fidẽ teneatur modis p̃dict. mortẽ suscipẽ. qntupl. pbo. Primo auctib⁹ Scđo rõnib⁹. Tertio distictiõib⁹. 4. exem

plis. Quinto similitudinibus. ¶ Primo ꝓ
bo auctoritatibus ꝙ quisqꝫ tenet̃ ꝓ fide mor
tē suscipe. Et si aliquis nō haberet hoc ꝓposi
tum nec verā fideꝫ haberet: nec vnq̃ꝫ saluari
posset. Nā. 32. q. 5. c. Ita ne dicit̃. Certū est ꝙ
pro fide salutē istā corporis ponere debemus
Et. 32. q. 5. Ita nec dr̃. Cū pudicitia sit virt⁹
ai comitēqꝫ habeat fortitudinē potius dꝫ qs
ꝛ mortē ꝛ quelibꝫ mala tollerare q̃ꝫ malo cō
sentire. Itē. 23. q. 8. c. cōuenior. dicitur. Tanta
debet eē fideliū cōstātia vt potius vita q̃ꝫ fi-
des auferat̃. Itē. 22. q. 2. c. ne qs Au. dic̃. Neqs
arbitret̃ illū ꝑfectū ꝛ spūalē hoieꝫ q ꝓ ista tē
porali vita ꝛ morte in fide mentiri presumit.
Itē Aug. li. de mēdacio. ꝛ ponit̃. 22. q. 2. c. p̄mū
ait. Neqꝫ. n. recte testimonijs veritas ꝓcuius
cūqꝫ tēporali cōmodo sine salute corrūpit̃ ad
sempiternaꝫ eni salutē nullus deducēdus est
optitulāte mēdatio. Itē. ij. q. 3. c. qsqs. Au. ait.
Quisqs metu cuiusslibꝫ ptāt̃ veritatē occul
tat: irā dei sup̄ se ꝓuocat: qꝛ magis timet ho-
minē ꝛ corpis vitā q̃ꝫ deū. Itē. ij. q. 3. c. nemo
Gre. ait. Sācti⁹ ē ꝓ virtute pati suppliciū q̃ꝫ
ꝓ adulatiōe cōseq bn̄fitiū. Itē de pe. di. 2. c. j.
dicit̃. Corpus nr̄m qꝛ ps nostri est diligēdū ē
vt saluti ei⁹ ac fragilitati nāliter consulam⁹: ꝛ
agēdū ē quaten⁹ spūi ēt vsqꝫ ad mortē ordi
nate subiectū: ad eternā salutē accepta i mor-
talitate ꝛ i corruptiōe ꝑueniat. Itē. 32. q. 4. c.
Sic. Aug. ait. Sic sancti⁹ est fame mori q̃ꝫ hy
dolaticis vesci ita sanctius est defici vel mori
sine liberis q̃ꝫ ex illicito coitu stirpē querere.
Itē ex̄ de his q̄ vi met⁹ ve cā fiūt. c. sacris. dr̃
Potius dꝫ qs q̄libet mala ꝛ ēt morteꝫ pati
q̃ꝫ malo cōsentire. Nō tm̄ vt pꝫ lex canonica
iubet vnūquēq̃ꝫ mortē suscipe anteq̃ꝫ fidē de
negare: sed ēt ad hoc iducit lex ph̄yca seu pa-
gana. Nā ph̄s. j. ethicoꝝ dicit. Melius ē mo
ri q̃ꝫ agere ꝯ bonā virtutē. Et ibidē ait. Duo
bus amicis exn̄tibus Platone ꝛ ilitate: san-
ctū est ꝑhonorare veritatē. Idē quoqꝫ lib. de
secret̃ secretoꝝ ait. Prius eligēda ē nobis
mors q̃ꝫ offensio preclarissime veritatis. Se-
neca isup̄ epistola. 32. ad lucil̃. ait. Magna cle
mētia est morteꝫ ꝓ virtute eligere quā ex nā
vitare nō possis. Idem ēt li. 5. de bn̄ficijs ait.
Sic pessimū ē viuere ꝯ deū: ita ex veritate ꝓ
deo mori optimuꝫ est. Et li. 6. de bn̄ficijs ait.
Et bono virtutis ꝯtēne mortē ꝛ oia que ad
mortē ducūt. Idē. 6. d bn̄ficijs ait. o te demē
tē ꝛ oblitū fragilitatis tue: si ex virtute mortē
fugis q̄ iugiter tonat viues si falsū effugeris:
repetet te gladius: petet lapis petet deus seu⁹
Idē li. 2. clamās ait. Crudeli⁹ ē q̃ꝫ mori offen
dere ipam virtutē. Idē li. 6. clamās. O ptāda
iugiter mors ē q̃ꝫ virtutis offensio. Idē episto
la. 26. ad lucillū ait. A deo mors ꝓ deo timē
da nō est vt bn̄ficio ipius nihil añ fienduꝫ sit
aut timēdum. Ideꝫ ep̄la. 65. ait. Maior sū: ꝛ
ad maiora genit̃⁹ q̃ꝫ vt corpis mei sim manci
piū: qđ eq̄ nō aliter aspicio: q̃ꝫ vinculuꝫ aliqđ
libertati mee circūdatum cuius mors certa
libertas est. Ideꝫ ep̄la. 73. ait. Nulla. n. bona
mens sine deo est: nec deum ꝑꝑ mortē spnit.
Idē ep̄la. 82. ait. Nō ē mors gloriosa: sed for
titer ꝓ virtute mori gloriosū est. Idē ep̄la. 25.
ait. Fortitudo ē ꝓ virtute agressio terribiliuꝫ:
vbi mors iminet ꝑꝑ cōe saluādū bonū: malo
me mori q̃ꝫ fidē deesse ꝛ viuere. Tuli⁹ lib. 2. de
officis. ait. Nemo iustus nemo bon⁹ eē pōt̃ q
exiliū: q dolorē: q egestatē: q morteꝫ timet: aut
q ea que sūt his ꝯria equitati añponit. Idē in
j. de of. ait. Fortis ai ꝛ cōstātis ē nō ꝑturbari
in reb⁹ a spis nec tumultuātē de gradu deijci
sed potenti aio vti nec ex vlla morte a cōsilio
aut rōne discedere. Idē in eodē li. ait. Cū tē-
pus necessitasqꝫ postulat decertandi ꝓ ipsa
virtute decertādū manu est: ꝛ mors seruituti
turpitudiniqꝫ añponēda ē. Idē in eodē li. ait
Promptiores enī ad nr̄a ꝑicula esse debe-
mus q̃ꝫ ad cōia: inuēti ēt multi sūt q non mō
pecuniā sed etiaꝫ vitā ꝓfundere pro p̄ria pati
sūt. Idē li. de padoxis ait. Mors terribilis est
his quoꝝ cū vita oia extiguūt: ꝛ nō his quoꝝ
laus ꝛ virtus emori nō pt̃. Idē li. 2. tusculana
rū questionū ait Mors ante v rū virtute di
gnuꝫ nihil habet qđ horrenduꝫ sit: nec ab eo
timetur. magnū eqdē sibi presidiū ad beatam
vitā ꝯparat. Idē li. 8. phil̃. Turpis fuga mor-
tis oi morte peior ē: in fuga feda mors est in
victoria gloria. Plotinus ph̄s i sentētijs suis
ait. Ad beate viuendū ois gloria spnanda est
ois mors est suscipienda. Ex predictis oibus
patet qūo auctoritate siue canonica siue lege
ph̄ica ꝛ pagana ꝑus eligēda ē mors q̃ꝫ offen
sio ipsius virtutis ꝛ q̃ꝫ cōmissio ipsius pecca
ti. Pudeat igit̃ xpianos omnes nolle imitari
ph̄os: ꝛ nolle eligere quod corde ore ꝛ opere
ipsi pagani vel ph̄i taꝫ strenue elegerūt. Vl-
tra etiam predictaꝫ legem ad hoc inducit lex
autentica doctorū ꝙ prius vꝫ mors est eligē-
da q̃ꝫ diuina offensio. Unde Aug. sup verba

Jo.xii. Qui amat animam suam in hoc mū-
do perdet eā. Ecce ꝙ iā christ⁹ nos hortatur
ad passiōis sue sectāda vestigia qui amat in-
quit animam suam perdet eam quod.2.mo-
dis potest intelligi. Qui amat perdet idest si
amas perdes si cupis vitam tenere cum chri
sto: noli mortē timere ꝓ xpo. noli ergo ama-
re ne perdas: sed perde vitam in hoc mundo
vt in vitam eternaꝫ custodias eam. Et infra
subdit. Cū aūt casu articulus venerit vt h cō
ditio ꝓponatur aut faciēdū eē cōtra dei pre-
ceptum aut ex hac vita migrandum: quorum
duorum homo cogatur alterū eligere ibi ma
gis eligat deo dilecto mori ꝙ̄ offenso viuere
ibi oderit in hoc mundo vitam suam vt cu-
stodiat eam in vitam eternam hec ibi. Idem
etiam Augu.lib.io.conf.ait. christus pro om-
nibus mortuus est vt ⁊ omnes in necessita-
tis articulo pro eius fide ⁊ amore moriantur
⁊ vt qui viuūt iam non sibi viuant: sed ei qui
pro eis mortuus est: vt Hyeroni. insuper i te
stamēto ait. christ⁹ pro nobis passus est. i. mor
tuus nobis relinquēs exemplū vt sequamur
vestigia eius. non se cogitet ergo christianum
esse qui pro christo se mori non inuenit para
tum: Si quis diligit christum. Siquis verus
est christianus: necesse est vt mortem nullate
nus formidet suscipere ꝓ christo: qꝛ nisi gra.
fru.ca.in terram.mō.fu.i.s.m. Si ergo cupis
vitam in eternū tenere cum christo noli mor
tē timere pro christo. Item Hyero. ait ibidē
Nō sufficit christiani nomē solū ad salutem
xpianus es imitare xpꝫ frustra xpiani nomē
gerit qui diabolū sequitur ⁊ mortē ꝓfide xpi
recusat: qnimo talis christian⁹ nō est: sed ante
xpus. iuxta illud. Jo. euangeliste q ait. Audi-
stis qꝛ antixpus venit: ⁊ ecce nunc antichristi
multi facti sūt. h ibi. Crisosti. etiam sup Mat.
ait. sicut nō pōt cognoscere xpm: qui nec ha-
bet spūm christi: sic xpm videre nō poterit: q
pro eius fide ⁊ gloria morteꝫ conat refugere:
nec eni propter hoc solū vnusquisqꝫ fit xpia-
nus vt sit tm̄ xpanus seruās talētū fidei sue:
sed vt opet iustitiā in xpo ⁊ sanguinē fūdat ꝓ
fide xpi. h ille. glo. etiā sup verba. j. Jo.4. Ti-
mor nō est in charitate sed pfec. cha. for. mit.
timorē. ait. Qui charitatē hꝫ xpi nō tiet mor
tē subire cuꝫ xpo: qui aūt timet mortē ꝓ xpo
accipere charitas christi in eo non est. Ultra
predictas leges etiaꝫ pro fide ad suscipiendā
mortem inducit quelibet lex euangelica. Nā
dn̄s Mat.x.c.ait. Nolite timere eos qui oc
cidūt corpus: animam autē nō possunt occi-
dere ⁊c. Ubi glo. ait. Qui morteꝫ pro christo
nō timet suscipere: animam ⁊ corpus custo-
dit in eterna vita: qui autem christum offen-
dit in fide christus perdet animam ⁊ corpus
eius in gehēnam. Item Mat.io. dicit chri-
stus. Qui amat animā suā in hoc mūdo ⁊c.
Ubi etiam glo. ait. Ille amat animam suaꝫ
plus ꝙ̄ christū: qui pro amore carnis sue chri
stū offendit. Ille aūt christū amat plus ꝙ̄ suā
animam: qui pro xpi amore carneꝫ suaꝫ etiā
vsqꝫ ad mortē persequitur. Item. j. pe.4. dici
tur. Nemo vr̄m patiat ꝙ̄si homicida aut fur
aut aliqd hmōi: si āt vt xpan⁹ pati non erube
scat ſꝫ glificet deū i isto noie. Deniqꝫ Sene
ca i eplis suis ait. Fides sctissimū bonū hūani
pectoris ē: q̄ nulla necessitate ad fallēdū cogit
⁊ nullo premio corrūpitur. Sed heu istis tem
poribus satis apparet ꝙ in nobis nulla sit fi
des nec dilectio in deum: qꝛ etiam paruo me
tu ⁊ precio in nobis fides frāgitur. Sꝫ quod
plus est nō tm̄ miseri christiani nō sunt para
ti pro fide christi mortem suscipere sed etiam
pro mimo verbo ⁊ mimo obolo millies chri
sti fidem quotidie cōfringunt: pꝫ igit ex predi
ctis auctoritatibus qualiter quisqꝫ christian⁹
hn̄s in se verā fidē tenet nō tm̄ habitualr sed
ēt actualr si cā occurreret ꝓ xpi fide morteꝫ
suscipere. Scdo insuper probo.5. rōnibus ꝙ
citi⁹ eligēda ē mors ꝙ̄ ꝯ fidē mortalr. pecca
re seu ipaꝫ fidē denegare. Primo rōne su-
perationis. Scdo ratione concordationis.
Tertio rōne electionis. Quarto rōne bn̄-
factiōis. Quito rōe minoratiōis. ¶ Prio ꝓ
bo rōe supatiōis ꝙ qsqꝫ tenet ꝓ xpi fide mor
tē suscipe ergo a fortiōi cetera oia mala tolle
rare cū mors ſꝫ phm.3. ethicoꝝ sit vltimū ter
ribiliū. Petūt sacri thologi. quē magis tenet
homo diligē vel deū vl seipsuꝫ: ⁊ concorditer
oēs dn̄t ꝙ qlibꝫ tenet. q. in isinitū magis deū
diligē ꝙ̄ seipꝫ. Et hoc approbāt marie dupli
ci respectu. s. maioris bōitat ⁊ maioris cha-
ritatis. Et. j. respectu maioris bōitatis. Naꝫ
dn̄s Bon. i. j. di.17. ar. j. q.3. dic̄. nihil dꝫ ama
ri sup deū nec eq̄ deo nec ꝯ deū. i. ꝯ volūtatē
mādatoꝝ dei: eo ꝙ supra omnia creata ē bo
nus. Quicūqꝫ aūt amat supra deū vel eque
deo mortalr peccat. Idem Bona. in.3. di.30.
arti. j. q.2. in.3. argumē. ad partem affirmatiuā
ait ad litterā. Quilibꝫ tenet plus diligere deū

q̃ꝫ omnez simul creaturaz ꝛ etiaz seipsū q̃ꝫtū
cunqꝫ imperfectus sit. Et rō huius dilectōis
est qꝛ vbi maior est bonitas ibi est maior rō
dilectiōis ꝛ amoris: sed certū est ꝙ homo est
bonum creatū minimū ꝛ finituz. Ecōtra ve-
ro bonitas dei est increata maxima. ꝛ infi-
nita: sed ꝫm phm. 8. phisicoꝝ. finiti ad infini-
tum nulla est proportio. Quod si sic est sequi
tur ꝙ amor ē obligatio: ꝛ rō amoris ad deuz
q est bonū infinitū maximū ꝛ increatū: q̃ꝫ sit
ad seipsū ꝛ oēz creaturaz qui sunt quoddam
bonum creatum minimuz ꝛ finitū. ¶ Scdo
tenetur quis etiā deū diligere supra seipsum
respectu maioris charitatis. Naz Tho. 2. 2. q.
27. arti. j. ꝛ argum̄. j. dicit. Quod deus diligit
ꝛ habet charitatez ad omnez creaturam. Si
cut eniz dicitur sapiē. xj. diligis oia que sunt
ꝛ nichil odisti eorum que fecisti. Et sap. 6. di-
citur. pusillū ꝛ maximū diliget deus ꝛ ē ei eq̄
liter cura de omnibus. Ex hoc dico ꝙ deus
nō simpliciter vnunquenqꝫ diligit: sed etiam
plus diligit vnunquenqꝫ q̃ꝫ ipse diligatur ab
omnibus simul creaturis. Et ratio est: quia
vt dicitur libro de causis. vbi est plus de
causa ibi est plus de causato. Cum autem vt
in precedenti ratione monstratum est in deo
sit maior bonitas q̃ꝫ sit in qualibet creatu-
ra: quia bōitas sua est infinita: ꝛ bōitas cuius
libet creature est finita: sequit̄ per cōsequens
ꝙ maior est effectus in deo dilectiōis: amo-
ris: ꝛ charitatis. Et sic ꝯcluditur: ꝙ cū quisqꝫ
se diligat aut deū amore finito ꝛ deus diligat
eum vt patet amore īfinito: ꝫm rōnez nālem:
tenetur etiaz quisqꝫ deū plus q̃ꝫ seipsū dilige
re. ¶ Facto igit̄ h̄ presupposito ꝙ duplici re-
spectu tenetur quisqꝫ magis deū diligere q̃ꝫ
seipsum. nūc probo ꝙ quisqꝫ magis tenet̄ vel
le suscipere mortem q̃ꝫ deum per abnegatio-
tionē fidei offendere. Certū est enim ꝙ mors
est quidā paruus finitus ꝛ momētaneus do
lor: amor aūt quē deus ad quēlibꝫ hꝫ ē infini
tus. Ergo mors suscepta pro xp̄i amore: ꝛ om
nia tormēta respectu amoris īfiniti quē deus
ad quēqꝫ hꝫ nihil sunt. Ergo tenetur quisqꝫ
suscipere maiora tormenta pro ipso deo q̃ꝫ
sit mors: qꝛ si amor dei est infinit⁹ circa quē-
libet: ergo recōpensatio debet esse īfinita. Sꝫ
manifestum est ꝙ qui tenetur ad maius tene
tur ad minus. Si ergo quisqꝫ de recōpensa-
tiōe infiniti amoris dei tenetur suscipere pro
deo infinitum dolorem ꝛ infinitaz penā: a for

tiori tenetur suscipere pro deo dolorē ꝛ penaz
mortis qui est quidā modic⁹ ꝛ finitus ꝛ mo-
mentaneus dolor. Et cōfirmatur ista rō sic.
Nā Ricar. in. 4. di. 50. ar. 4. q. 2. dicit ad lit-
teram in. c. ꝫm rectuz iudiciū rōnis voluntas
quelibꝫ dꝫ magis fugere illud quod est cōtra
rez quā magis tenetur diligere q̃ꝫ fugere illd̄
quod est cōtra rē quā minus vel nō tm̄ tene
tur diligere. Sed certū est ꝙ quilibet magis
tenetur diligere deuz q̃ꝫ seipsū: in tm̄ ꝙ si vo-
luntas posset diligere actu dilectionis infini-
to intensiue deberet diligere deum infinite ꝛ
intensiue: qꝛ est bonum infinitū: creatura aūt
ab ip̄a nō debet diligi nisi finite qꝛ finituz est
bonū: cū ergo peccatū seu fidei abnegatio sit
contra deū: mors aūt ꝛ quodlibꝫ malū sit cō
tra seipsū: sequit̄ ꝙ citius tenetur quisqꝫ fuge
re peccatū qd̄ est cōtra deū q̃ꝫ mortē ipsaz q̄
est contra seipsum: ne maior bonitas offenda
tur pro minori bonitate. h̄ Ricar. h̄ omnia cō
firmantur cant. 8. c. vbi dicitur. Fortis est vt
mors dilectio: dura sicut infernus emulatio:
lāpades eius lāpades ignis atqꝫ flāmaꝝ: aq̄
multe nō potuerūt extinguere caritatem nec
fluia obruēt illaz: si dederit homo omnē sub-
stantiā sue domus pro dilectione. q. nihil de-
spiciet eā. vbi glo. ait. Tria spernit dilectio for
tis. s. omnē domus sbam: omnē aduersitatez
ꝛ tribulationem ꝛ etiā ipsaz mortem: que oia
quisqꝫ spernere debet ne diuinaz dilectionez
offendat. h̄ glo. Grego. etiā in mor. li. 7. ꝛ po-
nit̄ d̄ pe. di. 2. c. Charitas. ait. valida ē vt mors
dilectio. virtuti eni mortis dilectio cōparatur
qꝛ nimiruz mentez quā semel ceperit ab om
ni delectatiōe mūdi funditus occidit. Ex pre
dicta ratiōe patꝫ qualiter quisqꝫ tenetur p̄ius
mortē ꝛ oia mala eligē q̃ꝫ diuinū amorem ꝛ
christi fidē offendē. Sꝫ o de⁹ meus qs est q
te diligat hac dilectione: certe q̃si nullus. O.
deus eterne quis est qui te amet hoc amore.
Quis insup est qui te diligat hac charitate.
Certe pauci sunt ꝛ. q. nulli dicente propheta
deus de celo prospexit super filios hominuz
ꝛc̄. Nam nunc plus diliguntur parentes filij
vxores fratres amici pessime ꝯcubine ꝛ adul
tere atqꝫ terrarū domini seu temporalis sub
stantia q̃ꝫ diligatur deus: eo ꝙ pro predictis
omnibus quisqꝫ paratus est se morti expone
re: pro deo vero ꝛ dn̄o nr̄o iesu xp̄o. q. nullus
Sed vhe. vhe. talibus qm̄ peruertūt totuz or
dinem fidei atqꝫ charitatis. Proinde de ta-

libus dicit Prosp. de pe. di. 2. c. i. §. Item er- go charitate. Ibi enim sic dicitur. Ordinem dilectiōis illi puertunt nec modum diligēdi deuz custodiunt q aūt mūdum q cōcedēdus est plusꝙ̄ deum diligunt aut minꝰ diligenda plus diligūt aut proximos non sicut seipsos aut deū plusꝙ̄ seipsos non diligūt. Illi vero plusꝙ̄ se deuz diligunt sicut ⁊ debēt qui pro eius amore saluti sue ad tempus nō parcunt tribulatiōibꝰ ac periculis seipsos tradunt nu dari facultatibꝰ ꝑprijs sue patrie exules fieri: vxoribus ac filijs renūciare parati sūt: ⁊ vt to tum dicā ipsam mortē corporis nō soluz nō refugiunt sed etiam libenter excipiunt ambiē tes a corpis sui vita: magis ꝙ̄ a deo vita vi- te sue discedere. h ibi. patet igit̄ ex prefacta rō ne qualiter habēs veram fidem tenetur om- nia mala ⁊ etiā ipsaz mortem pro xp̄o susci- pere anteꝙ̄ velle deum offendere. Scd̄o hoc idē ꝓbo rōne cōcordationis. petūt theologi i ꝑ. di. 48. vtꝝ quelibet rōalis creatura teneat̄ cōformare voluntatē suā cū volūtate dei. Et Rn̄dent oēs ꝙ sic ꝓcipue q̄druplici respectu Primo respectu bonificatiōis. Scd̄o re- spectu rectificationis. Tertio respectu offen siōis. Quarto respectu cōsequtiōis. ¶ Pri mo tenetur quisqz cōformare voluntatē suā volūtati diuine respectu bōificatiōis seu bōi- tatis. Nam Tho. i. 2. q. 19. ar. 9. dicit ꝙ quili- bet tenet̄ velle illō qd̄ est bonum. Et Augu. li. de moribus ecclesie. dic̄. Ois homo tenet̄ velle ⁊ diligere omne qd̄ bonū est. Quo pre- supposito. certū est ꝙ cū deus ſꝫ phm̄. i. ethi- coꝝ. sit quoddā bonū optimū nobilissimuz ⁊ delectabilissimū: nō pōt nō velle nec operari simpliciter nisi bonum: quia. 4. ethicorum di citur. Qualis vnusqsqz ē talia vult talia dicit talia operatur ⁊ diligit. Quod si sic est. scilcꝫ ꝙ deus nihil vult nisi sub ratione boni ⁊ gli- bet homo tenet̄ semꝑ velle quod bonū est: cō cludo ꝙ quisqz in volēdo tenetur conforma- tare voluntatem suam voluntati diuine vo- lēdo ꝙ deꝰ vult ⁊ eo mō q̊ vult. ¶ Scd̄o dico ꝙ quisqz debet esse conformis cum volunta te dei respectu rectificatiōis. Naz Rica. in. i. di. 48. ar. i. q. 2. dic̄ ꝙ quisqz tenet̄ habere vo- luntatem rectā. Et Aug. in ench. ait. Vt sal- ui simus nos oportet voluntatē rectā habere cū rectitudo volūtatis sit bonitas eius. Quo presupposito. certuz est ꝙ nulla voluntas pōt esse recta nisi que cōformat̄ diuine volunta- ti. Et ratio est qꝛ sicut oīs bonitas est apta bonitate: sic omnis rectitudo est apta rectitu- dine diuine volūtatis qua ablata cuz sint exē pla oium rectitudinum nulla erit rectitudo. Si igitur quelibet voluntas debet eē recta: ⁊ nulla voluntas pōt esse recta si nō sit cōfor- mis diuine volūtati. cōcludo ꝙ quisqz tene- tur cōformari cuz diuina volūtate ad hoc vt habeat rectā voluntatem. ¶ Tertio hoc idez probo respectu offensionis. nam Tho. in. i. di. 48. ar. i. q. 3. dicit. Quod nulli licꝫ nec peccare nec deū offendere. Quo presupposito ꝙ qsqz tenetur nō peccare: certum est ꝙ ad illud pro prie dicitur quis teneri qd̄ si nō facit peccatū incurrit. In oibus aūt ⁊ naturalibus ⁊ volū tarijs peccatum contingit ex hoc qꝛ aliud nō peruenit ad illud ad quod ordinatuz est vt di citur in. 2. phisicorum. Sic̄ patet in monstris ⁊ in erroribus qui contingunt in operatione artis. Sed error differēter cōtingit in natu- ralibus ⁊ volūtarijs: quia in naturalibus de fectus ⁊ error incidit ab ordine ex necesitate: sed in volūtarijs ipsa voluntas est sui defectꝰ causa: qꝛ aliter posset se habere. Proinde phi losophus. 2. phisicorum. ⁊. 9. metha. dicit. ꝙ po testates naturales se habent vno modo: ptā- tes autem rationales se habent ad opposita. Et ideo cum voluntas possit deficere ⁊ non deficere: cum deficit ab eo ad quod ordinata est habet rationeꝫ peccati ⁊ culpe. Sed cum quelibet humana voluntas teneatur indistin cte fugere peccatuꝫ. iuxta illud ecclesiastici. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum: conclu do ꝙ quilibet tenetur esse cōformis cum di- uina volunrate faciendo omne illud ad quod ordinata ē aliter icurrit i peccatū. ¶ Quarto hoc idem probo respectu cōsecutionis. s. de- biti ⁊ proprij finis. Nam Tho. i. 2. q. 19. art. 9. in cor. q. dicit. Bonitas voluntatis hūane de pendet ex intentione finis. Finis aūt vltimus voluntatis humane est summum bonuꝫ quod est deus: requiritur ergo ad bonitatem volū tatis humane ꝙ ordinetur ad sūmū bonum quod est deus hoc aūt bonum primo quideꝫ ⁊ proprie cōparatur ad voluntatem diuinaꝫ vt obiectū propriū eius. Illō aūt qd̄ ē primū in quolibet genere est mēsura ⁊ rō oium que sunt illiꝰ generis. vnūquodqꝫ aūt rectuꝫ ⁊ bo num est inquātū attigit propriā mēsurā obm ⁊ finem. Igitur ad hoc ꝙ voluntas hominis bona sit ⁊ cōiungatur cum suo obiecto ⁊ fine

requiritur oio ꝙ ꝯformet diuine voluntati. patet igit ex predictis quattuor respectibus q̄liter de necessitate salutis tenet quisqꝫ eē cōformis cū diuina voluntate. Quo presupposito: certum est ꝙ dn̄s Matth.10. ⁊ Luc.12. p̄cipit vnicuiqꝫ vt mortem suscipiat anteq̄ꝫ in fide ⁊ in amore ipsum offendat. Nā ait ibidē Nolite ti.e.q.oc.c.a.aūt nō.p.oc. vbi glo. Voluntas Christi est vt quisqꝫ ꝓus ꝑdat corpis vitam q̄ꝫ aie fidem. Si ergo xp̄s vult ⁊ p̄cipit ꝙ quilꝫ prius mortem subeat q̄ꝫ fidem ⁊ eius amorem offendat: ⁊ quilibet vt mōstratum est tenet esse conformis cum voluntate Christi. concludit necessario ꝙ ois hn̄s verā fidem dꝫ potius mortem suscipere q̄ꝫ deum offendere. Ideo Mat.7. dicit. Non ois qui dicit mihi dn̄e dn̄e intra.in reg.ce. sed.q.f.v.p.m.qui in.c.est.⁊c̄. Et ꝙ plus est cōcludunt theologi vbi supra. ⁊ etiam Bona.in.2.di.4.ar.j.q.3. ꝙ si deus daret preceptuꝫ cuilibet ꝙ occideret filios suos sic̄ ꝑcepit Abrae. Gen̄.22. ꝙ imolaret filiū suū Isaac tenet occidere Immo ꝙ plus est si deus vel preciperet alicui per inspirationē intrinsecā vel per angelum ꝙ se occideret: sicut ſm Aug.in.j. de ciui. dei ⁊ ſm alios doctores ꝯtigit Sansoni Judic̄.16. qui propter hoc seipsum occidit: nisi se occideret: sicut ⁊ Sanson se occidit mortaliter peccaret: eo ꝙ diuine voluntati contrariaret qui hoc nequaq̄ꝫ alicui preciperet nisi ex hoc aliqd̄ maximū bonum subsequeret. Si autē forte diceres durum mihi eēt terribilē mortem pro xp̄i fide tollerare. Rn̄deo ꝙ etiā durum erat xp̄o pro te mori ſꝫ corporis sensualitatem. Sed tn̄ timens ſm rōnem ne p̄ris offenderet voluntatem voluit mori: vn̄ sic̄ hr̄ Matth.26. cū dn̄s Jesus factus esset i agonia patrem rogauit. di. Pater si possibile est transeat a me calix iste: tn̄ non mea volūtas sed tua fiat. Et tandem ne patris voluntatē offenderet sicut habet philip.2. Factus ē obediens vsqꝫ ad mortem: mortē aūt crucis. Sꝫ nota mirabile ꝙ ſm glo. Ibidem loquendo tn̄ per impossibile ꝙ si voluntas xp̄i non fuisset conformis voluntati diuine in suscipiendo mortem ſm rōnem loquor non ſm sensualitatem: nec ipse saluari potuisset. Nec humanū genus vnq̄ꝫ redimisset. O mirabilis sententia. O verba tremenda. O verba vsqꝫ ad intima cordis penetrātia. Immo o infelices ⁊ insensati xp̄iani qui diuinam voluntatem etiā in minimis preponitis. Hec verba faciunt vobis argumentū insolubile. Si xp̄s dei filius nec se nec humanuꝫ populum saluare vnq̄ꝫ potuisset nisi eterno patri etiaꝫ vsqꝫ ad mortē obediens extitisset: a fortiori nec vos vnq̄ꝫ saluari poteritis nisi vsqꝫ ad mortē vestrā voluntatē cum diuina volūtate conformaueritis. Ideo glosa super verba Pauli ad Ro.12.c. Renouamini i nouitate sensus vestri vt probetis que sit volūtas dei bona bene placens ⁊ perfecta ait. Nihil est anime salubrius nec vtilius q̄ꝫ se cuꝫ diuina volūtate conformare: q2 quicūqꝫ discors ē i pugna erit discors in victoria ⁊ quicūqꝫ in pena a diuina volūtate discordat erit discors ⁊ in gloria. h glo. patet igit ex predicta ratiōe qualiter quisqꝫ etiā vsqꝫ ad mortē tenet magis mortē suscipere q̄ꝫ xp̄i fidem offendere.

¶ Tertio hoc idem ꝓbo rōne electionis. Fūdamentum rōnis ponit ph̄s.5.ethi.di. Duobus bonis appositis quoꝝ vnū ē melius altero maius semꝑ est eligendū. pꝫ hec regula. Nam si in alicuius libertate preponant ab vna parte.10. ducati: ⁊ ab altera centū debet centum acceptare ⁊ solos decem relinquere Quo p̄supposito: certū ē ꝙ salꝰ seu vita aie q̄ est deus ē eterna. salus vero ⁊ vita corporis etiam cum suis delectationibus est tꝑalis et momentanea. Qd̄ ꝯfirmans Lactan.lib. de ira dei. circa finē lib. dicit. Voluntas enim corporis tam mortalis est ⁊ momētanea q̄ꝫ corpus cui exhibet ministeriū. Justitia vero atqꝫ beneficia tam imortales sunt q̄ꝫ mens ⁊ aia que bonis operibus vite imortalitateꝫ sibi acqrunt. hec ille. Qd̄ si sic est ꝙ vita corporis momentanea est: vita vero aie est eterna: manifestū est ſm ph̄m.3. physi. ꝙ bonum quāto permanentius tanto melius ⁊ eligibilius. Cum igitur durabilior atqꝫ permanentior sit salus ⁊ vita ipsius anime: q̄ꝫ sit salus ⁊ presens vita ipsius corporis: ergo cum preponitur alicui ꝙ aut auferet sibi vita corporis que est momentanea: aut vita anime que est eterna. concluditur ꝙ talis tenet prius eligere perditionem vite corporis q̄ꝫ vite eterne: que datur anime ex conseruatione a peccato. Proinde Jo.5. dicit dn̄s. Operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam eternam. Et Aug. in quodam sermone ait. Non est magnum ⁊ laudabile cōseruare ventres statim morituros: sꝫ magnū

⁊ laudabile est ꝯseruare animas i eternū vi-
cturas.hec ille. Si autē petis qd sit vita eter
na quā anima habitura est. Respōdet Aug.
super verba Jo.17.h ē vita eterna vt cogno
scant te solum verum deum ⁊ quem misisti
Jesum Christum dicitur vita eterna nihil
aliud est nisi deus cuius visio ⁊ fruitio ē tota
merces.Q̄ŏ si sic ē cogita q̄ꝫ stultus sit: imo
quātum dolorem ⁊ penam sit suscepturus q
hanc eternam vitam deliberat prius perdē
q̄ꝫ corporis mortē ꝓpter fidem velle amittē.
Nā Aug.16.de ciui.dei sic ait. In amissione
rerum necesse est ꝙ tantus sit dolor quātus
inheserat valor ⁊ amor.Q̄ŏ si sic est ꝙ quasi
in infinitum recipiat quisqꝫ maiorē penam
ex amissione vite eterne q̄ deus est q̄ꝫ si mil-
lies reciperet mortem corporis propter fideꝫ
ergo patet ꝓpositum.Et ꝙ plus est.Omnis
pena infernalis comparata pene que ꝓuenit
ex perditione eterne vite seu diuine visionis
nihil est.Quod confirmans Crisostomus su
per Matth.ait ad litteram. Ego multo gra
uiores q̄ꝫ gehēna dico esse cruciatus remo-
ueri:⁊ abici ab illa visione dei: nec puto ita
acerba esse gehēne incendia vt sunt illa qui-
bus torquet̄ his qui arcetur a conspectu dei
Plurimi enim solam pertimescunt gehēnā
Ego autem illius glorie amissionem multo
amarius q̄ꝫ gehēne esse dico supplicium. In
tollerabilis est enim gehēna: verum etiam
si quis exponat mille gehēnas:nihil tale erit
quale ē a beata illa gl̄ia excidi: odio Christi
haberi audire non noui vos. Etenim decē
milia melius est sustinere fulmina q̄ꝫ faciem
dei mansuetam a nobis videre auersam et
tranquillum oculum nos videre non ferētē.
Ex predicta etiam ratiōe patet qualiter vita
corporis pro eterna vita acquirēda ē millies
exponenda. ¶ Quarto etiam probo ratione
benefactionis ꝙ quisqꝫ tenetur mortem su-
scipere anteq̄ꝫ Christi fidem deserere seu ip-
sam per mortale peccatum offendere. Petit
Tho.2.2.q.106.arti.6.vtrum ex recompensa-
tione alicuius recepti beneficij teneatur quis
benefactori suo:non tm̄ equale sed etiam re-
pendere maius beneficiuꝫ q̄ꝫ acceperit ab eo
vt sit gratus.Et respondet absolute ꝙ sic: et
ratio est. Nam sicut benefactor gratis bene
ficium dedit beneficiato ad qŏ non tenebat̄:
ideo qui beneficium accepit obligatur ad sil̄r
ex debito honestatis vt similiter gratis ali-
quid impendat. Non autem gratis videtur
aliquid impendere nisi excedat quantitatem
beneficij accepti:quia q̄ꝫ diu recōpensat mi-
nus vel equale non videtur gratis facere sꝫ
reddere quod accepit:⁊ ideo gratie recompē
satio semper tendit vt pro suo posse aliquid
semper maius retribuat.h Tho.ad litteram
Cui concordans phus.5.ethicoꝝ.ait. Re fa-
miliari ei oportet qui gratiam fecit ⁊ rursuꝫ
ipsum incipere:quod quidem fit dum aliqd
maius super impenditur. Seneca etiā lib.2.
de beneficijs ait . Ingratum est beneficium
quod gratis beneficium non excedit. Hoc p̄
supposito ꝙ quisqꝫ vt sit gratus tenetur non
tm̄ ad equale sed ad maius beneficium suo
benefactori impendendū ex debito rationis
⁊ nature.Et si non potest tenetur habere vo
luntatem ꝙ hoc faceret si facultas ⁊ possibi-
litas adesset. Peto a te anima quot benefi-
cia recepisti a creatore tuo:que omnia te ob-
ligant non tm̄ pro ipsoruꝫ recompensatione
ad semel mori:sed etiam ad millies si possi-
bilitas adesset? Et certū est vt cetera obmit
tam ꝙ qnqꝫ beneficia recepisti vꝫ beneficiuꝫ
creationis quo de nihilo ad eius imaginem
⁊ similitudinem creata es.beneficium conser
uationis quo ab ipso ne anihileris inesse cō
seruaris.beneficiuꝫ subiectionis quo omnes
inferiores creaturas ⁊ etiā angelos celestes
vt tibi seruiant tibi subiecit.beneficium gra-
tificationis quo te per gratiam christianum
fecit ⁊ non iudeum vel paganum.Beneficiū
donationis quo pater celestis proprium et
vnicum filium suum omnibus angelis ⁊ ra-
tionalibus creaturis preualentem propter sa
lutem tuam voluit mori ⁊ crucifigi. Que si-
mul omnia beneficia ⁊ precipue beneficium
mortis Christi obligat vnumquēqꝫ qui gra
tus existere debet p̄us velle mori q̄ꝫ Christū
offendere seu Christi fidem denegare. Pro-
pterea ad hoc faciendū vnumquēqꝫ hortat̄
Liberius papa.7.q.j.c.Suggestū.di.Scōm
enim apostolicam sententiaꝫ omnes qui pie
viuere volunt in Christo Jesu persecutiōes
patiuntur. Ideo fratres charissimi nos vos
afflictionis amaritudo a pietatis vestre pro-
posito coartet recedere considerantes quāta
pro absolutione nostri ⁊ liberatione: creator
noster dominus ac redemptor pertulerit: q-
busue se contumelijs affligendum dederit:vt
nos a vinculis potestatis diabolice liberaret

hec ille. Ciprianus etiam papa.93. distinc.c.
domin⁹ noster ait. Dominus noster Jesus
Christus rex ⁊ iudex vsqꝫ ad passionem hu-
militatem seruauit:humilitatem nos humi-
lis docuit: sacerdotem adhuc appellans quē
sciebat esse sacrilegum . Item subditus pas
sioni cuꝫ alapam accepisset ⁊ diceretur ei sic
respondes pontifici. Nihil ille contumeliose
locutus est in personaꝫ pontificis: sed sic ma
gis innocentiam suam tuitus est. di. Si ma
le locutus sum exprobra de malo . Si bene
quid me cedis? Que omnia ideo ab eo facta
sunt humiliter atqꝫ patienter:vt nos humili
tatis ac patientie vsqꝫ ad mortem exempluꝫ
haberemus. hec ille. Sed heu pro tantis be
neficijs ⁊ precipue pro beneficio mortis xp̄i:
non est quasi qui deum diligat qui bonum
agat qui mandata eius obseruet: nec insup
qui minimam iniuriam vel aduersitatē pro
ipso tollerare velit. O gens perfida. O gens
iniqua. O gens ingrata. O gens peruersa. O
gens diabolica. O gens deniqꝫ totalr̄ a deo
reprobata:cur pro tantis beneficijs nō deuꝫ
diligis:cur peccata non deseris.cur bona nō
agis. cur non omnes huius mundi aduersi
tates ⁊ iniurias libēter pro Christo suscipis:
cur deniqꝫ pro tot susceptis donis non re-
pendis vices redemptori tuo? Vhe vhe vhe
tibi:qm̄ pro his omnib⁹: prout habet̄ Mat.
18. Reddes rationem vsqꝫ ad minimū qua
drantem. ¶ Quinto hoc idem probo ratiōe
minorationis. Fundamentum rationis po-
nit phus.3.topicoꝝ.di. Minus malum sem
per eligibile est maiori malo.patet hec regl̄a
in animalibus precipue in serpente qui to-
tum corpus exponit pro capitis conseruatōe
Et ratio est:quia si perderet caput perderet
⁊ vitam que virtualiter in eo est: cuius per-
ditio maius malum esset q̄ꝫ totius corporis.
Similiter homo venenatus preeligit ꝙ sibi
precidatur tibia:aut brachium anteq̄ꝫ vene-
num ascendat ad cor: in quo vita consistit.
Nō si hoc faciunt animalia que minus ma
lum eligunt:a fortiori hoc idem debet facere
rationalis homo cui hoc faciendum. Luc.10.
dominus precepit di. Estote prudētes sicut
serpentes . Hoc presupposito: certum est ꝙ
triplex ē mors.s.corporalis:spiritualis:⁊ eter
nalis. Prima est mala ⁊ amara. Scd̄a
peior ⁊ amarior. Tertia pessima ⁊ amarissi
ma. ¶ Prima mors fit per separationeꝫ aie
a corpore. ¶ Scd̄a fit per separationem grē
dei ab anima. ¶ Tertia mors fit per infli-
ctionem ignis eterni in anima simul cuꝫ cor
pore. Cum ergo scd̄a mors ex qua deus qui
est vita anime separat̄ a deo sit grauior mor
te corporali ex qua solet anima separari a
corpore. Sic enim dicitur.24.q.3.c.si habes
Innumerabilium mors corporū morti vni⁹
anime comparari nō potest. Et insup tertia
etiam mors sit peior omni morte corporali
cum mors isernalis ex qua anima priuatur
diuina visione:⁊ simul cum corpore habeat
in igne cruciari sit eterna. Sic enim dicitur
Matth.25. Discedite a me maledicti i ignē
eternum. Mors vero corporis sit momenta
nea ⁊ tēporalis. cōcludo propter hoc ꝙ ꝗsqꝫ
tenetur magis preeligere mortem corporalē
q̄ꝫ mortem spiritualem ⁊ eternalem . Et sic
patet ex predictis qnqꝫ rationibus: qualiter
vera fides tante debet esse fortitudinis:ꝙ ꝑ-
us debet cogere hómineꝫ suscipere corporis
mortem q̄ꝫ Christi fidem offendere. ¶ Tertō
hoc idem probo distinctiōibus. Nam Bo-
nauentura in.3.dist.30.arti.j.q.2. querit. An
quisqꝫ tenetur prius morteꝫ suscipere q̄ꝫ xp̄i
fidem ⁊ amorem offendere. Et respondet in
corpore.q.di.ꝙ subire mortem intentiōe pla
cendi deo hoc potest eē tripliciter. Vno mō
quādo adest necessitas vel defendendi iusti-
tiam vel amittendi vitam. Alio modo qn̄ se
offert opportunitas manifestandi diuinam
gloriam ⁊ edificandi ecclesiam. Tertio mō
solum ex hoc ꝙ habet vitam exosam. Pri-
mum est iustitie ⁊ necessitatis. Scd̄m est ꝑ
fectionis ⁊ supererogatiōis. Tertium est te
meritatis ⁊ crudelitatis.vndē Aug.illos qui
semetipsos prefocant ⁊ precipitio collidunt
propter vite presentis odium dicit esse scele-
ratissimos ⁊ crudelissimos homicidas: tra-
ctans illud Joan.12. Qui odit animam suaꝫ
in hoc mundo ⁊c̄. Cum ergo queritur vtruꝫ
omnes teneātur morteꝫ pro Christo subire
dicendū ꝙ pro loco ⁊ tēpore vbi talis casus
datur vel ꝙ iustitia deseratur vel ꝙ vita per
datur ibi omnes quātūcūqꝫ sint imperfecta
tenerentur mortem subire ⁊ preeligere ma-
gis deo dilecto mori q̄ꝫ ipso offenso viuere.
vbi vero talis necessitas non iminet nec dat̄
casus:tamen offert se opportunitas manife-
standi diuinam gloriam ⁊ edificandi ecclesiā
si homo se morti exponat sic mortem subire

est perfectionis et supererogatiõis ad quam non omnes tenentur. h Bonauctura. Tho. insuper.2.2.q.24.arti.4. Querit an mors sit de ratiõe martyrij et respondet di.q martyr dicitur quasi testis fidei christiane per quam nobis omnia visibilia pro inuisibilibus con tenenda proponuntur: vt dicitur ad hebreos 2. Ad martyrium igitur pertinet vt homo te stificetur fidem ostendens se opere cuncta p̄sentia contenẽ vt ad futura et ad inuisibilia bona perueniat. q̃ diu autem homini rema net vita corporalis nundum se opere ostendit temporalia cuncta despicere. Consueuerunt enim homines consanguineos suos et omnia bona possessa contẽnere: et etiam dolores corporis pati vt vitam conseruent. vñ et Sathan contra Job dixit. Pellẽ p pelle et.9.que.h.hõ.d.p.a.sua.i.pro vita corporali. Et ideo ad perfectam rationẽ martyrij exp̄s se requiritur q aliquis mortem suscipiat pp Christum seu fidem Christi. h Tho. Ricar. etiam quolibeto querit an martyrium sit de necessitate salutis: et respondet q sic pro loco et tempore eo q sustinere martyriũ est actus trium virtutũ que sunt necessarie ad salutez scz actus charitatis vt imperantis: actus for titudinis vt elicientis. Actus fidei vt testificantis. Primo sustinere martyriũ est actus charitatis vt imperantis. Nam primum motiuum cogens ad tollerandum mortem est amor charitatis: exquo martyrium effici tur meritoriũ sicut quilibet actus virtutis. ¶ Secdo sustinere martyrium est actus fortitudinis vt elicientis. sicut enim fortitudo ciuilis firmat animũ hominis in iustitia humana pter cuius conseruationem mortis pericula sustinet: ita etiam fortitudo gratuita a fortiori firmat animũ hominis in bono iu stitie dei que est perdem Jesu Christi. ¶ Tertio sustinere martyrium est actus fidei vt testificantis. Nam ad veritatem fidei non solum pertinet ipsa credulitas cordis: sed etiaz exterior protestatio. que quidem non solum fit per verba: sed etiam per facta quibus aliquis se habere fidem ostendit. vnde Jac.2. dicitur. Ego ostendo tibi ex operibus fidem meam. Cuius contrariũ dicitur de quibusdam ad Titum.pmo cõfitẽtur.s.ore se nosce deum tanq̃ simulatores. factis aũt negant de quibus figuratiue. Gẽn.27. dicit. Vox quidem: vox Jacob est: manus aũt manus: manus sunt Esau: que.s.erant pilose et significabant duplicitatẽ et simulationẽ: q̃ Jacob vsus est faciendo manus suas que erant lenes de pelle edi pilosas. Patet igitur ex pre dictis distinctionibus: qualiter habens verã fidem tenetur tantam habere fortitudinem: vt etiam mortem pro ea suscipiat. ¶ Quarto hoc idem probo exemplis: vz q christiani pp Christi amorẽ et fidei tenentur mortem susci pere. Nam Valerius maximus lib.6.c.6 vbi agit de fide et amore seruorum erga dominos suos narrat in laudem et gloriam cu iusdam serui pro domino suo omnibus tormentis expositi. di. Restat vt seruorum erga dominos quo minus expectatam hoc lauda biliorem fidem referam[9]. Marcus antoni[9] auorum nostrorum clarissimus orator icesti reus agebatur. Cuius in iudicio accusatores seruum suum in questionẽ perseuerãtissime postulabant quod ab eo cum ad stuprũ iret ipse laternam prelatã contenderet. Erat aũt his etiam in berbis videbatqz rem ad suos cruciatus pertinere: nec tamen eos fugitauit Ille vero vt domum ventuz est Antonium hoc nomine vehementius confusum et solicitum vltro est hortatus vt se iudicibus torquendum traderet affirmans nullum ex ore suo verbum exituruz quo causa eius et fama lederetur ac promissi fidem mira patientia p̄stitit fidem plurimis etiam laceratus verberibus eculeoqz impositus cãdentibus etiam laminis vstus omnem vim accusatoris custodita dñi sui salute subuertit. Argui potest merito fortuna q tam pium et tam fortẽ spiritum seruili nomine inclusit. h vale. O constantia serui preclara. O fortitudo amoris p̄dicanda. O exemplum potius imitandum q̃ laudandum. O laudabilis memoria huius serui: qui etiam pro amore domini sui tã cõstanter corporis flagellationez candentes la minas eculeumqz sustinuit: vt potius omni laude et admiratione atqz imitatione dign[9] sit q̃ alia narratione. O christiani quorum dominus Christus est qui nedum incestus: aut cuiusqz stupri peccatum incidit: gn poti[9] omni virtute omni prudentia omni humilitate omni charitate omniqz bono exemplo plenus extitit. Cur si predictus seruus pro i cestuoso domino oñi martyrio omniqz cor porali pena se tam libenter exposuit non debetis et vos p domino vestro Jesu Christo

omni virtute clarissimo omni bonitate caritate ⁊ puritate pleno: constanter eculeū candentes laminas corporis lacerationē. Et q̄ plus est ipsam mortem suscipere? Sed o confusio o victuperium o dedecus ⁊ verecundia populi christiani. ecce q̄ vnus paganus vnꝰ seruus infidelis confusionem et verecundiaꝫ facit fere omnibus christianis: cuꝫ quasi nullus sit christianus qui etiam minimum verbum minimamq̄ʒ iniuriam ꝓ Christo dn̄o suo tollerare velit. Consimile exemplum sed maior laude maioriq̄ʒ nunciatione dignum narrat Valerius eodem lib.6.⁊.c.6. de quodam alio seruo. Qui vt domini sui icolumē reseruaret vitam mortem pro ipso tam libēter q̄ʒ constanter accepit. vnde Valerius ibidem verbaliter ait. Quid vrbani panapiōis seruus q̄ʒ admirabilis fidei. Cū eni ad dn̄m proscriptum occidendum domesticorum indicio certiores factos milites in reatinā villā venisse cognosceret: cōmutata cū eo veste: pmutato etiā a nullo illuꝫ postico clā emisit se aūt in cubiculū ac lectū recepit ⁊ se vt panapionē crudeli morte occidi passus est breuis huius facti narratio: sed nō parua materia laudationis. nam si quis ante oculos ponere vellet subitum militum accursum conuulsa ianue claustra minacem vocem truces vultus fulgētia arma rem vera existimatiōe prosequeꝛ: nec q̄ʒ cito dicitur alium pro alio mori voluisse tam id et facili etiam fieri potuisse arbitrabiꝛ. Panopio autem quātum seruo deberet amplum ei faciendo monumētum ac testimonium laudis ⁊ pietatis grato titulo reddendo cōfessus est. h Valerius. O igitur felix huius serui fortitudo. O laudabilis constantia: o amor ⁊ dilectio incompabilis. Immo infelix christianorum conditio: qs vnq̄ʒ presentium christianoꝝ pro amore dei sui subitum innumerabilium milituꝫ accursum conuulsa ianue claustra minaces voces truces vultus fulgentia arma: ⁊ tam cordis q̄ʒ pectoris transfixionem sufferre vellet? heu quasi nullus. Si tamen petis quare seruus iste tam ardua sustinuit. Respondeo q̄ non pro amore dei: non pro eterne salutis p̄mio: non pro euadendis infirmi penis: quas pro merito sue mortis acquisiuit: sed solum arduam mortem sustinuit pro acquirendo honore fama gloria laude ⁊ memoria hominū huius mundi. Que omnia incōperabiliter quisq̄ʒ christianus pro amore domini nostri Jesu Christi: a fortiori sustinere tenetur: et etiā maiora si foret opportunū. Insup etiam pro acquirendo eterne vite premio ⁊ ꝓ euadendi inferni penis: atq̄ʒ pro acquirēda laude ⁊ gloria eterna omnium fidelium presentis vite: nec nō ⁊ omnium ciuium celestis curie. Aliud exemplum ponit Augustinus li. de vera religione. de Socrate qui pus mortem ab atheniensibus voluit sustinere an̄q̄ʒ fidem quā ad deum habebat vellet offendē occisus est enim quia noluit idola adorare. nam dicebat se potius velle adorare canem qui est opus nature q̄ʒ idola que sunt opera hominum. Sed omissis alijs paganorum exemplis: accipe simul omnium fidelium exēpla: qui quelibet aspera pro Christi fide pertulerunt. Que exempla ponit apostolus ad hebreos.xj.di. Sancti per fidem vicerunt regna.i.reges vt patet de Abraam. Gen̄.14.⁊ Exod.14. de submersione Pharaonis tāta per Moysen. Josue insuper multos reges amoreoꝝ cananeorum iebuseorum etheoruꝫ ferezeorum ⁊ gentes eorum deuicit: in tn̄ q̄ per fidem precipiens soli vt imobilis persisteret imobilem reddidit: vt Josue habeꝛ.10. ⁊ per totum vetus testamentum alia similia continentur. Quis autem ānumerare sufficeret victorias fidelium noui testamenti aduersus reges ⁊ dominos infideles. Nō ego quidem ideo ptranseo. Scd̄o subdit Paulꝰ operati sūt.i. opera iustitie miraculosa vt fuit q̄ Abraam per fidem obediēs deo voluit filium imolare. Gen̄.22. vnde Jac.2. dicitur. Credidit Abraam deo: ⁊ reputatuꝫ est ei ad iustitiam. Iterum virgo Maria per fidem miraculose deum concepit. Vel operati sūt iustitiam.s. operum moralium: vnde ꝓpheta Jurauí ⁊ sta.c.iu.iu.tuc. ¶ Tertio seqꝛ adepti sunt repromissionem.i. per solam fidem ea q̄ promittebantur a deo in presenti ⁊ in futuro obtinuerunt: sicut de ministerijs incarnationis Christi ⁊ huiusmodi. vnde Augustinus in encheridi. Nullus inquit antiquorū quātumcūq̄ʒ iustorum preter Christi fidem potuit vnq̄ʒ gratiam ⁊ salutem inuenire.

¶ Quarto sequitur obturauerunt ora leonū scʒ. per fidem: hoc perfecte patuit in Daniele posito i lacu leonuꝫ Dan̄.6. Sanson quoq̄ʒ

leonem occidit. Judic.14. David etiam.j. Reg.17.se aliū occidisse in nomine domini testatur. ℭ Quinto sequitur extinxerunt impetum ignis. vnde.3.habetur de tribus pueris q᷑ virtute fidei extinct⁹ ignis omnis fuit. ℭ Sexto sequitur effugauerunt aciem gladij.i.exercitum gladio accinctuꝫ:vt Josue.10. ꝛ.xj.c.Et Dauid.2.Reg.5. ꝛ p̄mi Regū.14. Jonatas cum suo armigero effugauit cuneū armatorum.i.mille viros philistinorum. vñ dicitur ibi factum est miraculum ꝛc.

ℭ Septimo sequitur conualuerunt de infirmitate:vt patet de Ezechia.4.Regum.20.ꝛ Jsa.38.Et de Thobia Thob.2.ꝛ de Job.c. vltimo. ℭ Octauo fortes facti sunt in bello vt habetur p̄mi Macha.4. de Juda Machabeo qui cum decem milibus vicit exercitum.60.milium virorum. ꝛ quinqꝫ milium peditum.vnde dicitur de ipso p̄mi Macha. 3.q᷑ similis leoni factus est in operibus suis. ℭ Nono sequitur castra verterunt exterorum.i.ante fugam:in fugam verterunt exercitus inimicorum : vt habetur Judic.j. de gedeone. ꝛ.2.Machabe.12. de machabeis.] ℭ Decimo sequitur. Et acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos: vt habetur de Helia.3.Regū.17.ꝛ de Heliseo.4.Re. 4.hec autem omnia que in virtute fidei de factis veteris testamenti dicta sunt non minus gloriose per sanctos noui testamenti fcā sunt: vt patet legenti hystorias eorum. Positis autē decem mirabilibus factis per scōs in virtute fidei subsequitur Paulus ꝛ narrat decem genera martyriorum que sancti perpess. sunt ne Christi fidem offenderent. ℭ Et primo sequitur alij distenti sunt.s.in eculeo vt septem fratres: de quibus habetur 2.Machabe.7.Jn nouo autem testamento pene omnes martyres hoc genus martyrij passi sunt. ℭ Scd̄o sequitur non suscipientes redemptionem.i. euasionem presentem quam potuissent habere si voluissent. vnde beato Vincentio in eculeo leuato dixit dacianus. Vincenti vbi istud miserabile tuum corpus conspicis? Cui respondens dixit. Jn sublimibus agor: ꝛ istos principes tuos in huius seculi potestate fidētes altior despicio. Et hoc faciebat vt meliorem.s.illa euasione inueniret resurrectionem. ℭ Tertio sequitur Alij vero ludibria passi: iuxta illud apostoli

p̄nte corin.4.tanq̄ purgamenta huius mūdi facti sumus. Et beata agnes ad lupanar ducta fuit pro sui ꝛ suoruꝫ ludibrio. ℭ Quarto sequitur. ꝛ verba experti. vt apostolus.2. corin.12. Ter virgis cesus sum a iudeis quinquies vna min⁹ accepi. Et beatus Christophorus virgis ferreis est verberatus. ℭ Quinto sequitur insuper ꝛ vincula.s.sunt experti:vt beat⁹ Valerius episcopus ꝛ Vincentius eius diaconus qui vinculis ligati et ferro onusti de hyspania valentiā ducti sūt. ℭ Sexto sequitur ꝛ carceres:vt beat⁹ Petrus ab Herode incarceratus Act.12. Jnsuper ꝛ beata Agatha letanter ibat ad carcerem. ℭ Septimo lapidati sūt: vt Jeremias a Judeis. Zacharias barachie ex precepto regis Joas. Et beatus Stephanus Act.7. Et Paulus dicit.2.corin.12. Semel lapidatus sum. ℭ Octauo sequitur Secti sunt : vt Jsa.quem manasses nepos eius fecit secari lignea serra: mlti etiā Christi martyres secti sunt ꝛ toto corpore laniati sicut beatus Jacobus intercisus. ℭ Nono tēptati sunt.s.pro missionibus magnis muneribus ꝛ blanditijs sicut beata katherina a Maxentio imperatore. ℭ Decimo sequitur in occisione gladij mortui sunt:vt Josias rex virtuosus. 4.Regū.23. Paulus decollatus: Agnes iugulata:alij quoqꝫ multi propter fidem diuersimode gladio interempti sunt. Et numeratis decem operibus miraculosis fidei ꝛ martyrorum generibus subsequitur Paulus et enumerat decem opera laboriosa a sanctis propter Christi fidem suscepta. ℭ Et primo sequitur di. Circuierunt.s.multa mundi loca cum maximis periculis. Vnde Paulus.2. corin.12.ait. Jn itineribus sepe periculis fluminum periculis latronum ꝛc. ℭ Secundo sequitur in melotis.s.induti melota circuibāt que est vestis de pilis camelorū: vt Helyas 4.Reg.j. Et Joan. baptista. Matth.3. vel melota est pellis taxi animalis que est valde hispida. ℭ Tertio circuierunt in pellibus caprinis.i.veste huiusmodi induti vt Helias accinctus renibus zona pellicea.4. Regū.j. Multi quoqꝫ de sanctis patribus sic vestiebantur ꝛ in desertis morabātur ꝛ alios sanctos patres querendo circuibant. ℭ Quarto circuibant egentes.s.necessarijs ad victuꝫ vt discipuli Christi: de quib⁹ dicitur Mat.

12. ꝙ tranſeunte Jeſu per ſata diſcipuli eſurientes ceperunt vellere ſpicas ⁊ manducare. ¶ Quinto circuierunt anguſtiati.ſ.cura animi ⁊ ſolicitudine: vt Paulus dicit.2.cor. 12. Preter illa que extrinſecus ſunt inſtantia mea quottidiana ⁊ ſolicitudo omnium ecclesiarum. ¶ Sexto circuierunt afflicti.ſ.maximo corporis labore ⁊ penitentia Joan.4. Jeſus fatigatus ex itinere ſedebat ſuper fontem. Quibus dignus non erat mūdus quorum.ſ.conuerſatione non erant digni amatores mundi. ¶ Septimo circuierunt in ſolitudinibus errantes: vt Helias fugiens: Jezabel.3. Regum.19. ¶ Octauo circuierūt errantes in montibus vt dicendum fugiēs Saul p̄mi Regum.23. ¶ Nono in ſpeluncis.ſ.a natura facti latitabant: vt filij prophetarum propter Jezabel: vt habetur.3. Reg. 18. Alij quoqȝ de ſanctis patribus habitaſſe leguntur in ſpeluncis ſocij ſcorpionū atqȝ ferarū: ſicut Hierony. ¶ Decimo habitauerunt in cauernis terre.ſ.caſu aliquo factis vl' aquarum inundatione vel humana arte fabricatis: vt Rome vbi tempore perſecutiōis multi latitabant. Et hi teſtimonio fidei probati ſunt.i. fides de his omnibus ⁊ eorum ſimilibus teſtimonium perhibuit: propter quam ipſi tanta pertulerunt. Deniqȝ accipe exemplum Pauli qui non tm̄ vincula et carceres pro Chriſti fide paratus erat tollerare: ſed etiam ipſam mortem. Nam ſicut habetur Act.21. Cum propheta Agabus dixiſſet paulo oportet alligari paulum in irl'm ipſe Reſpondit viua voce. Ego non ſolum alligari: ſȝ ⁊ mori pro nomine domini Jeſu paratus ſum. Proinde Paulus idem iudeis p̄dicans ſepius dicebat illa verba Ro. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti tribulatio: an anguſtia: an perſecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius an mors: ſicut ſcriptum eſt. Quoniam propter te mortificamur tota die. Sed in his omnibus predicta ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum eni quia neqȝ mors neqȝ vita neqȝ angeli neqȝ poteſtates neqȝ principatus poterunt nos ſeparare a charitate que eſt in Chriſto Jeſu domino noſtro. hec ibi. O exemplum mirabile. O exemplum omni memoria dignū. O exemplum ab omnibus chriſtianis neceſſario imitandum. Ex predictis igitur exemplis patet qualiter habens veram fidem tenetur tante eſſe fortitudinis vt etiam mortem pro ipſa ſuſcipiat. ¶ Quinto hoc idem probo ſimilitudinibus. Prima ſimilitudo ponitur Jo. 12. vbi dicitur. Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipſum ſolum manet. ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qua ſimilitudine datur intelligi ꝙ Chriſtianus in caſu neceſſitatis nolens pro Chriſti fide mortem ſuſcipere non poteſt fructum diuine gratie atqȝ ſalutis percipere. Econtra vero ſi mortem conſtanter ſuſcipit ⁊ gratiam acquirit ⁊ vitam eternam poſſidebit. Aliam ſimilitudinem ponit dominus Matth.16.di. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. vbi gloſa ait. Petram vocat xp̄us firmitatem: eo ꝙ ſicut petra ſtat in duritia ſua: ſic fides permanet in firmitate ſua. Sicut igitur domus fundata ſupra firmam petram non timet aliquam ruinam ſic nec fundatus in vera fide Chriſti timet aliquam aduerſitatem. Nec mirū cum innisus ſit perſone veritati imobili. Et ideo ſimilitudinarie dominus Matth.7.c. dicit. Omnis qui audit verba mea ⁊ facit ea aſſimilabitur viro ſapienti qui edificat domum ſuam ſupra petram: ⁊ deſcendit pluuia ⁊ venerunt flumina ⁊ flauerunt venti ⁊ irruerūt in domum illā ⁊ non cecidit. Fundata enim erat ſupra firmam petram: pluuia que ſurſum venit eſt impugnatio aeree ſeu diabolice poteſtatis: flumina que de montibus deſcendunt ſunt perſecutiones ſuperborum infidelium. venti dicuntur omnia tentationum genera que ſimul omnia habens veram fidem tollerat vſqȝ ad mortem. Ex prefatis auctoritatibus: rationibus: diſtinctionibus: exemplis: atqȝ ſimilitudinibus patet: qualiter habens veram fidem tenetur tante eſſe fortitudinis vt anteqȝ ipſam fidem offendat ſeu ipſam fidem denegat: mortem ſuſcipere ſit paratus. Et per conſequens ex ſupradictis omnibus patet declaratio ſexte excellentie ſacratiſſime fidei: que dicta fuit excellentia integritatis. In qua octo circunſtantie ad integritatem vere fidei neceſſarie ſunt. Quas fidei circunſtātias piiſſimus dominus ⁊ redēptor noſter Jeſus xp̄s

nobis omnib⁹ concedere dignetur. Qui cuꝫ patre ꝛ spiritu sancto glio͂sus viuit ꝛ regnat deus per infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria secunda post dominicam oliuaruꝫ de septima excellentia fidei sacratissime: que dicitur excellentia realitatis.

m Aria accepit libram vnguenti pistici precio si ꝛ vnxit pedes Jesu ꝛ extersit capillis suis pedes eius et dom⁹ impleta est ex odore vnguenti. Scribunt hec verba Joan. 12. capi. et in euangelio occurrentis ferie. Quoniã honorabiles ciues per illud vnguentũ quo domus odore maximo impleta fuit mistice sacratissimũ corpus christi a fidelibus sumendum designatur. Quod vtiqꝫ ipsum digne sumentibus replet domũ anime seu conscientie odore ineffabili diuinarũ gratiarũ seu spiritualiũ consolationũ: hinc est ꝙ post declarationem sexte excellentie sacratissime fidei: que dicta fuit excellentia integritatis habeo in sequentibus diebus septimã excellentiaꝫ ipsius sacratissime fidei simpliciter declarare: que dicit excellẽtia realitatis. in qua videbimus qualiter in sacramento altaris suscipiendo realiter continetur verũ corpus ꝛ verus sanguis ipsi⁹ christi benedicti: cui⁹ excellentie seu sacramẽti declaratio talis erit.

¶ De septima excellentia sacratissime fidei. vꝫ de realitate dominici sacramenti.

s Eptima excellentia sacratissime fidei in ordine declaranda dicitur excellentia realitatis. Jn hac enim excellentia fidei benedicte singulariter habeo ostendere quomodo realiter sub accidentibus hostie debito modo consecrate: verum christi corpus ꝛ sanguis existit. Et ratio potissima ad hoc declarandũ me inducens est: quoniã hoc est vna de precipuis veritatib⁹ nostre fidei inter ceteras summe necessaria tam ad credendum q̃ʒ ad saluandũ. Et insuper quia appropinquat tempus quo veri fideles ipsum dominicũ sacramentuꝫ sunt suscepturi: pro qua sacri realitate plenius declarãda tres conclusiones propono. Quarũ

¶ Prima dicit conclusio Veritatis.

¶ Secunda dicit conclusio Necessitatis.

¶ Tertia dicit conclusio Specialitatis.

¶ De tertia conclusione dominici sacramẽti ꝛ primo de prima: que dicit veritatis.

p Rima igitur conclusio de realitate sacramenti declaranda dicit conclusio veritatis. Quis enim omnis humana ratio omnisqꝫ humanus ꝛ naturalis intellectus deficiat a cognitione ineffabilis atqꝫ supnaturalis dominici sacramenti. tamen simplicissima fides que vtiqꝫ est quidã habit⁹ supernaturalis ꝛ infusus hoc facit intelligere quod humana ratio ꝛ materialis sensus percipere non potest. Quod confirmans Ambro. 24. questi. pma. ca. Non turbatur. sic dicit. Quid enim tam altum quã altitudineꝫ diuitiaꝝ suarum id est diuinitatis videre: id est scire dei filium ꝛ professionẽ diuine generationis ꝛ hostie transsubstãtiationis assumere: que licet mens nequeat humana plene rationis inuestigatione comprehendere: fidei tamen plenitudo cõplectitur. hec ille. Et ecclesia cantat. Verbũ caro panem verũ verbũ carnem efficit: fitqꝫ sanguis christi merũ: ꝛ si sensus deficit: ad firmandũ cor sincerũ sola fides sufficit. Licet igitur ut pretactũ est simplex fides veritateꝫ attingat dominici sacramenti: ꝛ per consequẽs catholica fides non indigeat rationibus nostris: seu probationibus cũ in huiusmodi rationibus non fundetur: sed potius ipsa per se humanum intellectũ stabiliat eleuet ꝛ illustret nihilominus ad cecitatẽ: immo ut sic dixerim ad bestialitateꝫ hominũ infideliũ: seu hereticorũ conuincendã ꝛ confundendã: et insuper ad hominũ deuotorum fideꝫ ꝛ consolationem roborandã decreui quasi modo sensibili seu probabili ꝛ demonstratiuo ostendere: qualiter corpus xp̄i ꝛ sanguis sub accidentibus panis ꝛ vini consecratis veraciter continet. Pro qua veritate dilucidãda nota tria. videlꝫ. Primo suam realitatem. Secundo suam vnitatem. Tertio suam doctrinabilitatem. ¶ Primo de veritate dominici sacramenti nota suam realitatem. Vltra enim hoc ꝙ fides sufficit ad credendum esse sub accidentibus consecratis verũ christi corpus hoc idem realiter quadrupliciter probo.

Primo auctoritatibus. Secũdo rõnib⁹. Tertio distĩctõib⁹ Quarto exẽplis. ¶ Pri

mo,ꝓbo auctoritatibꝰ ꝗ sub accidētibꝰ hostie
cōsecrate quā fideles suscipiūt realr̄ continet
vex corpꝰ verusqꝫ x̄pi sanguis. Nā extra de
sum.tri.⁊ fi.ca.c.Firmiter credimꝰ.§.vna ve-
ro.Innocētius tertius ait. Vna vero est fi-
delium vniuersalis ecclesia. extra quaꝫ nul-
lus omnino saluatr̄. In qua idem sacerdos
ipse est sacrificiū Jesus x̄pus:cuius corpus ⁊
sanguis in sacramento altaris sub speciebꝰ
panis ⁊ vini veraciter continetur transsub-
stantiatis pane in corpus ⁊ vino in sangui-
nem potestate diuina: ut ad perficienduꝫ mi
steriū vnitatis accipiamus ipsi de suo quod
accepit ipse de nostro.hec ibi.Idē quoqꝫ In
nocen.tertius.extra de cel̄.mis.c.Cum Mar
the.ait.Quidam misterium fidei ad misteri
um erroris trahere putauerunt dicentes in
sacramento altaris non esse corporis christi
⁊ sanguinis veritatem:sed imaginationē tā
tum ⁊ speciem ⁊ figuram: pro eo quod scri-
ptura cōmemorat interdum id quod in alta
ri suscipitur esse sacramentū ⁊ misterium et
exemplum . Sed tales ideo laqueum erro-
ris incurrūt: quia nec auctoritates scripture
cōuenientēr intelligunt: neqꝫ sacramenta dei
accipiunt reuerenter. Si enim quia figura
est sacramentum altaris veritas ibi esse ne-
gatur.ergo nec mors nec resurrectio christi
cum figura sint veritas est credenda.Si qui
dem mortem ⁊ resurrectionē christi similitu
dinem ⁊ imagineꝫ esse apostolꝰ manifestat:
christus inquiens mortuus est pro delictis
nostris: ⁊ resurrexit propter iustificationem
nostram. Apostolorū etiam princeps Pe-
trus sic in epistola sua scripsit.christus pas-
sus est pro nobis vobis relinquens exēpluꝫ
ut sequamini ve.eius.Sicut ergo tam mors
christi q̄ꝫ eius resurrectio est exemplū: ut et
nos peccato mortui.iusticie viuamus:quarū
si non fuit veritas:quia fuit exēplū: ergo nec
vere mortuus fuit Jesus:nec vere resurrexit
Sed absit a fidelium cordibus error iste: cū
propheta de ipso testetur: quia vere languo
res nostros ipse tulit ⁊ dolores nostros ipse
portauit.dicitur tam sacramentū misterium
fidei:quoniā aliud ibi creditur q̄ꝫ cernatur ⁊
aliud cernitur q̄ꝫ credatur.Cernitur eniꝫ spe
cies panis ⁊ vini:⁊ creditur veritas carnis ⁊
sanguinis christi:ac virtus vnitatis ac trini-
tatis.Distinguendū tamen est subtiliter in-
ter tria que sunt in hoc sacramento discre-
ta.videlꝫ formā visibilem:veritatem corpo-
ris:⁊ virtutem spiritualem. Forma autē est
panis ⁊ vini veritas est carnis ⁊ sanguinis
christi.virtus est vnitatis ⁊ charitatis. Pri
mum est sacramentum ⁊ non res. Secun-
dum est sacramentū ⁊ res. Tertium est res
⁊ non sacramentum.hec ibi verbaliter. Iteꝫ
Eusebius de conse.distin.2.ca. quia corpus.
ait.Quia corpus assumptum ablaturuꝫ erat
ab oculis hominū ⁊ illaturum sideribus: ne
cessarium erat in die cene sacramentum no
bis corporis ⁊ sanguinis consecraret:ut col-
leretur iugiter per misterium quod semel of
ferebatur in preciū.⁊ infra subiūgit.vere vni
ca ⁊ perfecta hostia fide extimanda est non
specie:neqꝫ exteriori censenda visu: sed inte-
riori affectu. Vnde celestis confirmat aucto
ritas. Quia caro mea vere est cibus:⁊ san-
guis meus vere est potus. Recedat ergo om
ne infidelitatis ambiguū: quoniam qui au-
ctor est muneris ipse etiam est testis verita-
tis.Nā inuisibilis sacerdos visibiles creatu
ras in substantia corporis sui ⁊ sanguis ver
bo suo secreta potestate conuertit ita dicens.
Accipite et comedite hoc est corpus meum.
hec ille.Augustinus etiam de cōsecra.distin.
secunda.ca.Nos autem.ait.Nos autem in
specie panis et vini quā videmus res inuisi
biles. id est carnem ⁊ sanguinem veraciter
honoramus:nec similiter comprehendimus
has duas species quēadmodum ante conse
crationem cōprehendebamus. Cum fideli-
ter fateamur ante consecrationē panem eti-
am ⁊ vinum quod natura formauit post cō
secrationem vere esse carnem christi ⁊ san-
guinem quod benedictio consecrauit. hec il-
le. Idem etiaꝫ Augustinus de consecra. di-
stin.secūda.ca.Accesserunt.ait.De carne ma
rie carneꝫ christus accepit:⁊ ipsaꝫ veraꝫ car-
nem ad manducanduꝫ fidelibus in salutem
dedit.Ambro.etiam de cōse.disti.secūda.ca.
panis ē.ait. Panis est in altari vsitatus an
te verba sacramentoruꝫ. Vbi autem acces-
sit cōsecratio mox de pane fit vera caro chri
sti.Et ideo Ambrosius de conseratione di-
stin.secunda.capi.Sicut est inquit verus dei
filius dominus noster Jesus christus : non
quemadmodū homines per gratiam:sed ve
re filius ex substantia patris. Ita vera chri-

sti caro est: sicut ipse dixit: quam accipimus τ sanguis eius verus est potus. hec ibi. Deniq3 idem Ambrosius de cōsecratione distinctione secūda. capi. Omnia. ait. Omnia quecūq3 voluit domin⁹ fecit in celo τ in terra: et quia voluit sic factu3 est. Licet igitur figura panis τ vini videatur: nihil tamen aliud q̄3 caro christi τ sanguis eius post consecrationem credenda sunt. Unde ipsa veritas ad discipulos ait. Hec caro mea est pro mundi vita. Et ut mirabilius loquar: non alia plane caro q̄3 que nata ē de Maria virgine: τ passa est in cruce τ resurrexit de sepulchro. hec inq̄3 ipsa est: τ ideo christi caro est: que pro mundi vita adhuc hodie offertur: Et cum digne percipitur vitam eternam in nobis vtiq3 operatur: pane3 quide3 istum que3 sumimus in mysterio illum vtiq3 intelligo pane3 qui manu spiritussancti formatus est in vtero virginis: τ igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum cibus hominu3 factus est. Unde ipse ait. Ego sum panis viuus qui de celo descendi: τ iterum panis que3 ego dabo caro mea est pro mundi vita. hec ibi. Si vis alias auctoritates vide de consecratione distin. secunda. per totu3. Licet hic posueri3 pulchriores. Ex predictis igitur auctoritatib⁹ patet: qualiter verum christi corpus: et verus christi sanguis realiter sumitur a fidelib⁹ sub accidentibus hostie τ vini consecratis τc. ¶ Secundo hoc idem probo quinq3 rationibus.

¶ Primo ratione Causalitatis.
¶ Secundo ratione Maioritatis.
¶ Tertio ratione Superabilitatis.
¶ Quarto ratione Operabilitatis.
¶ Quinto ratione Naturalitatis.

¶ Primo probo ratione causalitatis q̄ per dei potentiam τ voluntatem substantia hostie τ vini post consecrationem realiter conuertitur in veram substantiam corporis et sanguinis christi. Fundamentu3 rationis ponit Auctor libro de causis. di. Quicquid facit causa secunda facit causa prima nobiliori et altiori modo. patet hec regula. Nam si camerarius alicuius domini potest alicui vnā facere gratiam: a fortiori ipse domin⁹ hoc facere poterit. Similiter si episcopus aliquem potest absoluere ab aliquo enormi peccato: a fortiori poterit hoc ide3 facere papa. Quo presupposito certum est q̄ potentia limitata ipsius nature naturate vnam substantia3 in aliam conuertit quod sic patet. Nam secundo de anima philosophus ait. Alimentum per naturam conuertitur in substantiam alii: ut puta panis conuertitur in substantiam carnis τ vinum in substantiam sanguinis. Similiter per virtute3 caloris galline: substantia oui conuertitur in substantia3 carnis seu in gallinam. Similiter videmus q̄ terra que est ignobilissima rerum: generat aurum τ argentum lapides preciosos: et alia multa nobilissima: quinimo cum sit insipidissima pane3 producit τ vinum τ multa huius valde sapida et bona quid plura? Ipsa est turpissima τ tamen ꝑducit valde pulcras res ut puta arbores flores frondes fructus τ huiusmodi: que omnia operatur in virtute solis. Unde quarto Metheororū philosophus dicit. q̄ virtute solis humiditas terre conuertitur in arbores: in herbas: in vinum in oleum: in balsamū: τ huiusmodi. Similiter dicit q̄ terra eadem solis virtute cōuertitur in aurum: in argentum: in ferrum et in lapides preciosos. Refert etiam Isidor⁹ in libro Ethimologiarum. q̄ in scotia est fons qui omne quod in eo mittitur statim cōuertit in substantiam lapidis. Similiter in hybernia est ali⁹ fons: in quo si palus ligneus figitur: statim pars que tangit aquā conuertitur in lapidem: reliqua vero pars que figitur in terra: stati3 conuertitur in ferrū. Preterea nonne ut habetur Exodi quarto. Uirga Moysi subito est conuersa in colubrum τ iterum apprehensa cauda eius cōuersa est de colubro in virgam? Nonne etiam Joannes euāgelista. ut in ei⁹ habetur legenda cōuertit virgas ligneas in aureas τ lapides in arena collectos in lapidibus preciosis? Dic historiam si placet. Si igitur omnia hec natura naturata facit: q̄to magis natura naturans que est ipse deus potest hoc facere cuius potestas infinita nullis limitibus coangustatur: et in quo sunt omnes perfectiones altiori modo q̄3 sint in creaturis? Nulli igitur dubium esse debet: quin deus ipse post consecrationem realiter conuertat substantiam hostie in substantiam sui corporis: que simul omnia confirmans Augustin⁹ in sententijs suis sic ait. Firmiter tenendu3 est q̄

tur cōtra voluntatē pacientis hoc est duplicit
Nā est voluntas naturalis ⁊ est voluntas ra
tiōis vel rōnalis. ¶ Primo mō fuit maxim⁹
dolor in xp̄o. ¶ Secundo mō non fuit dolor
in xp̄o: qꝛ nunq̃ȝ fuit martir qui tm̄ informa-
t⁹ charitate desideraret mori ⁊ hoc fuit meri
tū passionis. Si autē obijceres. passio q̄ ma-
gis hȝ sibi cōiunctā delectationē mior ē cete
ris: ⁊ q̄ maxime cōiuncta ē delectationi mini
ma est: sȝ cū xp̄s semꝑ frueret diuinitate: ergo
minimā vr̄ habuisse passionem inter marty-
res. Rn̄deo ⁊ dico ꝙ delectatio fuit in volun
tate vt est ratio. passio vero in voluntate vt ē
natura. ⁊ ideo nō ex eadem parte fuit delecta
tio ⁊ passio. vnde oportuit ꝙ in vna ꝑte habe
ret summum gaudiū vt voluntarie ⁊ ex charita
te impleret passionē: ⁊ ex alia parte maximuȝ
haberet suꝑ oēs dolorē ⁊ hoc vult Damasce
nus cū loquit de passionibus ſm naturam
hec Alex. verbalr. Aliā dist. ponit seraphyc⁹
Bo. in. 3. di. 16. ar. 1. q. 2. in corpe. qōis di. Cum
q̄rit vtꝝ in xp̄o fuit dolor suꝑ oēs acerbissi-
m⁹. Rn̄deo ꝙ dolor passionis xp̄i inter cete-
ros dolores ⁊ passiones fuit acerbissim⁹: et
hoc pȝ si illa ꝯsiderentur q̄ doloris passioneȝ
acerbiorē reddūt. h āt sunt tria. s. cā passionis
Mod⁹ paciēdi: ⁊ cōditio pacientis. Si ꝯside
ret cā ob quā xp̄s passus ē fuit in eo doloris
afflictō magna: n̄ eni patiebatur ꝓ culpa ꝓp̄a
imo ꝑ aliena: nō ꝓ amicis tm̄ sȝ etiā ꝓ inimi
cis: ⁊ ēt ꝓ his quos videbat ingratos. Si aūt
ꝯsideret modus paciēdi fuit i eo passio dolo-
ris acerbior: tū ꝑꝑ generalitatē: qꝛ in oib⁹ mē
bris affligebat: tū ēt ꝑꝑ cōtinuitatē: qꝛ suspēdiū
ei⁹ cōtinuabat ⁊ claui adeo affligebāt pēdētē
sic afflixerūt qn̄ man⁹ ei⁹ ⁊ pedes ꝯfodiebāt
in qb⁹ maxia erat afflictio ꝑꝑ neruos ⁊ mus-
culos ibidē cōcurrētes: in qb⁹ p̄cipue viget sē
sus. Si vero ꝯsideret q̄litas siue cōditio paci
entis maxia vtiqȝ erat afflictio ꝑꝑ maxiaȝ cō-
plexiōis eq̄litatē ⁊ ꝑꝑ sēsus viuacitatē. vn̄ qꝛ
nullus potuit ei adeq̄ri nec i eq̄litate cōplexio
nis nec i viuacitate sensus. Idcirco dolor il-
li⁹ oiuȝ doloꝝ fuit acutissim⁹ ⁊ maxim⁹ ⁊ iō
dei grās q̄ȝtas possum⁹ referam⁹: si quo mō
donet nobis vt tā ḡuit paciēti cōpaciamur. h
Bo. verbalr. Ex p̄dictis igit auctib⁹ rōnib⁹
atqȝ distictiōib⁹ vidisti aia xp̄iana scd̄ȝ miste
riū passionis xp̄i qd̄ dr̄ misteriū acerbitatis
i quo clare itellexisti ꝙ xp̄i passio fuit grauior
acerbior ⁊ amarior atqȝ dolorosior oīm simꝉ
morte ⁊ passione btōꝝ martyꝝ: ꝑꝑ qd̄ tanto
magis teneris ei ꝯpati: q̄ȝto magis sup̄dcām
passionē ꝓ amore salutis tue passus ē.

De tertio misterio sacratissime passionis xp̄i
quod dr̄ mysterium spetialitatis.

Tertiū deniqȝ mysteriū ꝺ sacratissima
xp̄i passione ꝯtēplandū dr̄ mysterium
spālitatis. Postq̄ȝ itellexisti aia duota
necessitatē ⁊ acerbitatē passionis tui saluato
ris hēo tibi nūc oñdere spetialr q̄t ⁊ q fuerint
dolores illi acerbissimi q adeo ip̄m xp̄m an
gustiauerūt ꝙ ip̄m crudelit mori cogerūt. hos
tm̄ dolores xp̄i acutissimos. o tu euāgelice p̄e
dicator cā ꝓlixitatꝭ euitāde tibi breuit decla-
rabo: ⁊ ēt tu breuit transcurrē poteris p̄dican
do: qꝛ sic ſm platonē i thimeo. Subiectis bn̄
dispositis stati ⁊ sine retardatiōe forma ipri
mit: sic facilit poteris iducē ⁊ quasi cogē ppl̄ȝ
ad lachrymādū: exquo sufficienī auditores ꝑ
duo mysteria p̄cedētia ad fletuȝ ⁊ lachrymas
fuerūt dispositi. Accipe igit o fidelis aia vt ha
būdāti⁹ ad lachrymas iducaris ꝓ eius passi
one ceteris omissis pro nūc septē spāles acer
bissimos atqȝ acutissimos dolores quos xp̄s
hodie ꝓ amore tuo atqȝ salute sustinere di-
gnat⁹ ē. Quorū p̄m⁹ dr̄ dolor satisfactiōis.
Scd̄s dr̄ dolor sepatiōis. Terti⁹ dr̄ dolor
flagellatiōis. Quart⁹ dr̄ dolor cōfusiōis.
Quit⁹ dr̄ dolor cōculcatiōis. Sext⁹ dr̄ dolor
abbreuiatiōis. Septim⁹ dr̄ dolor mortificati
onis. ¶ Prim⁹ igit dolor acerbissim⁹ amarissi
mus atqȝ acutissimus quē hodie ꝓ te o po-
pule chrystiane sustinuit dn̄s Jesus dr̄ dolor
satisfactiōis. ꝓ quo dclarādo sciēdū ē ꝙ i xp̄o
fuit triplex diuersa sb̄a. ¶ Prima fuit diui-
na: ⁊ hec hodie nec fuit passa nec pati potuit

vnde Aug. prout recitat Marchus in tertio di. 2j. c. recedente. ait. Si quis dixerit aut crediderit dei filium passū anathema sit hec ille ¶ Secunda fuit corporalis ꝛ hec vt inferius declarabitur acerbum dolorem passa est.
¶ Tertia fuit specialis que nihil est aliud ꝙ̃ eius anima ꝛ h̄ ſm ptē inferiorez grauissimū dolorē passa ē: ꝛ adeo dolor mētis christi fuit grauis ꝙ minimus dolor excessit incomparabiliter oēs dolores sui corporis: ꝛ h̄ dolor mentalis xp̄i tantus fuit in eius aīa pp offensiōes ꝯ p̄rem suū celestē factas. Nā preuidit anima xp̄i benedicta ab instāti creatiōis sue in vtero vrginali: et vnione cū diuino verbo omnia peccata hominum tam preterita quā presentia ꝛ futura. Et hoc ideo fuit quia respiciens in verbo in quo omnia relucent tan quā in speculo quodam: habuit cognitionem omnium rerum preteritarum presentium ꝛ futurarum. Quoniam igitur omnia peccata preterita presentia ꝛ futura erant contra honorem vel inoffensionem sui patris celestis: ꝛ etiam contra animaruz salutez. Jdeo vt pa tri celesti pro eius offensis satisfaceret qui ne quāq̃ volebat peccatum aliquod dimittere impunitum ꝛ insuper a morte ad eternam vi tam animas reuocaret: voluit nimia deuict⁹ charitate in se ꝛ in anima sua tot singulares dolores suscipere quot singularia fuerant pec cata cōmissa seu in posteruz cōmittenda. Et tantū insuper pro qualibet culpa dolorem in anima sustinuit: q̃ntum grauis erat sui patris iniuria. Et quia celestis pater infinite erat bo nitatis. Jccirco culpa contra eum cōmissa: erat infinita: ꝛ per consequens christus vt pa tri satisfaceret pro qualibet iniuria singulari ter infinitum dolorem voluit sustinere. Et si dolor vnius culpe tantus fuit ꝙ in infinitum excederet hominum omnium penas: cogita queso anima quāta fuerit pena anime christi que pro peccatis innumerabilibus innumerabiles in se suscepit penas. Proinde de multitudine peccatorum videlꝫ cordis oris ꝛ operis que homines comittunt propha dicit. Di numerabo eos. s. hominum defectus: ꝛ super erenam multiplicabuntur. Et ꝙ christus in anima ꝛ corde suo hodie tot penas dolores ꝛ vulnera susceperit quot sunt vel fuerunt omnia peccata hominuꝫ preterita presentia ꝛ futura: siue sint peccata cōdis siue oris siue ope ris quadrupl'r probo. Primo auctoritate Secundo ratione. Tertio similitudine. Quarto significatione. ¶ Primo probo auctoritate ꝙ christus hodie satisfecit patri suscipiens in se singulariter tot penas quot fuerunt peccata hominum preterita presentia ꝛ futura. Vnde Jsa. 53. c. dicit. Vere langores nostros ipse tulit ꝛ dolores nostros ipse portauit: ꝛ nos reputauimus eum quasi leprosū ꝛ percussū a deo ꝛ humiliatum: ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eū cuius liuore sanati sumus omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisq̨ in viā suā declinauit: ꝛ posuit dn̄s in eo iniqtem omnium nostruꝫ. h̄ ibi. propterea Mat. 26. apostolis in orto existētibus dicebat. Tristis est anima mea vsq̨ ad mortem vbi etiā glosa dicit tantam tristitiā in anima suscepit christus: quātam peccati malitiam homines cōmiserunt. ¶ Secundo hoc idem probo vnica ratione videlicet equalificationis. Fundamentum rationis ponit philosophus. 5. ethicoruꝫ di. Pena taxatur in opere iustitie ſm quantitatem culpe. Quo concesso certum est ꝙ culpa tanto est grauior quāto ꝑsona contra quam ꝯmittitur est nobilior prout expresse habetur. 22. q. 2. c. monet. Jtem. 12. q. 2. c. gloria. Jtem. 27. q. j. c. nuptiarū. Et extra de sen. exco. c. illorū. Sed clarum est ꝙ nobilitas patris celestis cōtra quē culpe cōmittuntur est infinita: ergo oportuit hodie christum tot penas pati quot peccata homines cōmiserant ꝛ cōmisuri erāt: ꝛ precipue cum pater celestis vt dr̄ Job. 24. nihil inultū pati volebat: ꝛ insuper quia ipse christus cum esset deus ꝛ hō ꝛ per consequens virtutis infinite soluꝫ satisfacere poterat. Quod totū confirmās Moyses deutero. 25. dicebat. Scd̄m mēsuraꝫ delicti erit ꝛ plagarū modus. Cogita igitur hec o fidelis anima. quot penas hodie sagittas ꝛ vulnera ī corde suo christ⁹ suscepit. ¶ Tertio hoc idem probo similitudine. s. ꝙ christus vt patri satisfaceret in se suscepit omnes penas peccatis nostris debitas. Naꝫ ponatur ꝙ eēt filius sūmi regis vel imperatoris q videret dilectum patrem suum a vilissimis ribaldis per lutuꝫ ꝛ stercus per capillos ꝛ barbam cōtumeliose trahi: ꝛ pugnis ꝛ calcibus os ꝛ faciem eius contundi: quanta credis q̄so amaritudine repleretur: vtiq̨ tanta quantum diligeret eum: ꝛ quanta in eo vulnera sa

eta fuissent. Nõ si sic faceret talis filius. multo perfectius hoc facit christus cum excederet in charitate omnes filios hominũ. O igitur quãtos dolores: q̃ntas sagittas: q̃ntas penas: quantasq; amaritudines hodie domine iesu vt patri satisfaceres ⁊ nos redimeres in corde tuo suscepisti. ¶ Quarto deniq; ꝓbo significatione. ꝙ scilicet christus hodie in corde suo inumerabiles ⁊ infinitas penas pro nobis ribaldis ⁊ peccatoribus suscepit. Naz philosophus. scdo priorum dicit. Signum est propositio demõstratiua faciẽs fidem ⁊ per signa corporis nobis nota silogizamus inquit dispositiones anime nobis ignotas. Quod sic patet. Nam per sudores ⁊ signa que apparent ab extra in corpore infirmi iudicat sapiens medicus de infirmitatibus que intrinsecus latent. Hoc modo quisq; christianus potest iudicare quot hodie christus intrinsecus in corde pro peccatis nostris inmensas suscepit penas dum conspicit christum ab extra per corpus emittere inmensum sudorem seu inmensas guttas sanguinis. Cum enim vt habẽ Mat. 26. christus ter in orto ab apostolis separatus orasset di. Pater mi si possibile est transeat a me calix iste. Stati vt dicitur luc. 22. Factus est sudor eius sicut gutte sãguinis decurrentis in terram. Qui vtiq; sudor sanguineus per genas oculos ⁊ totũ christi corpus egrediens: vtiq; significabat maximas penas sui cordis quas pro peccatis nostris tollerabat. Et licet sensualitas propter timorem mortis iminentis sic dissolueretur: tñ rõ faciebat sic corpus in sanguinem dissolui propter satisfactionem peccatorum nostrorum. Proinde Bernar. in sermone de mirãdis beneficijs humane redemptionis. qui incipit Iesũ nazarenum. sic ait. Angustias tui cordis domine iesu certissime idicabat sudor ille sanguineus pro nobis effusus: qui orationis tempore abũdãter de carne tua sanctissima decurrebat in terram: Vt igitur amoris erga te ⁊ gratitudinis stimulos habeam9 veram ⁊ naturalem carnis infirmitatem his indicijs i te expressisti quibus doceremur: q2 vere langores nostros portasti ⁊ non absq; sensu doloris vt quidam existimant passionũ sentes percurristi. h ille. Adde ꝙ licz magnas penas susciperet pro peccatis proximorũ maxime tamen dolorem suscipiebat inmensum pro iniurijs ⁊ blasphemijs: quas videbat fieri debere contra matrem suaz: precipue quia videbat ꝙ aliqui eã appellarent meretricem aliqui figerent gladios in pectore: ⁊ in oculos hymaginis eius et huiusmodi. Ex predictis auctoritate ratione similitudine atq; significatione vidisti anima primum dolorez acerbissimuz tui saluatoris. In quo etiam lachrymas sanguinis ꝓ te effudit: vt ex hoc ⁊ tu saltem pro ipso lachrymas aquarum effundas qui dicitur dolor offensionis.

s Ecundus insuper dolor acerbissim9 amarissimus atq; acutissimus quez hodie suscepit christus: dicitur dolor separationis. Inmẽsum quidem dolorez vltra predictum christus suscepit: quãdo a dulcissima matre sua se propter nos saluandos separauit. Sicut eni dicũt deuoti tractatores ⁊ cõtemplatores dominice passionis: dulcissimus dei fili9 die mercurij trãsacta postq̃ cenauit cũ matre sua dulcissima in domo marthe ⁊ Marie eadez sequenti nocte iugiter cũ ipsa vigilauit. Cui singulariter totum cursum ⁊ misterium sue mortis ⁊ passionis aperte reuelauit. Dicere nanq; potuit. O amantissima mater o virgo benedicta q2 sequenti mane recessurus sum a te ⁊ velut agnus inocẽs ⁊ imaculatus propter humani generis salutem a iudeis sum mortem ⁊ crucifixionez crudeliter susceptur9. Decreui vltra mẽtales penas meas tibi omnes futuros dolores mei corporis pandere. Qui vtiq; quasi infiniti ⁊ inumerabiles erunt. Scis enim esse de me ꝓphetatum Isay. primo. ꝙ a planta pedis vsq; ad verticem non debet in corpore meo eẽ sanitas. hoc iccirco tibi statui reuelare vt cũ ea videris constantius te munire possis armis paciẽtie atq; cõstantie. vides igitur o intemerata mater vt a vertice incipiaz hos capillos meos pulcherrimos ⁊ nazerenos quos ferrum non tetigit quiq; veluti fila auri apparent certe crastina die ab ipsis perfidis ⁊ iniquis iudeis per modum triciarum in palatio Cayphe ⁊ Pilati tota nocte trahentur ⁊ sic quasi omnes euellentur que euulsio tãtos generabit i capite meo dolores quot capilli de ipso extrahentur. Et sic extractio vnius capilli propter delicantiam ⁊ teneritudinem capitis mei generabit in me inextimabilez dolorem: quantus ergo erit dolor meus quasi de omnium extractione: cum hoc videris habeas queso pacientiam. Vides insuper O

amarissima mater caput meuȝ delicatissimū
nūc esse sine vllo vulnere ⁊ pena:sed heu me
crastina die videbis ipsum mille spinis ma-
rinis perforatum: ita vt cerebrum de eo egre
diatur. Et insuper videbis ipsum vulneratuȝ
cum arundinis ⁊ baculis. Et si sola spina ⁊
soli baculi ictus quasi infinitam penam da-
bit in corde ⁊ capite meo: q̄ȝto magis tot spi-
ne totqȝ baculorum percussiones. Cum hoc
videbis patientiam habeto queso. ¶ Vides
etiā nunc dulcissima mater aures meas que
audire solent angelorum cantus sine vlla pe
na esse: sed heu crastina die audient iugi-
ter a iudeis crucifige crucifige hic est malefa-
ctor ⁊ populiqȝ seductor. ¶ Vides ēt mater
nunc oculos meos letos esse claros ⁊ imacu
latos:sed heu cras videbis eos a iudeis ve-
latos languentes lachrymosos ⁊ clausos in
morte:ita vt te amplius videre neq̄ant. ¶ Vi
des etiam nunc virgo benedicta genas ⁊ ma
xillas meas imaculatas esse ⁊ sine pena sed
heu cras suscipient quasi alapas infinitas ⁊
luto sputoqȝ putrido iudeoruȝ penitus defor
mabuntur:cuȝ hec videris habeas patientiā
queso. ¶ Vides insuper os meum omni dul
cedine plenuȝ:sed heu cras aceto ⁊ felle ama
rissimo replebit. ¶ Vides nūc spatulas ⁊ hu-
meros meos nihil habere pene:sed heu por-
tabunt cras super se grauissimam crucem ꝑ
pter quam vt videbis cadam in terra. ¶ Vi
des nunc brachia ⁊ manus meas sine pena
esse:sed heu cras brachia extensa erunt in cru
ce manusqȝ eidem cruci magnis ⁊ crudelibꝰ
clauis transfixe. ¶ Vides nunc pedes meos
⁊ dextrum latus sine vllo dolore esse:sed heu
cras videbis latus perforatū lancea:pedesqȝ
magnis clauis cruci affixos. ¶ Vides insuꝑ
barbam meam integraȝ esse:sed heu cras vi
debis eam fere totam depilatam. ¶ Vides
nunc totum corpus meum sanum esse: sed
heu cras videbis eum ſm Bernar. sex milli
bus sex centis ⁊.66. plagis ad colūnam vul-
neratum. Quid plura? O mater dulcissima
hodie me vides viuuȝ: sed heu cras me vide
bis in cruce capite inclinato ex nimio dolore
defunctum. Cum hec omnia videris queso
patientiam habeas. Que simul omnia cum
diceret mater audiēs lugēs lachrymas emit
tebat. Que lachryme erant tot gladij tot ia-
cula tot enses totqȝ nouacula seu rasorij cor
penetrantes ipsius christi ⁊ sagittantes. Qui
bus dictis mater pijssima dolore gladiata q̄
si loqui non valens:extendit brachia sua su-
per colum filij sui:⁊ stringens eum semimor
tua cecidit. Que amplexatio ⁊ si dulcis vide
retur tamē fuit amarior christo omnibꝰ pas-
sionibs presentis vite. Quoniam tunc vidit
christus ꝙ anima virgis suscipiebat in seipsa
omnes dolores suos.i.in anima sua ⁊ iō chri
stus tunc reaccepit omnes dolores matris
per compassionem. Reuersa tandem postmo
dum in se dicebat. O dulcissime filij vt quid
te concepi infelix ⁊ dolorosa mater. Ex quo
sic crudeliter flagellari debes ⁊ mori. Si fieri
potest rogo te hanc sententiam reuoces:tunc
christus cum iam mane factum esset humi-
liter genuflexit ante matreȝ petens ab ea be-
nedictionem ⁊ di. Quod sic fieri necesse erat
Tunc mr̄ ingemiscens dixit heu fili mi. Que
vnquam mater esset que filium benediceret
eiqȝ licētiā daret vt iret ad furchas ⁊ suspen
dium. Cui filius. Dilectissima mater quoniā
sic a patre meo diffinituȝ est de duobus vnū
elige. Aut benedic me vt crucifigi vadā ⁊ sic
humanum genus saluabitur:de quo nullus
per sex milia ⁊ sex centum ānos potuit para-
disi portam ingredi pro peccato primi paren
tis. Aut si non vis ꝙ crucifigar propter hoc
totum humanū genus dānabitur. Cui virgo
o fili mi quoniā nimis diligo salutem huma
ni populi iccirco ſm rationem licet nō ſȝ sen
sualitateȝ contenta sum ꝙ moriaris ⁊ crucifi
garis. Et si haberem mille filios:tibi similes
omnes illos vellē crucifigi vt vel sic hūanuȝ
genus saluaretur. Quid plura? Ecce ꝙ ego si
necesse est etiam tecum pro humani generis
salute parata sum crucifigi. O charitas imen
sa. O amor ineffabilis o dilectio incompara-
bilis virginis gloriose circa nos. Quis est iste
o virgo tam ribaldus.⁊ infelix qui te non di-
ligat? Quis est qui te de cetero amplius blas
femare presumat? His dictis extensis bra-
chijs benedixit filium in omnibus membris
suis a capite ad pedes ⁊ similiter omnia eius
membra non sine maximo profluuio lachri-
marum dulciter osculata est. Sentientes aūt
Martha ⁊ Maria atqȝ apostoli magnos sin
gultus christi ⁊ virginis gloriose venerūt ad
eos. Et prostrata magdalēa dicebat. O Ma
gister bone quid est hoc quo vis ire. An ne-
scis quia iudei consiliū fecerunt vt te occidāt
Ecce si vadis in ierusalem crucifigent te iu-

dei. A noli queso ire propter amorem meum
⁊ propter amorem dulcissime matris tue: sed
hic sta ad faciendum pasca nobiscū. Cui chri
stus. O filia benedicta magdalena ardentez
amorem tui cordis video: sed non sapis que
pro salute humani generis necessaria sūt: sci
to igitur ꝙ me oportet comedere pasca in ie-
rusalem ex precepto patris ⁊ ibi omnia que
de me scripta sunt adimplere vnum tantum
a te peto ꝙ plus solito meam dulcissimā ma
trem habeas cōmendatam: ⁊ ei cum sit pau
percula amore mei subuenias. Non eni tibi
ingratus existā. quibus dictis videns ꝙ non
proficeret prostrata cuz maximis lachrymis
pedes domini Jesu perstringēs osculata est
⁊ petens benedictionem a christo eam bene-
dixit. Hoc idem fecit Martha alieqz Ma-
rie totumqz collegium apostolorū. Post hec
cum postularet mater Martha ⁊ Maria vt
eis concederet ꝙ secum irēt in ierusalem re-
nuit omnino di. solum apostoli mei si volūt
mecum venire possunt. Qui omnes dixerūt
eamus ⁊ moriamur cuz eo. Tunc benedicēs
matri cum solis apostolis recessit dimittens
tamen cor suuz in pectore matris sue: qꝛ ſm
Bernar. anima plus est vbi amat ꝗ̄ vbi ani
mat. Virgo autem ꝗ̄diu poterat videre fi-
lium post eum lachrymosa ⁊ lamentabili vo
ce clamabat di. O fili mi. o amor me⁹. o spes
mea vnica. o refugium meum. O gaudium
anime me. o dulce refrigerium corporis mei
quo vadis? Que omnia verba audiens fili⁹
penetrabant animam suam: ⁊ erant tot sagit
te eius intima sagittantes: seu tot rasorij cor
eius dulcissimum radentes. Ex predictis om
nibus vidisti anima scōz dolorē acerbissimū
tui saluatoris: quem habuit ex eius separatio
ne a sua matre benedicta: qui dictus fuit do
lor separationis.

t Ertius insuper dolor acerbissimus
amarissimus atqz acutissim⁹ quē ho-
die pro hūani generis salute christus suscepit
dicitur dolor flagellationis. vltra predictos
dolores inmensum dolorem etiam christus
habuit dum crudeliter flagellatus fuit: trib⁹
enim vicibus o fidelis anima pro te christus
flagellatus fuit seu triplex fuit christi flagel-
latio. Prima crudelis fuit. Secūda cru
delior. Tertia crudellissima. ¶ Prima igi
tur flagellatio crudelis quam christus susti-
nuit facta fuit ei dum duceretur ab orto vsqz
ad domum Anne. postquā enim christus a
matre discessit ⁊ in ierusalem deuenit: ⁊ ibi i
cena simul cum apostolis pascalem agnum
comedit: pedes discipulorum lauit: corpus ⁊
sanguinez suum eisdem apostolis dedit: eisqz
sermonem post cenam ſm Joannē plenum
charitate fecit: postꝗ̄ eoruz dispersionem fu-
turam eis predixit: postꝗ̄ ortum trans torrē-
tem cedron ingressus ter patrez exorauit. Et
in tertia oratione angelum de celo cum con-
fortantem habuit. Ecce ꝙ traditor Judas cū
magno exercitu armatorum in orto aduenit
ipsumqz christuz osculatus est ⁊ salutauit di.
Aue rabi: ⁊ cum ipsum christum Judas salu
tasset ⁊ christus ipse dixisset. Quem queritis
illiqz omnes clamassent iesum nazarenum:
statim vt dicitur Joānis. 18. Omnes retror-
sum ceciderunt in terram. post quod factum
cum christus sponte in eorum manibus pro-
pter salutem nostram se ponere volens dixis
set: dixi vobis qꝛ ego sum. Si ergo me queri-
tis sinite hos abire: statim post restitutam au
riculam seruo pontificis quam ei Petrus
absciderat. Cohors vt dicitur Joan. 18. ⁊ tri-
bunus ⁊ ministri iudeoruz comprehenderūt
ipsum iesum ⁊ ligauerunt eū ⁊ adduxerunt eū
primum ad domuz Anne qui erat socer Cay
phe qui Cayphas pōtifex erat āni illius. Dū
autem duceretur ligatus vt dicit Joā. ab or
to ad domum Anne: cogita queso anima ꝑ
ut dicunt deuoti tractatores dominice passio
nis quot percussiōes ⁊ flagella per illam lon
gam viam christus sustinuerit. Cū enim eēnt
pedes xp̄i nudi ⁊ discalciati ⁊ huc atqz illuc
ab eisdem ministris duceret̄ ⁊ traheret̄: pie-
credendū est ꝙ sepius cum in lapides impin
gebat sacrum ⁊ delicatum sanguinem ꝑ viaz
effundebat. Considera etiam queso qualiter
aliqui cum baculis ⁊ fustibus seu lanceis per
cutiebant eius tibeas: alij vulnerabant eius
brachia eius humeros eiusqz sacratissimum
caput: ⁊ adeo grauiter eum in predictis lede
bant ꝙ quasi eius tenerrima ⁊ delicatissima
ossa confringebant postquā autē eum predi-
ctis ⁊ pluribus alijs: percussiōibus ad domū
Anne pontificis iesum deduxerunt: tunc vt
dicitur Joan. 18. Anna pontifex ipsū interro
gauit de doctrina ⁊ discipulis eius. Cui cum
respondisset iesus. Ego palam locutus sum
mundo ⁊ semper docui in synagoga ⁊ in tē-

plo in quo omnes iudei conueniũt ⁊ in occul to locut⁹ sũ nihil: qd me ĩtrogas ĩtroga eos q me audierũt. Stati his dict⁊ vn⁹ assistẽs mini strorum vz Malchus cui ipse christus sm glo. auriculam abscissaz sanauerat dedit magnam alapam Jesu di. Sic respondes pontifici propter quam alapam tam enormiter susceptam omnes eius dentes cum in tenerrimis ossib⁹ seu ganassa radicati eẽnt contremuerunt ⁊ cõmoti sunt. Et cum sic eum percucientem posset facere statim a terra absorbere: nihil mali ei fecit sz humilit ei dixit. Si male locutus sum: testimoniũ perhibe de malo: si autem bene qd me cedis. Moraliza tu p̃dicator omnia supradicta provt tibi placz. Ex prefactis igitur vidisti anima primam flagellationez ⁊ percussionem quam chrystus i corpore suo amore tuo portauit. ¶ Secunda flagellatio quam etiam o chrystiana aïa fili⁹ dei pro te suscepit facta fuit in domo cayphe Nam vt Jo. i8. dicitur. postq̃ȝ chrystus alapaz suscepit in domo anne: statim Anna eodem sero misit eum ligatum vt ibidem dicitur ad caypham pontificẽ: ante quem cuz fuisset adductus produxit Cayphas ante ipsum multos testes falsos. Et cum non esset cõueniens eorum testimonium: adducti sunt duo alij falsissimi testes di. Ecce audiuimus eum dicentẽ. Ego dissoluam tẽplum hoc manu factum ⁊ post triduum aliud non manu factuz rehedificabo. Item dixit q: filius dei suz ego ⁊ q: non licet censum dare cesari. Et cum cõtra predictos testes nihil chrystus responderet: tunc exurgẽs sũmus sacerdos. i. Cayphas vt dicitur Mathe. i4. dixit ad Jesum. Non respondes quicq̃ȝ ad ea que testificantur cõtra te. Et cum chrystus taceret rursus Cayphas iterogauit eũ di. tu es chrystus fili⁹ dei benedicti? Cui cristus respondit. Tu dixisti q: ego sum. Et iterum videbis filium hominis sedẽtem a dextris virtutis dei ⁊ venientem in nubibus celi. Tunc cayphas scidit vestimẽta sua ⁊ ait. Quid desideram⁹ desideramus testes. Audistis blasphemiam quid vobis videtur. Tunc omnes clamauerũt. Reus ẽ mort⁊ Quib⁹ dictis xp̃s crudeli⁹ quam primo p totam illam noctem a ministris flagellatus fuit. Nã quinqz mala vt dicitur. luc. 22. ⁊ Ma. i4. tunc ei fecerunt. Nã primo ministri de voluntate cayphe cedebant eum vt dicitur Luc. 22. i. acriter per totum corpus eius percutiebant. ¶ Secundo velauerunt oculos eius. ¶ Tertio percutiebant eius faciem. ¶ Quarto illudebant ei. dicẽtes. prophetiça quis est qui te percussit. ¶ Quinto vt dicitur Mathei. i4. iugiter conspuebant in faciem eius hec quinqz ponuntur in dictis euangelistis. Duo alia iniquissima mala ponit sanct⁹ Antonius de padua in sermone veneris sancti ⁊ dicit q̃ per totam illam noctem postq̃ȝ cayphas iuit dormitum serui eius dyabolici sub quorum cura chrystum cõmiserat fecerũt tricias de capillis Jesu longissimis: ⁊ barba eius: ⁊ sic nuduz per terram hinc inde trahebant. Et tunc quasi cuz totum depillauerunt ac p singula loca capillorum extractoꝝ sanguis recentissimus egrediebatur. Et addit q̃ postquam eum sic crudeliter vulnerauerunt statim nudũ in vas seu dolium aqua frigidissima plenum cum submerserunt propter quod nimis ex hoc angustiatus patrem orabat di. illud p̃s. Saluuz me fac deus quoniam intrauerunt aque vsqz ad animam meam. Addunt aliqui dominice passionis contemplatores q̃ virgo quando hec fiebant non erat ibi sed in bethania propter quod. Joan. timens ne chrystus propter nimia flagella moreretur ante mane ad ipsam iuit. Que cum postularet quid esset de filio quasi loqui non valens vt cunqz respondit dicens Aymeo dña paradisi ecce q̃ filius tuus iam est ad collum fune ligatus totusqz flagellat⁹ sanguineqz cruentatus et omnes discipuli eum solum in manibus illorum canum iudeorum reliquerunt. Tunc virgo semimortua postulauit Magdalenaz ⁊ alias marias. ⁊ similiter cum Joãne circa mane iuit ad domum Cayphe ibiqz inuenit petrum foras extra atrium amare flentez ⁊ capillos cum barba pre dolore sibi extrahentez pectusqz suum acriter percucientem. Quod ideo faciebat q: ter dominum suum negauerat. Cui cum virgo diceret o fili Petre quid actum est de filio meo ipse respondens ⁊ eã apud portam palatij ducens flens dixit. Audi mater quid fit de filio tuo. Tunc audiens virgo obprobria ⁊ percussiones filij cum ingredi non posset nec sineretur vt euz iuuaret lachrymabiliter dicebat. o. fili mi quis mihi det vt moriar pro te. o fratres mei Judei estote queso hũani erga filiũ meũ ⁊ alia multa dicebat Extẽde te i p̃dictis put tibi plz. Ex p̃fat⁊ ẽt vidisti ani

de Jõa ad mia (?) [illegible]

nia secundam flagellationem crudeliorem
prima quam christꝰ in corpore suo amore tuo
portauit. ¶ Tertia deniqꝫ flagellatio quam o
fidelis anima filius dei pro te suscepit: ⁊ que
crudelissima fit super duas predictas: facta
fuit in atrio pilati. Sicut enim dicitur Joan.
18. ⁊ Mat. 15. facto mane stati Cayphas cuꝫ
ceteris senioribus ⁊ scribis totoqꝫ concilio
adduxit iesum vinctum ⁊ ligatum ad Pila-
tum vt eum sententiaret ad morteꝫ secuꝫ du
cens predictos falsos testes vt contra ipsum
testificarentur. Sciens igitur Pilatus vt di
citur Mat. 27. ꝙ per inuidiā pharisei ei chri
stuꝫ tradidissent: voluit eum plures liberare
quod etiam diuersis modis temptauit. Pri
mo allegando suā inocentiā di. Ego nullam
cām mortis inuenio in eo. Vidēs aūt qꝛ hec
cā iudeos ad irā amplius prouocaret accepit
scđam viā transmittendo eum ad herodem
tanqꝫ galileum ⁊ sibi propria dn̄atione sub-
iectum credens ꝙ herodes nō iudicaret euꝫ
sꝫ liberaret subditū suū. Cūqꝫ nec sic profecis
set sed magis illi eum dignum morte accla-
marent: tūc cogitauit saciare iudeorū ipieta-
tatem: ⁊ propterea vt dicitur Jo. 19. Jussit eū
flagellari: ꝑꝑ qđ ad colūnā ligatꝰ ⁊ totus de-
nudatus: a capite ad pedes fuit acriter flagel
latꝰ. Que flagellatio crudelissima ⁊ amarissi-
ma fit septēplici respectu. ¶ Prio respectu te
neritudinis corporalis. cum enim xp̄s habe-
ret carnes tenerrimas ⁊ delicatissimas suꝑ
omnes creaturas. minima percussio in eis fa
cta eas miro modo dilaniabat. ¶ Scđo re-
spectu argumētabilitatis. Si eniꝫ in ipsis p̄n
cipibus sacerdotum scribis et senioribus po
puli in quibus debebat apparere maxia de-
scriptio maturitas ⁊ grauitas etiā in iudican
do sceleratos. tantus fuit furor ⁊ rabies ꝙ ēt
in festiuitate sacrorum dieruꝫ cōtra omnem
consuetudinem ⁊ mores nō erubuerūt cōtra
omnē iustitiā cōtra christum exurgere inno-
cētissimū: qn̄tū credis queso furorē ministros
diaboli omni vtiqꝫ intellectu ⁊ discretione
priuatos in flagellando xp̄m habuisse. Relin
quo hec tibi anime deuote cogitanda. ¶ Ter
tia flagellatio xp̄i fuit crudelissima respectu
cōplacētie: qm̄ ministri xp̄m flagellantes: tan
to plus sciebāt se phariseis placere qn̄to acriꝰ
xp̄i carnes lacerabant. Jccirco ꝓpter hoc om
nē crudelitatem quā potuerunt in flagellādo
xp̄ꝫ exercuerūt a quoruꝫ nimia crudelitate ꝓ

pheta domini ait. Circundederunt me vituli
multi: thauri pingues obsederūt me. Aperue
runt super me os suū sicut leo rapiēs ⁊ rugi-
ens. ¶ Quarto fuit crudellissima respctu li-
bertatis. Qm̄ enim christus positus fuit in li
bertate predictorum ministrorum ad flagella
dum nec eis fuit data aliqua temporis mēsu
ra. Jccirco tanto crudelius christi carnes la-
niabāt qn̄to iniquius xp̄ꝫ odibant ⁊ cōtra eū
malam volūtatem habebant. ¶ Quinto fuit
crudelissima respectu cupiditatis qꝛ eni spes
et cupiditas lucri augēdi vt dicitur. 2. ethico-
rum. mouet agentem ad fortiter operandum
Jccirco ministri diaboli tāto crudelius ⁊ for
tius xp̄m flagellabant: qn̄tū ex hoc maius lu-
crum a phariseis se habituros sperabant.
¶ Sexto flagellatio xp̄i fuit crudellissima re-
spectu vniuersitatis a capite enim ad pedes
vniuersaliter christꝰ fuit flagellatus. nam cru
ra ⁊ coste corporis latera atqꝫ dorsum ⁊ hu-
meri dura flagellatione afflicta fuerūt: ita vt
superficies carnis sue tenerrime atqꝫ delica-
tissime lacerata penitus fuerit: brachia isuper
dure fuerunt ligata atqꝫ cōstricta vt vene ēt
aperirent ⁊ hic ide an̄ ⁊ retro ꝯtumeliose fue
rūt retorta tā in orto qꝫ in domo Anne Cay
phe Pilati atqꝫ herodis. Jn predictis enim
locis vbiqꝫ ligatus ductꝰ fuit. Os quoqꝫ affli
ctum fuit tā repletione sputorum fetidoruꝫ qꝫ
etiā pugnoꝝ ꝑcussione. Facies aūt illa in quā
angeli desiderant perspicere propter vulnera
iflicta effecta ē tota palida ⁊ vulcerosa: adeo
ꝙ leprosus extimaretur. Fuit insuper detur-
pata fetidis sputis impiorū. Gene eius affli
cte fuerūt ⁊ tumefacte ac sāguine ⁊ liuore cō
sperse propter diras ꝑcussiōes pugnoꝝ ⁊ ala
parū: oculi isuꝑ eiꝰ fuerūt velati ⁊ afflicti: atqꝫ
ex pugillis ⁊ alapis enormiter tumefacti ⁊ in
flati. Quid plra ṡꝫ Ber. ⁊ Ansel. a capite ad
pedes facta fuerunt in xp̄i corꝑe sex milia sex
cēta ⁊. 66. vulnera. O aīa si sic vidisses dn̄m
tuū cruētatū ꝑ cuius corpus vbiqꝫ fluebat sā
guis vsqꝫ ad terram: arbitror ꝙ ꝓ eius amo
re nō tm̄ lachrymas funderes: sed isuꝑ ⁊ san
guinē libētissime sꝑgere velles. ¶ Septio de
niqꝫ flagellatio xp̄i fuit crudelissima respectu
coronatōs. Nā vt dr̄. J. 19. postqꝫ xp̄s sic fuit
in corꝑe flagellatus: milites stati fecerūt coro
nā de spinis ⁊ iposuerūt capiti eiꝰ ⁊ veste pur
purea circūdederūt eū ⁊ dicebāt genuflecte n
tes. Aue rex iudeoꝝ. Et dabāt ei alapas per

entiebātqʒ vt dr̄ Mat.15. arūdine caput eiꝰ ⁊ ꝯspuebāt in eū atqʒ eiꝰ barbaʒ depilabant hͦ oia euāgeliste ponūt i locis ꝓallegatis. Nota hic aīa ꝙ pūcture spinaꝝ facte i caput xp̄i mille fuerūt dicēte Bernar. in sermone q incipit. Jesum nazarenū mille inquit pūcturis speciosū eius caput pforatur. Que spine acutissimuʒ dolorē capiti xp̄i inferebāt: pro eo ꝙ propter ingētem percussionem vel ipressionē arundinis ⁊ baculorum. nō tm̄ pellē carnem ⁊ os sed insuper cerebrum penetrabant. Jta vt etiam non tm̄ sanguis sed insuper sacrum cererbrum de eius capite delicatissimo egrederetur. Pretermitto prout dicitur Joan.19. ꝙ ad maiorem christi penam ⁊ confusionem nūc post eiꝰ flagellationē Pilatus fecit christum foras adduci omni populo: habenteʒ coronam spineam in capite suo ⁊ purpureū vestimentum: propter quod ⁊ dixit. Ecce homo quasi diceret. Jste nullʒ habet diuinitatis signum: cum sic eum despectuʒ ⁊ villificatum omnes videatis. Ex prefactis ergo omnibus vidisti anima: qualiter dominus iesus amore tuo ter fuit crudelissime flagellatus: et per ꝯn̄s vidisti. Tertiā acerbissimū dolorem tui saluatoris: qui dictus fuit dolor flagellatiōis.

Quartus insuper dolor acerbissimus amarissimus atqʒ acutissimus quem hodie ꝓ humani generis salute christus suscepit dicitur dolor confusionis. pro cuius doloris declaratione in forma questionis peto a te o christiana anima: que est vituperabilior despectior ignominosior confusibilior atqʒ abhominabilior mors que cōmuniter possit fieri aut malefactoribus dari. Clamans Respondeo. La morte de la croce seu la morte de le forche. Et propterea nihil confusibilius personis dici potest q̄ʒ ꝙ vadant ad furchas. O respice o fidelis anima q̄to amore te christꝰ dilexerit. Qui cuʒ esset dei filius vt dicitur luc.2. Et propterea vt ibidem dicitur in eius natiuitate angeli cantauerunt. Et vt dicitur insuper Mat.2. Magi ab oriente cum muneribus venientes ipsum adorauerunt: et insuper cum esset ille qui creat omnes rationales animas ad eius imaginem ⁊ similitudinem. Quiqʒ de nihilo creauit vniuersa atqʒ vniuersa in esse gubernat: ⁊ qui solus est nobilior cunctis creaturis. Cui etiam soli pertinet peccata remittere gratiam impēdere gloriamqʒ largiri: voluit tm̄ hodie amore salutis tue ebrius confusionem crucis sustinere: tanq̄ʒ si dux esset malefactorum omnium ⁊ princeps: ⁊ ꝙ inter cetera suspendiuʒ crucis turpissimum sit: audi Salomonem sapien.2. dicentem. Dixerunt impij apud se nō recte cogitātes. Circumueniamus iustuʒ quoniaʒ inutilis est nobis ⁊ operibꝰ nostris ⁊ improperat nobis peccata legis. Et diffamat in nos peccata discipline nostre: promittit se scientiam dei habere ⁊ filium dei se nominat. Factus ē nobis in ꝯtradictiōe cogitationum nostraꝝ: grauis est nobis etiā ad videndum: qm̄ dissimilis est alijs vita illius: tanq̄ʒ nugaces extimati sumꝰ ab illo ⁊ abstinet se a vijs nr̄is tāq̄ʒ ab imūditijs. ⁊ profert nouissima iustoꝝ ⁊ gloriat̄ se patrem habere deū. videamus ergo si sermones illius veri sūt ⁊ tēptemus que vētura sūt illi: ⁊ sciemꝰ que erunt nouissima illius. Si enim est verus dei filius suscipiat illū ⁊ liberet eū de manibus contrariorum: cōtumelia ⁊ tormento afficiamus eū ⁊ probemus pacientiā eius: morte turpissima idest crucis cōdēnemus eum: erit enim ei respectus in sermonibꝰ illius. hͦ ibi. Et ēt Jere. ij. dicitur. Cogitauerūt super eū consilia dicētes. venite mittamus lignum. s. crucis in panē eius. i. in corpus eius quod est panis vite: ⁊ eradamus eum de terra viuentiuʒ ⁊ nomē eius non memoretur amplius. hec ibi. Quod autem christus hodie super turpissimam crucem tanq̄ʒ malefactor a iudeis positus fuerit testatur Marcus.15.c. vbi dicit. ꝙ videns Pilatus rabiē iudeorum cōtra christum eis proposuit vt dimitterēt xp̄m aut Barrabaʒ homicidā cū sic eēt cōsuetudo vnum dimittere in pasca. Qui cū postulassent Barrabaʒ dimittēdum statim tradidit illis pillatus christuʒ crucifigendū: ⁊ ecce tres cruces facte fuerunt vna ꝓ xp̄o: alie vero due vt dicit̄ Mat.15. pro duobus alijs latronibus. Sʒ vt crudelius xp̄m tractarēt fecerūt ꝙ cruces duorum latronū a ministris portarent: tertiā vero crucē que erat grauissima ⁊ pōderosa pre ceteris posuerunt super humeros christi flagellis laceratos: vt ex hoc maiorem ei dolorem ⁊ confusionem inferent. Data igitur sententia a Pilato de christo crucifigendo cum latronibus. Ecce anima fidelis ꝙ christo in medio duorum latronum baiulat grauissimaʒ crucē que crucis portatio fuit sibi penosissima triplici respectu. Videlicet respectu ponderatio-

nis. Nam erat grauis ⁊ ponderosa nimis.
Item respectu tractionis: quia vt creditur cū
esset ligatus fune ⁊ laqueo ad collū: violenter
ipsum trahebant: ⁊ sic stringebant guttur ei⁹
ꝙ vix poterat respirare. Itez respectu percus-
sionis. Nam plures percutiebant eum bacu
lis pugnis ⁊ huiusmodi in capite in brachijs
ante ⁊ retro. Cum aūt egrederet̄ Jerusalem
⁊ querulosis vocibus prenimio pondere cru
cis lamentaretur di. Ayme. O fratres mei iu
dei habeatis mihi compasionem. Ayme non
posso piu. Ayme lemie spale. Ayme che pena
sostegno io nel collo mio: e nella persona mia
Quanto magis lamentabatur tanto crude-
lius paciebatur ⁊ trahebatur. Secūdum aūt
Gregorium nazanzenum quando christus
portam ierusalem cum cruce super humeros
egrediebatur. virgo maria que ibi vt videret
filium aduenerat postulauit a Joāne vt duce
ret eam per aliquam viam a populo magis
remotam vt sic videret eum venientem. Et
respiciens iesum qui violenter ceteros latro
nes precibat dixit virgo ad Joānez o fili Jo.
quādo veniet filius meus. O si sic crudeliter
duceretur sicut ille qui habet crucem taz ma
gnam super humeros suos: certe mortua ca-
derem pre dolore: ⁊ nunc ecce ꝙ multum cō
pacior isti pauperculo malefactori qui alios
violenter precedit dic queso mihi Joannes.
Nunqd forte iste qui antecedit est filius me-
us. Cui Joā. lachrymabiliter dixit. O mater
mea non cognoscis ipum: certe ipse est filius
tu⁹ iesus. Ille est fructus ventris tui. Ille est
filius tuus quem concepisti de spiritu sancto
quem magi adorauerunt: ⁊ quem portasti in
brachijs tuis in egipto. Et tunc cecidit inter
ram virgo pre angustia: ⁊ Joan. cum magda
lena: ⁊ ceteris marijs fecerunt ibi plantū ma
gnum. Aspice. o fidelis anima reginam celi
flentem super filium suum ⁊ dicentem ad fi-
lium cum non sineretur a iudeis euz iuuare.
Heu mi fili dulcissime spes mea vnica vbi ē
pulchritudo tua: vbi color: vbi speciositas sup
filios mulierum. Ego nō te cognosco fili qm̄
leprosus videris. O fili mi quis dabit mihi
vt pro te moriar: ambulare non potes: porta
re crucem non vales: te iuuare non sinor. Et
fratres mei iudei miserimini mei: ponite su-
per humeros meos crucem filij mei. O iesu
fili mi quo vadis. O refugiū cordis mei quo
traheris. O spes amor gaudium ⁊ letitia cor
dis mei quo duceris. Nunquid latro es tu.
Nunquid traditor: Nunquid homicida. H
⁊ similia cum christus audiret a sua dilecta
matre statim cecidit in terra cum illa magna
cruce: ⁊ tunc habuit maximum dolorem. Et
prout dicit idem Grego. Nazanze. christus
tunc sensit maiorem dolorem q̄z nunquā sen
serit vsqz ad illam horam: ⁊ non potuit plus
portate crucem pro eo ꝙ vidit etiam matrez
suam sibi cum ipso semimortuam cecidisse
in terra. Et tunc vt dicitur Mat. 15. angaria
uerunt Simonem quendam de villa veniē-
tem patrem Alexandri ⁊ ruffi. qui eam vsqz
ad locum portauit. Quando vero fuerunt in
loco caluarie vbi capita malefactorum decal
uabantur: cum veluti latronem confusibiliter
crucifixerunt. Que crucifixio. Triplici maxi
me respectu christo penosa fuit. ¶ Primo re
specxu associationis. Nam vt dicitur Mat.
15. iudei crucifixerunt simul cuz christo duos
pessimos latrones ponentes eum in medio.
eorum in altiori cruce: ad hoc vt ab homini-
bus veraciter rex latronum fuisse crederetur.
¶ Secūdo fuit crucifixio christi penosissima
respectu renouationis: anteq̄z eum crucigē
rent exuerunt eum vestibus suis: mittentes
sortem in eis iuxta sententiam prophete dicē
tis. diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ sup ve
stem meam mi. sortem. Quoniam autem ve
stes eius erant carni aplicate propter plagas
⁊ sanguinem ex flagellatione effusum: iccirco
dum eas violenter extraxerunt: omnes pla-
gas in christi corpore renouauerunt: que pla-
garum renouatio cum sanguinis effusiōe nō
fuit minoris doloris vt arbitror q̄z propria
ei⁹ flagellatio. ¶ Tertio crucifixio christi fuit
penosissima respectu modificatiōis. Nullaz
enim humanitatez voluerunt habere perfidi
iudei in crucifigendo saluatorem. Cogitare
enim potest anima ꝙ dum eum vellent cru-
figere: vnus militum accepit eum impetuose
per capillos qui sibi remanserant trahens cū
ad terram super crucem: que ibi iacebat: ⁊ ac
cepit vnus brachium eius dextrum: alius te-
nendo sinistrum alius vero furia plenus for-
titer trahebat pedes ⁊ sic signauerunt fora-
mina in quibus volebant figere clauos. Qui
bus perforatis vnus eoruz a parte dextra dn̄
manum crudeliter eleuaret: statim rogatus
fuit a dulcissima virgine Joāne Magd. ac
ceteris marijs: qui omnes genuflectebāt bra

chijs canzelatis:vt ictum darent mitiorem. Qui rñdens dixit. Ecce dabo plane: ⁊ furore ebrius dedit ictum fortissimū q̃ztuȝ potuit ⁊ sepius refirmauit propter qđ clauus ille cū eēt obtusus prout creditur lacerauit sibi totā pellē carnē neruos venas ⁊ ossa. Q̃d mr̃ vidēs in terra mortua cecidit. O pessime iudee q̃ȝ crudeliter ex illo furibūdo ictu reginā celi ⁊ āgellorum in corde pcussisti: certe si fulgur maximū descēdisset: si terribile tonitruū cor ei⁹ pcussisset: si aqua maris tota super terram eleuata esset: si ignis de celo magnus corruisset ita vt omnes mūdi hoies cōburet: si celū fractuȝ fuisset ⁊ omnes angeli celorū vsqȝ in infernum corruissent: nequaq̃ȝ h omnia ita cor virgis pijssime ⁊ benedicte scindissent sicut ille fecit ictus acerb⁹. Fixo clauo in dextra manu statim alius ab alia p te christi manuȝ corda trahere cepit vt ad foramen longius factū pertingere posset. Stringētibus ergo dētib⁹ vi traxerunt brachiū ⁊ neruos iam retractos ⁊ frangentes carnē ⁊ neruos manū vsqȝ ad foramē ptraxerunt: ⁊ accipiens vnus clauuȝ cū malleo volēsqȝ clauum in eius manu figere super crucem: rogatus fuit a virgine ⁊ ceteris vt mitius daret quam primus fecerat. Qui oi pietate postposita virgini non acquiescēs crudelissimo ictu manū iesu totam dilacerauit. Et tunc vt pphetauerat Symeon Luc.2. animaȝ viriginis gladius doloris pertrāsiuit: adeo q̄ virgo prostrata quasi insensibilis remāebat. Fixo autē scđo clauo affuit ⁊ tertius diaboli minister cum clauo grandi ⁊ malleo: ⁊ posito vno pede christi sup alio eo q̄ latus crucis erat strictus: cepit cum alijs xp̄i pedes fune violēter trahē: ita q̄ ossa stridebāt: nerui frangebant: caro scindebatur: vene lacerabantur. Et adeo omnia ossa videbātur q̄ numerari poterāt dicente ppheta. Foderunt manus meas ⁊ pedes.m.d.o.o.mea. Quibus factis malleū eleuans crudelissimo ictu tertiū clauum pedibus iesu infixit. Et tūc ab eisdem pedibus sicut a sacris manib⁹ sanguis qui remanserat abundāter de cruce ad terram defluebat. Et profecto.o anima. si presēs fuisses: vidisses q̄ pedes ⁊ manus iesu videbantur quasi quattuor canalia sanguinem iugiter effundentia. Extende te hic ad practicam prout libet. Ex predictis etiaȝ omnibus vidisti anima quartum dolorem acerbissimum tui saluatoris. quē pro amore tuo i sua crucifixione sustinuit qui dictus fuit dolor effusionis.

Quintus insuper dolor acerbissimus amarissimus atqȝ acutissimus quem christus hodie i cruce suscepit dicitur dolor cōculcatiōis q dolor non corporalis sȝ mentalis fuit. Stans igitur dñs iesus in forma iniquissimi latronis in cruce pro mundi salute: ⁊ preuidēs q̄ per ingratitudinem plurimi ⁊ quasi innumerabiles cōculcarēt preciū sue mortis ⁊ sanguinis preciosi: ⁊ propter hoc pauci saluarentur: tm̃ doluit q̃ztuȝ fuit preciū sui saguinis ex ingratitudine deperditum. dicente Aug.21. de ciuitate dei. i amissione rerū necesse est vt tantus sit dolor. q̃ztus ihеserat valor. Quāti aūt de tāto beneficio sanguinis ingrati existant: audi prophetam dicentem. Dominus de celo prospexit super fi.ho. vt vi. si est in. aut. re. d. oēs declinauerunt ⁊c. Si igitur o fidelis anima a me q̄reres que fuit maior pena in christo: an crudelis flagellatio ⁊ crucifixio: an ingratitudo anime pro tāto bono. Clamans Respondeo q̄ fuit ingratitudo quod tripliciter probo. Primo auctoritate Scđo ratiōe. Tertio similitudine. ¶ Primo pbo auctoritate. q̄ christus in anima dolorem suscepit maiorem de animaruȝ ingratitudine q̃ȝ de sua flagellatione morte ⁊ crucifixione. Naȝ philippus canzelarius parisiensis in quadam psula valde notabili prout ponit Bona. in tertio. di.16. ar. vltio. q. vlt. sic dicit. O hō vide que pro te patior: nō est dolor sicut ille quo crucior: ad te clamo q pro te morior: vide penas quibus afficior: vide clauos quibus cōfodior ⁊ cum sit tantus dolor exterior: extat interius planctus pregrauior: te cū ingratū tm̃ experior. hec ille. ¶ Scđo hoc idē probo vnica ratione videlicet finalitatis. Fūdamentum rōnis ponit Tho. super.2. phi. di. Ex perditione finis: magis augetur dolor q̃ȝ ex perditione eorum que sunt ad finem patet hec regula. Nam videmus per experientiaȝ q̄ quando aliqs per totum ānum exsudauit ad laborandum agrum seu vineam: si postea adueniat tēpestas seu pruina auferens fruct⁹ campi ⁊ vinuȝ recolligendum: talis grauius de hoc dolet q̃ȝ de labore ⁊ sudore totius āni Quo presupposito certū est q̄ christus hoc fine voluit flagellari mori ⁊ crucifigi: vt quisqȝ gratus existat de tanto beneficio: ⁊ per consequens saluetur. Et propterea cuȝ videt aias

ingratas: ⁊ per ꝯn̄s a ſalute excludi magis dolet ꝓpter hoc q̄ȝ doluerit de ſua morte et paſſione. ¶ Tertio hoc idem ꝓbo ſil̄itudine mercatoris. Videmus enim ꝙ mercator q per mare ⁊ terrā ſudauit per triēniū ad congregādū merces.25.milliū ducatoꝝ: ſi poſtea adueniat in mari tempeſtas que nauē cuȝ mercibus ſubmergat: tm̄ i ſe dolorē ſuſcipit quātum extimabit valorē merciū ſuaꝝ ſubmerſaꝝ. A ſil̄i fecit Chriſtus qui cum ſpatio 33.annoꝝ ſemꝑ ſudauit in penitentijs ⁊ tandem in ſanguinis effuſione pro ſaluādis aiabus. Videns ꝙ per ingratitudinē caꝝ perdit precium ſui ſanguinis: tm̄ in corde doluit quātum erat preciuȝ ſui ſanguinis effuſi. Et ſi ſola ſanguinis gutta effuſa cum preualeret toti ſanguini martyꝝ: ⁊ infinitis mundis ꝓ eo ꝙ effundebat̄ cum infinita charitate: tm̄ dolorem de eius perditiōe in xp̄o generauit quātum credis ꝙ ſuſceperit xp̄s dolorem ex perditione quaſi totius ſanguinis ſui. Extēde te ad predicta in predictis ꝓut tibi placet Ex prefata etiam aucte rōne atqȝ ſil̄itudine vidiſti aīa qntum: doloreȝ tui ſaluatoris qui dictus fuit dolor conculcationis.

ſ Extus etiam dolor acerbiſſim⁹ amariſſimus ⁊ acutiſſimus quē Chriſtus hodie ſuſcepit dicit̄ dolor abbreuiationis. Qui dolor etiam fuit non corporalis ſed mentalis. Quia eni dn̄s Jeſus habebat infinitam charitatē intellige reſpectu ꝑſone idcirco deſiderabat ſtare fixus in cruce cum oībus ſupradictis penis: non tm̄ vſqȝ ad finē mundi: ſed etiam vſqȝ ad infinituȝ tempus. Videns aūt ꝙ non poterat i perpetuum ex charitate ſic cruciari: tm̄ doluit quātum ſolū deſideriū implere nequiuit: ⁊ quātū ſe intelligebat ſic dolendo mereri. Celeſtis tn̄ pater qui plus ponderat voluntatē q̄ȝ opus: precipue qn̄ deeſt neceſſitas ⁊ facultas opis: tm̄ ſibi ex hoc preſtitit meritū: quātum ſi eternalr̄ fuiſſet cruciatus. Et ꝙ ſic vellet in eternum pro nobis cruciari: patet ex hoc ꝙ apparens Petro extra romā dum egreſſus carcerem eſſet ⁊ fugeret: dum ab eodem Petro interrogaretur quo iret rn̄dit: Vado romā iterū crucifigi.i.lȝ nunc exquo ſum glorioſus ſum impaſſibilis: tn̄ adhuc voluntatē habeo ꝙ iugiter ſi neceſſe ⁊ poſſibile foret iteꝝ pro aiab⁹ crucifigi vellē. O amor īmenſus: o charitas inextimabilis: o dilectio inaudita erga nos noſtri ſaluatoris. Videns inſuper Chriſt⁹ in cruce ꝙ paꝝ durat dilectio xp̄ianoꝝ erga ipſum: ⁊ ꝙ paruū vel nullū hn̄t xp̄iani deſiderium pro ipſo patiendi: ⁊ ꝙ nec vel minime tentationi reſiſtant ꝓpter ipſuȝ: nec minimā lachrymā pro eius amore fundant: tanto ꝓ his grauius hodie in cruce dolebat: quanto nos eſſe remotiſſimos a ſua charitate cōſpiciebat. ꝓpter qd̄ Jſa.i ꝑſona ipſius dei.54.c.dicebat. Non enim cogitatōes mee cogitatiōes veſtre: neqȝ vie mee vie veſtre dic̄ dn̄s Sed ſicut exaltāt̄ celi a terra: ſic exaltate ſūt vie mee a vijs veſtris. hec ibi. Ex prefactis etiam vidiſti aīa ſextuȝ dolorē tui ſaluatoris qui dictus fuit dolor abbreuiationis.

ſ Eptimus deniqȝ dolor acerbiſſim⁹ amariſſimus atqȝ acutiſſimus quē hodie pro te: o popule xp̄iane ſuſtinuit dei filius dicit̄ dolor mortificatiōis. Cū enim vt dicit̄.3.ethicoꝝ. Mors ſit terribiliſſima oīuȝ penaꝝ. hanc penā maximam hodie xp̄s expertus eſt: dum ex ſeparatōe aie a corpore veraciter mortuus eſt. Verūtn̄ anteq̄ȝ o aīa modū ſue mortis pandam ſcire debes ꝙ ante eius mortem dum in cruce penderet confuſibiliter a iudeis veluti latro riſu ⁊ verbis deriſus fuit. Proinde propħa in ꝑſona dn̄i ait. Omnes vidētes me.d.me.l.ſ.l. ⁊.xxi. caput. Et Matth.27. deridentes dicebant. Alios ſaluos fecit ſeipſum non pōt ſaluū facere. Si rex iſrl̄ eſt deſcendat de cruce ⁊ credimus ei. Et ibidem dicit̄ pretereuntes blaſſemabant cū mouentes capita ſua: ⁊ dn̄tes. Vah qui deſtruis templuȝ dei ⁊ in triduo rehedificas illud.h ibi. Et poſtq̄ȝ ſil̄es confuſiones xp̄s ſuſcepit: anteq̄ȝ veniret ad mortē ſeptem ꝓtulit verba que ſuccinte percurro: q2 illa diffuſius declarabo i quadrageſimali de fructibus ſacratiſſime fidei. ¶ Primum igit̄ verbū ſic̄ habet̄ Luc̄.23. protulit cū dixit Pater ignoſce illis q2 neſciunt qd faciunt: ⁊ fuit verbū magne charitat̄. De h ꝓpħauit Jſa.53.c.di. Ipſe multoꝝ peccata tulit: ⁊ ꝓ trāſgreſſorib⁹ orauit vt nō perirēt. ¶ Scd̄m verbū dixit Luc̄.23.ad latronē. Cum eni latro pendens a parte ſiniſtra etiā xp̄m blaſſemaret ⁊ alius increparet cuȝ.di. Neqȝ tu times deū: nos qdem iuſte digna factis recipimus: h aūt nihil mali fecit: ſtatiȝ ꝯuerſus ad xp̄m dixit. Memento mei cū veneris in regnū tuū. Qui rn̄dit. Amen dico tibi: hodie

Ertium argumentum vnumquemque certificans de futura vita et eterna felicitate dicitur argumentum participationis. Fundamentum huius argumenti ponit philo. 2. de anima. 5. phi. et io. me. di. Medium naturaliter participat de natura extremorum. patet hec regula. Nam si homo ab vna parte sit conuersus ad ignem: ab alia vero parte ad frigidum aerem seu aquam vtique simul et semel sentit frigus et calorem. hoc idem patet de pomo in arbore existente: quoniam pars que lucem solis respicit fit alba et rubicunda: et econtra pars alia que versus terram respicit remaner nigra palida et insipida. Hoc idem patet in domino nostro Jesu christo qui cum fuerit mediator inter deum et hominem vt sic eos ad inuicem pacificaret iccirco participauit de vtroque extremo: quia fuit verus deus et verus homo dicente apostolo. i. thi. 2. vnus inquit deus et vnus mediator est dei et hominum homo chrystus Jesus qui dedit redemptionem semetipsum pro nobis. hec ibi. Et atha. in simbolo ait. Est ergo fides recta vt cre. et confi. quia dominus noster Jesus christus dei filius deus et homo est. etc. Similiter quia anima christi erat media inter deitatem et carnem que vtrique erat coniuncta: iccirco in cruce posita secundum partem superiorem qua erat deitati vnita erat gloriosa et impassibilis. secundum vero partem inferiorem qua carni erat vnita erat dolorosa et patiebatur. Quo presupposito. quod videlicet medium participat de extremis. Certum est quod triplex reperitur substantia in creaturis. Quedam est substantia pure corporalis: ~~corporalis~~: sicut sunt elementa celi planete et huiusmodi. Quedam est substantia omnino incorporalis et spiritualis sicut sunt angeli dei. Quedam vero est substantia composita: que scilicet partim est spiritualis et hic est homo qui corporalis est ex parte corporis et spiritualis ex parte anime. Quarta substantia esse non potuit. scilicet quod aliqua creatura esset nec corporalis nec spiritualis. Sed clarum est quod creatura pure spiritualis videlicet angelica est immortalis et perpetua dicente platone in thimeo. O dij deorum quorum opifex deus est: vos opera estis natura quidem dissollubilia. dei tamen voluntate indissolubilia et perpetua. hec ille. Similiter et creatutura seu substantia pure corporea est etiam incorruptibilis et eterna pro vt sunt celi corpora celestia sol luna sydera elementa et huiusmodi. dicente philosopho lib. de motibus animalium. Corpora inquit celestia necessario sunt incorruptibilia. Et. i. de celo et mundo. ait. Celum est ingenerabile et inalterabile et inaugmentabile. nec est leue nec graue cum sit elongatus a contrarijs et non potest recipere periginas impressiones i. hec ibi. Et commentator. 8. methaphisice ait. Corpora celestia non habent materiam que est in potentia ad corruptionem: sed materia eorum est aliquid in actu. scilicet corpus: ideo dignius habet hoc nomen subiectum vel substantia quam materia hec ille. Quod si sic est quod substantia pure spiritualis et pure corporea sint perpetua: ergo creatura media ex vtrisque composita necessario similiter erit perpetua et eterna. Aliter sequeretur quod media non esset ex quo non participaret de suis extremis. Et licet corpus corrumpatur et non anima que participat de natura angelorum: tamen iterum resurget et reintegrabitur in iuditio generali et coniunctum cum anima simul recipiet aut perpetuam gloriam aut penam dicente apostolo. i. the. 4. Si

enim credimus ꝙ Jesus mortuus est ⁊ resurrexit. Ita ⁊ deus eos qui dor. per Jesum adu. cum eo. Et infra subiungit. quoniam ipse dominus in iussu ⁊ in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo. ⁊ mor. qui in christo sunt re. primi. Deinde nos qui vi. q re. su. simul rap. cum illis in nu. ob christo in aera: ⁊ sic semper cum domino erimus hec ibi. Et prime cor. 15. ait. In momento i ictu oculi i nouissima tuba ⁊c. hec ibi. Que simul omnia confirmans Grego. 4. dialogorum dicit. Tres vitales spiritus creauit omnipotens deus. vnum qui carne non tegitur ⁊ est angelorum. Alium qui carne tegitur ⁊ cū carne moritur ⁊ est brutoruz. Tertium qui carne tegitur sed non cum carne moritur ⁊ est hominuz: quorum anima perpetua est. Principium quidem habuit sed finem non habebit. hec ille: Ex prefactis etiam patet tertium argumentū demonstratiuū future felicitatis.

De quarto argumēto ostensiuo future felicitatis quod dicitur argumentuz appetitionis

Quartuz insuper argumentum vnum quemqz certificans de futura vita et eterna felicitate dicitur argumentum appetitionis. Fundamentum huius argumēti ponit philosophus quito phisicoꝝ. di. Omne quod mouetur ab alio mouetur qr motus ois requirit quinqz. scilicet tempus: terminū a quo: terminuz in quem: mobile: ⁊ mouens proximum. patet hec regula in motu lapidis ad cuius motum requiritur tempus: requiritur terminꝰ a quo moueatur: requiritur terminus in quem scilicet collocetur: requiritur ipse lapis: qr aliter in lapide non fieret motus demuz requirit necessario hō vel aliqd aliud qui primꝰ lapidi lapidez moueat. hoc idem exēplifica d motu hūani corporis qd aia mouet qm predicta. 5. etiā requirunt. Quo presuposito certū est ꝙ aia mouetur nāli appetitu ⁊ desiderio ad volendū eternā felicitatez pro eo ꝙ siue vigilado ⁊ dormiēdo siue laborando ⁊ vacando atqz in cunctis operibꝰ sēper naturale desiderium hominis mouet ad appetēduz quandaz eternā felicitatem ⁊ beatitudinem: dicente Boe. psa. 2. 3. li. Omis mortaliuz cura quammultipliciuz studioꝝ labor exercet diuerso quidez calle procedit sed ad vnuz tantuz beatitudinis finē nititur peruenire. Id autem est bonū quo qs adepto nil vlteriꝰ desiderare. queat Et infra subdit. Inest enī mētibus hominū veri bōi naturaliter inserta cupiditas sz ad falsa deuiꝰ error abduc. hec ille Et aug. 10. de ciui. dei. c. i. ait. Omiuz certissima snia ē qui rōne quoquomō vti pnt oēs homines velle esse beatos ⁊ felices. hec ibi. Et 14. de trini. ait. Oēs hoies tā boni q̄ʒ mali nāliter appetūt beatitudinē. Et phs. i. ethi. ait bene enūciauerūt. s. Alij phi dnites cē aliqd. bonū qd oia appetūt. Et. 7. ethi. dic dinū quod dā i se hnt oia a nā. i. iclinationē q̄ʒdā ad suuz principiū tanq̄ʒ ad finē a quo depēdēt. Et. 2. de aia ait. Esse dinū ⁊ ppetuū oia nālr desiderāt vt ipso semꝑ eē ꝑticipēt. ⁊ cā illiꝰ agūt q̄cūqz agūt ꝯz nāʒ. Et. 3. tho. dic. maxie bonū maxie oēs appetūt. deniqz. 12. meta. ait primū bonū ē nālr ab oibꝰ maxie appetibile. ꝓpha. hoc ēt desideriuz hēbat cū dicebat. Quēadmodū desiderat cerūꝰ ad fontes aquaꝝ: ita desiderat aia mea ad te deus. Sitiuit aia mea ad deuz fontē. vi. q. ve. ⁊ appa. ante faciez dei ⁊c. Quo etiam concesso ꝙ scilicet nālis appetitus hōis mouetur ad appetendū q̄ʒdam eternā vitā ⁊ felicitatē. peto qs mouet hūanum appetitum ad volenduz eternaz beatitudinē vel quis dedit hōi hoc naturale desiderium Et certuz est ꝙ ipse deus dicente pho. 3. de aia. Mouens inquit est duplex. s. mouens imobile qd est appetibile ⁊ mouens motum qd est potentia appetitiua anie. hec ibi. Et. 11. meta. dicit. Primus motor mouet vt amatū ⁊ desideratū. Et auerois li. de substātia orbis ait. Omis motꝰ presupponit primū mouēs qd est deꝰ sine quo nullus est motꝰ. Quod cōfirmans apostolus. 2. cor. 3. ait. Nō sumꝰ sufficientes cogitare aliquid a nobis. quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est. Et ꝙ sit deus mouens appetitum hominis ad beatitudinem etiam phs. v. phi. ratione confirmat di. In mouentibus ⁊ motis non est ꝓcessus in infinitum sed est venire ad primum mouens imobile. quod sic patet. Nam manus mouetur in virtute brachij brachiū i virtute cordis cor i virtute aie aia aūt necessarie mouet in virtute ipsiꝰ dei. Quibꝰ premissis ꝙ deus mouet hūanū appetituz ad volendū futurā ⁊ eternā vitā vltra pntez. Tunc vlteriꝰ q̄ro. aut futura vita ⁊ felicitas est aut non. Si sic habeo intentum: qr est alia felicitas q̄ʒ presens: si non: ergo deus ociose vane stulte et

frustra mouet appetitū hominis ad volēdū illud quod non est: ⁊ per consequens fundat apppetitū nostrum super re falsa ⁊ ipossibili. Sed hoc est oio impossibile qꝛ vt dicitur. 3. de anima scdo. celi ⁊ mundi. primo ⁊. 4. phisicorum. Deus nihil facit frustra nec deficit in necessarijs, nec abundat in superfluis. Quod si sic est oportet ergo concludere ꝙ sit alia vita ⁊ felicitas ꝗ͞ presens. quod confirmans cōmentator super. 2. metha. ait. Desiderium naturale nō potest esse frustatoriū. Et philoso. j. ethicoꝝ. dicit. Appetitus est rei nō habite sꝫ possibilis haberi. Quod si obiceres. Ille naturaliter inclinatur ad luxuriam ergo necesse est ꝙ sit luxuriosus: ne istud desideriū sit fru frustratoriū. Respondeo ꝙ istd desideriū nō est ex natura pura sꝫ ex natura culpabili ⁊ corrupta. Nō eni loquor de tali desiderio qꝛ tale desideriū pōt ⁊ debet esse frustratorium: sꝫ loquor de illo puro ⁊ naturali desiderio innato ipsi anime ex primordio ⁊ origine ipsi⁹ humane creature. Quod si vlterius diceres ꝙ sm phm. 3. ethicorū. c. 5. voluntas est etiā impossibilium. Respondit Ri. in. 4. di. 43. ar. j. q. j. in corpore. q. di. Licet appetit⁹ volūtat̄ deliberatiue possit eē circa impossibilia ꝑut est appetitus volandi ⁊ huiusmodi: hoc tamē de naturali apetitu nullo modo vere potest dici: quia null⁹ naturaliter appetit id quod impossibile est haberi. Et ꝗ͞uis in aliquo frustretur naturalis apetitus propter aliquod accidens vt in dānatis qui naturaliter appetunt felicitatem quaꝫ impossibile est eos consequi propter suam obstinationem: tamen null⁹ naturalis appetitus creature ratiōalis frustrari potest vniuersaliter ⁊ ꝑ se: propter ꝙ sicut videmus ꝙ deus circa alios appetitus naturales ne essent frustra ⁊ varni ꝑuidit de remedio: vt appetitui mādućandi ⁊ bibendi prouidit de cibo ⁊ potu: appetitui generandi prouidit de coytu in sacramento matrimonij ⁊ sic de singulis: sic a fortiori circa appetitū beatitudinis qui est nobilior precedentibus deus prouidit de remedio. ne scilꝫ talis appetitus frustra esset: quia videlicet sibi dabit eternaꝫ beatitudinē. Et sic ex prefactis patet quartuꝫ argumentū demonstratiuum future felicitat̄.

¶ De quinto argumēto ostensiuo future felicitatis quod dicitur argumentū iustificatiōis.

(q) Uintum argumentum vnūquodqꝫ certificans de futura ⁊ eterna felicitate dicitur argumentum iustificationis seu iustitie. Fundamentum huius argumenti ponit philosophus lib. de animalibus di. Omnis perfectio existēs in secūdis causis perfectius est in prima causa. patet hec regula. Si enim pater ⁊ sol vt dicitur scdo phisicorum. hanc perfectionem habent ꝙ perfectum hominem seu filium generant: a fortiori hec perfectio inueniri debet in prima causa que deus est: ꝑpter quod celestis pater ab eterno generauit filium suum omnibus filijs in infinitum nobiliorem. ¶ Similiter si inuenitur virtus iustitie in ratiōali creatura: multomagis inueniri debet in ipso creatore precipue cum sit preclarissima omnium virtutū moralium vt dicit philosophus. 5. ethicorum Immo tāta est nobilitas iustitie ꝙ prius debet deseri omnis amicitia ꝗ͞ ipsam iustitiaꝫ corrumpere velle: dicente philosopho primo ethicorum. Duobus amicis existentibus: sanctum est prehonorare veritatem quia pro salute veritatis ⁊ iustitie necesse est omnē amicitiam deserere. Et. 3. ethicorū dicit. Melius est mori ꝗ͞ facere contra veritatem bonā. s. iustitie. Quo presupposito ꝙ tantus est amor iustitie in pluribus ꝑsonis ꝙ etiā omnis amicitia ⁊ propria vita cōtennitur: certū est ꝙ in īfinitū est maior amor in deo ꝗ͞ in omnib⁹ simul creaturis qui etiam ne iustitia perderetur voluit filium suū omnibus angelis ceterisqꝫ creaturis nobiliorem crucifigi. Quod si sic est: clarum est ꝙ necesse est esse futuraꝫ vitam in qua fiat remuneratio bonorum ⁊ punitio malorū. Quod si nō eēt futura felicitas qꝛ scilꝫ mortuo corpore moreretur ⁊ anima ꝗ͞ta bona irremunerata remanerent: ⁊ ꝗ͞ta mala impunita. Nonne videmus in hac vita multos religiosos ⁊ religiosas qui propter deum mundum contēnunt: castitatem perpetuā ⁊ volūtariā paupertatem obseruāt: quiqꝫ reiecta propria voluntate vsqꝫ ad sepulturaꝫ obedientie prelatorum se submittūt. vbi est ergo tantarum virtutuꝫ ⁊ bonorum suorum remuneratio. certe non in hac vita: non in hoc seculo: ergo in alio: ergo anima est inmortalis: ⁊ per consequens est alia preter istaꝫ eterna felicitas. Hoc idem intelligendum est esse de virtuosis mūdanis qui precepta dei ob-

seruant:aduersitates paciēter tollerant.quiq3 omnes mondanas delectatiões atq3 peccata contēnunt:preterea an non videmus in hac vita malos homines puersos iniquos blasfematores superbos luxuriosos bonis temporalibus dignitatibus magnificentijs delectationibus diuitijs atq3 omni mūdana gloria abundātes:certe sic. Sed nunquid videmus eos pro suis peccatis sicut iustitia exigit percuti flagellari atq3 puniri: Clarū ē ꝙ nō:vbi est igitur queso o deus iustitia tua:certe non in hac vita:ergo est in alia:ergo necesse est futuram vitam cōfiteri in qua ꝛ bona remunerētur:ꝛ mala puniātur. Quod cōfirmās Salomon ecclesiastices vltimo.ait. Finē3 loquēdi omnes pariter audiamus:deū time ꝛ mādata illius obserua:hoc est aūt omnis homo Et cūcta q̄ fiūt adducet deus in iuditiu3 pro omni errato siue bonum siue malum sit. hec ibi. Et apostolus scḋe cor.5.ait. Omnes eni nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt recipiat vnusquisq3 propria corporis sui,p ut gessit siue bonum siue malum. propterea Mat.16. Saluator ait. Reddet vnicuiq3 ſm opera sua. Et certe si deus predictā iustitiam non faceret:valde iniqu⁹ꝛ iniustus existeret pro eo ꝙ contemptores ipsius dei:atq3 transgressores suorum sanctorum preceptorum preferret in hac vita amātibus ꝛ timentibus cum ꝛ seruantibus leges eius. Iniustior aūt ꝛ iniquior apparet deus si nihil penitus etiā in hac vita daret amicis ꝛ cultoribus suis a quibus exigit tot ꝛ tanta seruare ꝛ custodire. Iniustissim⁹ vero ꝛ iniquissim⁹ profecto existeret:si amicis suis in eorum morte omnia auferret ꝛ ꝙ plus est si eos ad nihilu3 rediceret atq3 in eternum sua ꝛ angelorum sotietate priuaret. Que omnia cum sint impossibilia quia ad quodlibet paruum inconueniens in deo vt dicit Anselmus li.cur deus homo.sequitur impossibilitas: necessario concluditur ex hoc esse aliam futuram ꝛ eterna3 vitam. Ex prefactis etiam patet Quintu3 argumentum demonstratiuum future vite ꝛ eterne felicitatis.

¶ De sexto argumento ostensiuo future felicitatis quod dicitur argumentū ,pportiōis.

Sextum argumentum vnumquenq3 certificans de futura vita ꝛ eterna felicitate dicitur argumentum proportionis. Fundamentum huius rationis pōit Scotus super secūdo de anima.di. Ex conditione ꝛ qualitate obiecti cognoscitur conditio ꝛ qualitas sue potentie.patet hec regula. Si enim obiectum est corporale prout est color vel corpus coloratum:ergo potentia visiua ipsius apprehēsiua est corporalis. Si obiectum est spirituale sicut est scientia: ergo potentia intellectiua ipsius apprehēsiua spiritualis erit. Si āt obiectū corporale.i.spūale magnum fuerit:ergo potentia eius apprehēsiua erit magna:ꝛ si obiectum est corruptibile potentia ipsu3 apprehendens corruptibilis erit. Quo presupposito certum est ꝙ cum sit duplex potentia in anima videlicet intellectiua:ꝛ volitiua. Obiectum potentie intellectiue est simpliciter vniuersalis veritas ꝛ incorruptibilis dicente philosopho scḋo de anima. Intellectus inquit est vniuersalium. sensus vero particularium. Et.3.de anima dicit. Intellectus in homine duplex est speculatiuus ꝛ praticus:ꝛ differunt in fine:quia finis speculatiui ē simpliciter veritas:preteriti autē finis est opus. Sed claru3 est vt prediri ꝙ talis veritas est incorruptibilis sicut probat Augu. in soliloquijs.cum sit talis nature ꝙ etiā ipa negatio veritatis veritatem ponit. dicente philosopho.i. posteriorum ꝛ.2.prioru3. Ex his bene sequitur verum sed ex veris nō nisi verum. Quod si sic est:ergo potentia intellectiua ipsa3 veritatem apprehendens est omnino icorruptibilis ꝛ per ꝯsequēs sic̄ veritas est eterna sic animam intellectiuam oport3 eternam esse. Quod confirmans Aug. vbi supra in soliloquijs ait. Omnis substantia conprehensiua veritatis inq̄tū est veritas:est i mortalis.h ibi. Veritatem hic intellige essentiam rei inq̄tum est abstracta a materia ꝛ ab omnibus malis conditionibus prout ē cū apprehendit homo qui predicatur de omnibus hominibus. Obiectum aūt potētie volitiue ſm eunde3 philosophu3 est vl'e ꝛ icorruptibile bonum propter quod cum ipsa sit capax predicti boni vniuersalis ꝛ incorruptibilis:quia vt dicit Augu.eo anima imago dei est quo eius capax est ꝛ particeps esse potest:seqtur ex hoc ꝙ non tm̄ anima nō ē corruptibilis sed vltra hoc oportet ꝙ si deus ordinate,pcedit repleat predictam capacitatem humane voluntatis. Quod si non repleret posset deus causari vt

de impotentia quasi hoc non possit facere si-
cut de eo qui cepit hedificare ⁊ non potuit ꝑ-
ficere:vel de malitia sicut de patre filium suū
famelicum non pascente:vel de insipientia si
cut de illo qui credit habere modicum vinuꝫ
tempore vindemie ⁊ magnum vas preparet
hec aūt nullo mō sunt dicenda de deo. Quia
ipse est sūme potens dicente propheta. Om
nia quecunqꝫ voluit dominus fecit in celoꝝ ⁊
in terra Et sūme bonus. Mat.19. Nemo bo
nus nisi solus deus ⁊ sume sapiens. ecclesia
stici.j. Omnis sapientia a dn̄o deo ē. propter
que oīa necessario cōcluditur ꝙ aīa humana
est incorruptibilis ⁊ insuper replebitur in fu-
turo eterna felicitate ⁊ oībus bonis. Cuꝫ bea
titudo vt dicit Boe. prosa.2. tertij libri sit sta-
tus omnium bonorū agregatione perfectus
⁊ per consequens ex prefactis patet sextuꝫ ar
gumentum demonstratiuū eterne vite ⁊ fu-
ture felicitatis.

¶ De septimo argumēto ostensiuo future fe-
licitatis qđ dicitur argumētuꝫ pregustatiōis

Eptimū argumentuꝫ deniqꝫ vnum
quēqꝫ certificās de futura vita ⁊ eter
na felicitate dicitur argumētū pregu
statiōis. Fundamentū huius argumēti ponit
philosophus.j. de aīa. di. Accn̄tia ꝯferunt ma
gnā partem ad cognoscēdum de sbo ꝙ quid
est. patet hec regula. Nā medicꝰ q̄ꝫ plurimuꝫ
ex accidētibus que adueniunt in corpore in-
firmi:cognoscit cāꝫ infirmitatis eius:quā alr
nō cognouisset. Similiter astutus iudex co-
gnoscit ex accidentibus apparentibus in fa-
cie latronis vel homicide ipsum latronē vel
homicidā sicut est cum videt eū tremescē pa
lescere. hr̄e loquelaꝫ cōfusaꝫ. ⁊ huiusmodi. Si
militer mulier cognoscit plerūqꝫ se grauidaꝫ
eē ex accidētibus que sibi adueniūt lꝫ nihil fe
tus in corpore sentiat. Sicuti est qn̄ nō hꝫ ap
petitū cōsuetū: qn̄ veniūt sibi lassitates:quā-
do appetit cibos cōtrarios ⁊ hmōi. Fallit tn̄
regula aliquādo in quibusdā:respectu mr̄icis
que cū sit ꝓna ad generandū:facit replere vē
trem vento vsqꝫ ꝑtus tempus. Cognoui quā
dā vxorē magni militis que ꝑ nouē menses
grauida videbatur:propter qđ iam fuerāt in
uitati cōpatres ⁊ cōmatres ⁊ parata etiā fue
rant omnia ad nuptias necessaria. Que cum
dēberet parere fece vno fiolio puzolēto ouero
vno saco de corege longe longe longe ⁊ nihil
aliud peperit. Et hoc verissimū fuit. hec tamē
recreatiōis gratia ꝓ nunc dicta sint. Quo p̄
supposito ꝙ videlicet accidentia ostensiua sūt
suarum causarum. Ecce ꝙ vnus iuuenis.25.
annorum est in mundo plenus diuitijs ⁊ om
ni genere delectationum ornatus vestimen-
tis ⁊ sic đ singulis. Quid plura habet omnia
ad nutū. hic aūt relinquit mundum imensas
diuitias omnes mūdi voluptates ⁊ religio-
nem ingrediens pauperrime viuit:magis cō
tentus pauperie q̄ꝫ sint omnes diuites ⁊ ma
gnati omnibus diuitijs suis atqꝫ dignitati-
bus. Qui insuper facit infinitas vigilias. Je-
iunia ⁊ abstinentias cū tā in mundo:nec vna
die ⁊ nocte possꝫ ieiunare ⁊ vigilare. Cui ⁊ la
chryme iuges prius amarissime: nunc fiunt
super omnes voluptates mūdi dulcissime di
cente Jero. Dulciores inquit sunt lachryme
penitentium:q̄ꝫ omnes simul delitie diuitum
Cui tandē omnia que plus erant ei delectabi
lia:fiunt odiosa. Et econtra omnia que prius
erant ei odiosa ⁊ videbantur impossibilia fiūt
ei amabilia facillima atqꝫ đlectabilia. his igi
tur premissis peto que fuit causa tante muta
tionis:nunqđ talia facere est ꝺm naturaꝫ cor
ruptā? certe non:imo natura mundi est con-
traria predictis. Nunquid natura exigit ali-
quē đserere bōa q̄ hꝫ, ꝑ his q̄ nō sūt certe nō
talia ꝙ facē est oīo ꝯ nām. Si petis igit̄ q̄ sit
precipue cā tāte mutatiōis: audacter dico ꝙ
est quoddā accn̄s ꝓueniēs a deo i corde tal̄
iuuenis:qđ vtiqꝫ eū certificat đ bōis eternis
⁊ felicitate futura: ꝓpter quā certitudinē om
nia supdcā relinqt vt eterna bōa nō amittat
Qđ egregie confirmās Grego. i omelia de
cōi virginū sic dic̄. Qui celestis vite dulcedi
nē inq̄ꝫtū possibilitas admittit ꝑfecte cogno-
uerit:ea q̄ in terris amauerat:libenter cūcta
derelinquit:in cōparatione eius vilescūt om
nia deserit habita cōgregata dispergit inar
descit in celestibꝰ animus nihil i terrenis de
forme conspicit̄ qcqđ de terrene rei placebat
specie:qꝛ sola speciose margarite claritas ful
get in mente. De cuius dilectione recte per
Salomonē dicitur. cāt.8. Fortis est vt mors
dilectio:quia videlicet sicut mors corpus in-
terimit: sic amorem rerum corporaliuꝫ eter
ne vite charitas occidit. Nam quem perfe-
cte absorbuerit ad terrena foris đsideria ve-
lut insensibilem reddit. hec ibi. Qđ ꝯfirmās

saluator Jo.4.samaritane dicebat. omnis q biberit ex aqua hac.s.mundana delectatione sitiet iterum: qui autēꝫ biberit ex aqua quaꝫ ego dabo ei non sitiet in eternum: sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. hec ibi. Super que verba Augusti. ait. Qui biberit de fluuio dulcedinis paradisi cuius gutta maior est oceano restat vt in eo omnis sitis mundane delectationis extinguatur. hec ibi. Causa igitur precipua vt elicitur ex predictis quare multi voluptates mundi sequuntur in experientia superni accidentis idest superne gratie que est quedam arra seu certitudo ipsius felicitatis. Econtra vero causa precipua quare multi se subtrahūt a predictis: est specialis quedā experientia diuine gratie per quam certificatur persona de futuris bonis. Et ideo philosophus primo metha. dicit. Experiētia facit artem inexperientia vero casum. Et idem dicit. experientia nihil differt ab arte quātuꝫ ad agere: sed expertos magis perficere videmus habentibus rationem sine experientia quia experientia est cognitio singulariū: ars vero vniuersalium. Et ideo experti circa singula iudicant de re: inexpertis autem possibile est latere vtrum opus ⁊ res bene vel male fiat. hec ibi. Et sic ex prefatis patet septimuꝫ argumentum simul cum sex supradictis future felicitatis ostensiuum. Quam futuram felicitatē concedat nobis clemētissimus deus experiri per gratiam in presenti: ⁊ per gloriā possidere in futuro: qui felix ⁊ gloriosus ī celis ⁊ vbiqꝫ regnat ꝑ infinita secl'a secl'oꝝ. Amē.

¶ Feria tertia post resurrectionem domini. Item de vndecima excellentia sacratissime fidei seu de certitudine future felicitatis.

Vid turbati estis ⁊ cogitatiōes ascendūt ī corda vestra: videte manus meas ⁊ pedes qr ego ipse sū. Scribuntur hec verba luč. 24. caplo. ⁊ in euangelio occurrentis ferie. Post sacri euangelij litteraleꝫ ⁊ moralem expositionem spectabiles ciues: exquo hesterna die sufficiēter vt vidistis septem argumenta fortissima certitudinem future vite ⁊ eterne felicitatis declarata sunt: habeo in presenti sermone septem alia fortissima argumenta que restant certitudinem fututure beatitudinis ostendentia singulariter declarare. Que quidem non parue vtilitatis erunt: cum errores pessimos forte a cordibus multorum extirpabunt: ⁊ vltra hoc veras mentes fidelium in fide sua: ⁊ per consequens in bonis operibus miro modo roborabūt: quoꝝ quidem argumentorum. ¶ Primum dicitur argumentum nobilitationis. ¶ Scdm dicitur aurgumentum fortificationis. ¶ Tertium dicitur argumentuꝫ oppositiōis. ¶ Quartum dicitur argumentū perfectionis. ¶ Quintum dicitur argumentum susceptionis. ¶ Sextum dicitur argumentum multiplicationis. ¶ Septimum dicitur argumentum obiectionis.

¶ De septem alijs argumentis ostendentib⁹ certitudinem future felicitatis ⁊ vite: ⁊ primo de primo qđ dicitur argumētū nobilitatiōis.

p Rimū igit argumētū sꝫ octauū i ordine vnūquēqꝫ certificās đ futura vita ⁊ eterna felicitate dr argumētū nobilitationis. Ante declarationem huius argumenti: O incrudele ⁊ bestialis ad destructionem erroris tui atqꝫ perfidie volo vti quodā argumento quo vsus fuit quidam religiosus contra quēdam philosophuꝫ qui omnino negabat animam esse inmortalem: ⁊ per consequens non esse futuram vitam. Audi igitur queso me. aut anima ē mortalis: aut vere est inmortalis. Si anima est vere mortalis ⁊ tu per fidem credis firmiter eam esse inmortalem nullum inde ⁊ propter hoc proueniet tibi mulum ⁊ incōmodū. Si autem est inmortalis ⁊ eam credis pertinaciter esse mortaleꝫ aliquod poterit propter hoc tibi venire malum ⁊ incōmodum in futuro. Quibus prepositis melius est ex omni parte vt anima firmiter credat eē inmortalis: ⁊ per consequēs esse futuram vitam: ⁊ ratio est: quia ꝺm philosophum in diuersis locis ⁊ precipue tertio thopicoruꝫ. ꝙ si es prepositus duobus: ⁊ istius sit consecutiuum bonum: illius vero malum: magis eligendum est id cuius consecutiuum bonum est q̄ꝫ illud cuius consecutiuuꝫ est malum. Hanc eandem sententiam refert Tuli⁹ in libro de senectute. Catonā ad q̄sdaꝫ dixisse. Si anima iquit mortalis est qui cre-

dunt eam mortales esse non erunt post hanc
vitā vt nos ꝯfūdāt de ꝯria opiniōe. Si vero
aia inmortalis est nos q sumus huius opinio
nis poterimus eos confundere ⁊ deridere
qui sunt contrarie opinionis. his premissis
dico ꝙ quicunqꝫ est sani intellectus etiam si
ne alijs argumentis firmiter ⁊ indubitanter
credet ⁊ animam esse immortalem ⁊ etiam
aliam vitam ⁊ felicitatem vt tamen quisqꝫ
firmius adhuc credere possit. Venio ad de
clarationem argumentorum premissorum.
Fundamentum igitur primi argumenti qḋ
dicitur argumentum nobilitationis. ponit
philosophus. 17. de animalibus. di. Omnis
substantia viuens naturaliter est melior ⁊ no
bilior non viuente. patet hec regula. Nam fo
lium arboris vegetatiuum est nobilius natu
raliter omni auro mundi. vermiculus autem
qui vltra animam vegetatiuam habet sensi-
tiuam est nobilior naturaliter omni auro et
omnibus arboribus mundi: loquor quantuꝫ
ad naturam non quantum ad vsum. Simi-
liter ecclesiastes. 9. hoc idem exēplificat. Sa
lomon dicens. Melior est canis viuus quo-
libet leone mortuo. Quo presupposito ꝙ
substantia viuens nobilior est qualibet non
viuente: peto an celi ⁊ corpora celestia habe-
ant animam seu vitam. ⁊ certum est ꝙ non
dicente damasceno lib. 2. c. 5. Celi inquit sunt
penitus inanimati ⁊ insensibiles Et bona.
in secundo. di. 14. ar. 3. q. 2. in cor. q. dicit. Cum
queritur vtrum motus celorum sit a propria
forma ⁊ anima vel ab intelligentia. Respon
deo ꝙ quidam philosophi posuisse videnť:
ꝙ celi habent animas: ⁊ ꝙ celum est ma-
gnum animal ⁊ ꝙ mouetur a propria forma
perfectissima: sicut mouetur anima. ⁊ hāc ani
maꝫ motricem posuerunt regi ⁊ dirigi a deo
mediante itelligētia sꝫ hec positio falsa ē ⁊
erronea: quia celi sunt inanimati ⁊ insēsibi
les. ⁊ ꝙ dicunt deum aliquando benedice-
re. hoc est dictum per prosopopeam ⁊ ista est
cois sententia scōrum. Jḋ Aug. retractat illḋ
verbū qḋ dic̄ i lib. de imortalitate aie. ꝙ mū
dus aiatur ⁊ celū. Et si aliq̄ sancti hoc videā
tur dicere sic̄ Hyero. sup ezechielē: hoc totuꝫ
itelligēdū ē esse dictū methaforice. Nō solū
aūt hec positio ē cōtra catholicos doctores
sꝫ ēt cōtra phicos tractatores: q ponūt ꝙ sba
itellectualis nō vnitur corpi nisi mediāte ve
getabili ⁊ sēsibili. Et sic si celuꝫ perficeretur a
sba spirituali hēret sētire ⁊ vegetari: ⁊ ita nā
liť posset corrūpi qḋ falsuꝫ ē: ꝓpterea dicēdū
est ꝙ celi mouētur ab itelligētia seu ab ange-
lis. hec Bona. verbaľr. hoc idē dicit Ric. in
2. di. 14. Et in. 4. distin. 43. ar. 1. q. 1. in cor. q. Li
cet igiť vt p̄tactū est celi sint iaiati: tm̄ deus
vt i hesterno sermone dictū fuit: cōicauit eis
eē ppetuū icorruptibile ⁊ eternū. Sꝫ clarū est
ꝙ hō ē nobilior oib⁹ celis ⁊ mundo: ꝓ eo ꝙ
hō habet triplicē aiaꝫ. vegetatiuā sensitiuā ⁊
intellectiuā pp quā non tm̄ ē nobilior celis sꝫ
ēt cūctis aiantib⁹. dicente auctore lib. 6. phi.
Animātiora inq̄t sunt simpľr nobiliora ⁊ pas
sibiliora: vt aial arbore: ⁊ rationale nō rōnali
Qḋ si sic ē ꝙ hō sit nobilior omni celesti cor
pore: ergo si ista erūt eina: multo magis ipse
hō dꝫ eē eternus. Et cōfirmať ista ratio. cer-
tuꝫ ē eniꝫ vt dr̄. 2. phi. ⁊. 3. topicoꝝ. ꝙ finis est
melior oib⁹ que sūt ad finē. Qḋ pꝫ. q2 domi-
nus ad quē ordinanť ancille ⁊ serui: nobilior
ē oibus seruis ⁊ ancillis. Tūc vltra quero q̄-
re deus fecit solem sydera ⁊ celos cū oē agēs
vt dr̄. 2. phisi. agat simpľr propter finē. Et cer
tū est ſm tho. in. 2. di. 1. Et ſm Bona. in. 2. di.
15. ar. 2. q. 1. ꝙ ea deus fecit duplici fine. primo
pp ostensionē sue potētie sapientie ⁊ bonita-
tis. iuxta illud prouer. 16. Oia pp teipsū ope
rat⁹ es domine. Scḋo ea fecit simul cū oib⁹
inferioribus pp ipsuꝫ hoiem. vt. s. sint ad suuꝫ
auxiliuꝫ ⁊ ad suuꝫ adiumētū. pp ꝙ phs secū-
do de aia dicit. Finis quodāmodo oiuꝫ. s. ani
maliuꝫ reruꝫ inferioꝝ ⁊ corporū celestium est
hō. Et p̄mo. politicorū dic̄. Nā fecit oia ꝓpť
hoies. ⁊ ꝓpha dicit. Oia subiecisti sub pedi
bus ei⁹. ⁊c. Et ꝙ ēt iferiora sint facta pp finē
hōis. rationē assignat Ric. in. 4. di. 48. ar. 2.
q. 6. di. Qḋ post iuditiū oēs creature iferio-
res deficiēt ⁊ nihil amplius generabiť: eo ꝙ
deficiente cā. s. hoie propter quē facte sūt: de
ficient ⁊ effect⁹. i. inferiores creature q̄ erant
ad vsū eius Quo etiam cōcesso ꝙ hō ē finis
oiuꝫ creaturaꝝ inferiorū. ergo p ꝯñs p supdictā
regulaꝫ ē nobilior eis. Quod si sic est: ergo
nobiliorē finē hr̄e dꝫ eis. Si āt diceres ꝙ de
us simpliciter fecit hominem: vt in hac vi-
ta comedat bibat finaliter moriatur: ⁊ vlte-
ri⁹ de ipso nō sit mēoria: seq̄reť hoc incōueni
ens ꝙ tra elemēta arbores bestie celi nobili
ora eēnt ipo hoie: qḋ cū sit ꝯ oēꝫ philosophiā

icirco oportet cōcludere hominem futurum eſſe inmortalem ⁊ perpetuum: quia fruſtra aliter conditus eſſet a deo: ⁊ de ceteris brutis ⁊ creaturis maior cura fuiſſet deo q̄ȝ de rationabilibus creaturis: quod ⁊ certe falſiſſimum eſt. Dic michi queſo. Nunquid aliquis dominus ⁊ pater non prouidebit filio q tam diligenter prouidet ſeruo filij: certum eſt ꝙ ſic: ergo a ſimili eſt d̓ anima ⁊ ceteris creaturis propterea dominus ieſus Mat. 6. inſinuare volens maiorem curam eſſe deo de hominibus quam de omnibus alijs inferioribꝰ creaturis dicit reſpicite volatilia celi quomodo non ſerunt neqȝ metunt: neqȝ congregant in horrea ⁊ pater noſter celeſtis paſcit illa: ⁊ ita ſubdit. De veſtimento qd ſoliciti eſtis? Cōſiderate lilia cāpi qūo creſcūt. non laborāt neqȝ nent. dico autem vobis qm̄ nec Salomon i tota gloria ſua coopertus eſt ſicut vnū ex iſtis. Si aūt fenuȝ agri qd̓ hodie eſt ⁊ cras in clibanū mittiṫ deuſ ſic veſtit: q̄ȝto magis vos mime fidei. h ibi. q̄ſi dicere velit. Si deus habet tantā caraȝ de irrōnabili creatura dādo ei fineȝ ſuū: a fortiori hēbit de rōnalīꝰ hoīe ad hymaginē ⁊ ſilitudineȝ facto: dādo ei nobiliorē finē. Supradicta oia cōfirmātur pꝰtextū aureū ⁊ egregiū Lactātij. 7. li. di. iſti. dicētis. Quis eſt eni tā ineptus: vel tā ocioſus vt agrediatur aliqd facere fruſtra: ex quo nullam vtilitatem: nullum cōmodum ſperet. Qui domum edificat non ideo edificat vt tantūmodo domus ſit: ſed vt in ea poſſit habitari. Qui nauem fabricat non ideo aſſumit opaȝ vt tm̄ nauis appareat: ſȝ vt i ea nauigetur. Itē qui vas aliquod inſtituit ac format: nō ꝓpterea id facit vt tm̄ feciſſe videatur ſed vt vas illud effectū capiat aliqd̓ neceſſariū. Silr̄ cetera queeūqȝ fiūt nō vtiqȝ inſupuacuū: ſed ad vſus aliquos vtiles laborantur Mūdus igiṫ a deo factus eſt nō vtiqȝ ꝓpter ipſū mundum: neqȝ enim aut calore ſolis aut lune: aut aſpiratiōe ventoꝝ: aut humore ymbriū: aut alimonia frugū cū ſenſu careat indiget. Sed nec illud quidem dici pōt ꝙ pp ſeipȝ fecerit mūdū: qm̄ pōt eē ſine mūdo ſic fuit antea. Ex his oibus q̄ in mūdo ſūt ⁊ q̄ in eo generātur deus ipe nō vtiṫ. Appet ḡ aiantium cā mūdū eē cōſtitutū: qm̄ rebus his qbus cōſtat aiantes fruūtur: que vt viuere ⁊ cōſtare poſſint: oia his neceſſaria tēporibꝰ certe ſubminiſtranṫ. Rurſus ceteras aiantes hoīs cā eſſe factas ex eo clarū eſt ꝙ homini ſeruiūt: ⁊ tutele eiꝰ atqȝ vſibꝰ date ſūt. ⁊ ifra. Sic ergo mūdū nō pp ſe deus fecit q2 cōmodis eiꝰ nō indiget: ſȝ pp hominē q eo vtiṫ: ita ipm hominē propter ſe. Que vtilitas deo i hoie inquit Epicurrus vt eū pp ſe faceret. ſ. vt eēt q opera eius itelligeret: qui ꝓuidētiā diſponēdi: rōeȝ faciendi: virtutē cōfirmādi: ⁊ ſenſuȝ admirari ⁊ voce proloq poſſet. Quorum omniū ſūma h eſt vt deum colat. Sȝ colit q intelligit. Is artificē reꝝ omniū ſe prēm ſuū verū debita veneratiōe ꝓſeqṫ: qui virtutē maieſtatiſ eius de ſuoꝝ opuȝ inuentione inceptiōe ⁊ pfectione metit. Qd̓ planius argumētuȝ ꝓferri pōt ⁊ mūdū hois: ⁊ hoies ſua cā deū feciſſe: q̄ȝ ꝙ oibus exaiantibus ſolus ita formatus eſt: vt oculi ad celū directi: facies ad deum ſpectās vultus cū ſuo parente cōis ſit: videaturqȝ hominem deus q̄ſi porrecta manu ab humo leuatū ad ꝯtēplationē ſui excitaſſe. h lactātius.

¶ De ſcd̓o argumēto oñſiuo future felicitatis quod diciṫ argumentū fortificatiōis.

Secūdū iſup argumētū ſȝ nonū i ordine de vnūquēqȝ certificās de eterna vita ⁊ futura felicitate dicitur argumētū fortificatiōis. Fūdamētū huius argumēti pōit phs li. d̓ aialibꝰ. di. Fortioreſ potētie ſimplr̄ ſūt magis aphenſiue oboꝝ. patȝ h regula. Nā oculus aqle cū ſit vigoroſior oculo hois ⁊ cuiuſlibȝ aialis iccirco videt clarius ſolē in rota q̄ȝ oculus hois ⁊ ceteroꝝ aialium. Silr̄ auris petri clarius pcipit ſonū ⁊ vocē q̄ȝ auris Martini. ⁊ hoc reſpectu maioris diſpōis Silr̄ cuȝ in hoie ſit oculꝰ corpis: ⁊ oculus aie q eſt itellectꝰ: claꝝ eſt ꝙ itellectus aie magis pcipit eētiā rei q̄ȝ oculus nālis: ꝓ eo ꝙ nomē intellectus quādā itimā cognitionē iportat. Proinde diciṫ intellectus rē itelligē. i. q̄ſi intus legē: ⁊ hoc manifeſtat drīaȝ ſenſus ⁊ intellectus. Nā cognitio ſenſitiua vt nr̄a ⁊ brutoꝝ ſolū occupaṫ circa q̄litates ſenſibiles exteriores vt videre colorē ⁊ nō corpus: vl̄ ſbaȝ interiorē. Itē guſtare ſolū ſaporē rei. Itē auris olū audit ſonū ⁊ nō penetrat verba. Cognitio aūt itellectiua penetrat vſqȝ ad eētiam rei: ꝓ eo ꝙ obm intellectus eſt qd̓ qd ē: vt d̓ p̄ poſterioꝝ: ⁊ tertio de aia. Sūt aūt mlr̄a genera eoꝝ q̄ interiꝰ latēt q̄ nō nālis oculꝰ ſed ſolū itellectus penetrare pōt. Naȝ ſub oibus accidētibus latet vbiqȝ nā reꝝ ſbaliū: ſub verbis latēt ſigcata verboꝝ. In figuris latet res

figurata sic sb ligno crucifixi itellegit ipe xp̄s
Silr in cāis latēt effectus:vt i potētia gnati
ua hois:latet fili⁹ gnāndus:⁊ in arbore latet
fruct⁹. Slr in effectib⁹ latēt sue cāe. Que ve-
ritates a sensibilibus oculis nō pcipiunt. Si
eni dixeris aiali seu preponas oculis nr̄is qd
cōsistit sub accn̄tibus hostie cōsecrate nō pci
piūt. Itē si preponas auribus nr̄is atqȝ bru-
toꝝ qd significēt ista verba deus ē sūmū bo-
nū:sonuȝ qdem audiēt:sȝ veritatē nō pcipiēt.
Quo p̄supposito:ꝙ.s.pfectior potētia magis
est apprehēsiua obi:certū ē ꝙ obm cuiuslibet
hūani itellectus est verū dn̄te pho.6. ethicoꝝ
Bonum ⁊ malum sunt in rebus:veruȝ ⁊ fal-
sum sunt in intellectu. Sed clarum est ꝙ veri
tas magis apprehēditur ab vno intellectu q̄ȝ
ab alio:non quia essentia vnius itellectus sit
ab origine naturaliter pfectior altera:sȝ hoc ꝑ
uenit p triplex accidēs. vȝ p accidēs pfectioris
dispōnis corporalis:p accidēs doctrine: p ac
cidēs cōsuetudinis vel expientie. De quo tri-
plici accidēte.io.ethicoꝝ phs ait. Bonos ⁊ i-
geniosos nos qdam fieri existimat:hi quidem
a natura:hi a doctrina.hi vero ꝯcōsuetudine
Adde ⁊ q̄rtuȝ accidens nobilius supradictis
videlicet accidens infusionis supernaturalis
gratie dei. Quod si sic est ꝙ veritas alic⁹ rei
clarius percipitur ab vno itellectu q̄ȝ ab alio.
Ecce ꝙ prepono tibi o icredule de futura vi-
ta solum intellectū Aug.seu Ambrosij ⁊ que
ro a te quis habuit maiorem intellectū tā per
accidens naturalis dispōnis q̄ȝ p accidēs do
ctrine vel scientie acquisite ⁊ insuper expiētie
⁊ qđ magis est infusionis supnaturalis grē
an tu an ipsi. Et certū est ꝙ ipsi. Vade ⁊ trā
scurre eoruȝ inumerabilia opa q̄ cōposuerūt
in quibus q̄si infinitas veritates posuerunt ⁊
cognouerunt:⁊ videbis ignorantiam tuam:⁊
eorum sciaȝ. Et etiā percipies ꝙ nō tm̄ plus
intellexerunt de veritatibus reruȝ q̄ȝ tu incō
parabiliter:sed etiā plus q̄ȝ fere inūerabiles
hoies tibi similes. Quod si sic est quis dubi-
tat qn magis veritateȝ vel falsitatē de futura
vita cognouerit Aug. q̄ȝ qcūqȝ alij cū oēs q̄si
vt pȝ in oibus opibus suis in scia supnatura
li diuinoꝝ supauerit. Certe si futura vita non
eēt itellect⁹ Augu. valde subtilis plus ceteris
hoc cognouisset. Nā vt.4.dr̄ meta. Sapien-
tis ꝓpriū est opposita sic medicia speculatur
sanū speculari ⁊ egrū. O igit̄ tu q millies mi
nus de veritate cognoscis futuroꝝ q̄ȝ Augu.
crede q̄ Aug. q millies plus veritatē future vi
te cognouit q̄ȝ tu. Quid dicemus de ꝓfundi-
tate intellect⁹ beati Jo. euāgeliste. lege q̄so euā
geliū suū ⁊ precipue In p̄ncipio erat verbuȝ
vbi ⁊ Jero. in ꝓlogo ait. Si parū altius Jo.
intonasset arbitror ꝙ totus mūdus cape nō
potuisset. lege ⁊ queso Apochalipsiȝ quam ei
xp̄s reuelauit i pathmos insula. dū ibi in exi-
liuȝ a Domiciano impatore missus fuisset:⁊
⁊ videbis ꝓfūditatē intellectus sui:ꝓpter qđ
Jero. in scđo ꝓemio super apocal. ait. apocali
psis Joā. tot hȝ sacr̄a quot verba:parū enim
dixit sȝ ꝓ merito volumis huius laus ois ife
rior ē. In verbis singulis mltiplices latēt in
telligētie. h Jero. Si igit̄ Jo. sic fuit speclatiu⁹
in cognitiōe veritatū:ꝙ q̄si trāscēdit oēȝ hūa
nū itellectū:cur nō magis ei credit̄ seu credi
dis q̄ȝ itellectui tuo? Qui ēt nō intelligit non
tm̄ dei sed nec vnius vermiculi ꝓprietatē. Ta
ceo de intellectu pauli q cum iudeus eēt ⁊ do
ctus plurimū in nālı phia ⁊ iudeorū lege:per
gamalielē tādē conuersus miraculose vt ha-
bet̄ actuū.9. p vocē xp̄i sibi dicētē. Saule sau
le qd me pseq̄ris:ego sū xp̄us nazaren⁹ quē
tu psequeris durū ē tibi ꝯ stimulū calcitrare
nō tm̄ p sciam nāleȝ sȝ p experiētiā supnālis
visionis ⁊ reuelatiōis cognouit q̄si infinitas
veritates de ipso deo ⁊ angelis eius:nec non
⁊ de futura felicitate ꝓut in epl̄is eius ꝯtinet̄
ꝓpterea.2.cor.12.ait. Si gloriari oȝ. non expe
dit qdē. veniaȝ aūt ad reuelatiōes ⁊ visiones
dn̄i. Scio eni hominē in xp̄o an̄ ānos.14. si-
ue in corpe siue ex̄ corpus nescio deus scit ra
ptū hmōi vsqȝ ad tertiū celū in padisū: ⁊ au-
diuit archana verba q̄ nō lȝ hōi log ꝓ hmōi
aūt gl̄iabor. h ibi. Dic mihi q̄so cui magis o
heretice credēdū est an paulo q expiētiaȝ ha-
buit ⁊ sciaȝ de futura felicitate:an tibi cū mul
tis alijs q nec scientiaȝ nec expiētiā de ipsa
futura felicitate hēs? ⁊ certū est ꝙ paulo:pre-
termitto ēt itellectū subtilissimū sacroꝝ theo-
logoꝝ ceterorūqȝ catholicoꝝ doctoꝝ q simul
oēs si nō eēt futura vita ⁊ felicitas magis cre
dēdū est ꝙ infinitis cognouissent q̄ȝ tu. Qui
bus p cōsequens magis credendū est infini-
ties q̄ȝ tibi cuȝ illi sapiētiores fuerūt in omni
sciētia q̄ȝ tu qui stultissimus es dū fantasiaȝ
solā preponere presumis collegio tantorū sa-
piētisimorū ⁊ doctissimoꝝ virorū. Taceo ꝙ si
duobus vel tribus testibus fides plenissima
adhibetur sicut habet̄ Mat.18. ⁊ extra de p-

batidibus.c.qm̄ ꝫ falsam. Et extra de teſtib⁹
ꝛ atteſtatiobus.c.cā q̄ vertitur. ꝛ extra de te-
bus cogēdis vel nō.co.c.cum ſuper cā. A for
tiori fides eſt adhibēda tāte mltitudini ꝛ tot
teſtibus: quot ſunt patriarche ꝓphete apoſto
li confeſſores virgines cunctiqꝫ ſacri eccleſie
doctores atqꝫ theologi: q ſimul oēs futuram
vitā cōfeſſi ſūt ꝛ pro illa fecerunt q̄cūqꝫ fece-
runt. Itēꝫ ſi in capitul' ꝛ conſilijs maiori pti
creditur: ſicut expreſſe tex. habet extra de his
que fi.a ma.parte ca.c.cuꝫ in cūctis eccleſijs
ꝛ extra de elec.c.licet. Cur nō magis creden-
dum eſt tot chriſtianis q ſunt ꝛ fuerūt q̄ꝫ vni
heretico. Immo etiam cōmuniter vniuerſi-
tas paganorum preteritorum ꝛ etiaꝫ īfideliū
preſentium tenuit ꝛ tenet futuram eſſe vi-
tam ꝛ felicitatem pro qua etiam poſſidenda
nōnulli ſe morti expoſuerunt. Unde Augu.
li.22.de ciuitate dei.recitat ꝙ qdā philoſoph⁹
cui nomen erat Theobrocus lecto libro plato
nis de imortalitate anime: de muro ſe preci-
pitem dedit mortēqꝫ ſuſcepit. Et lactantius.
tertio.d.inſti.ait. Multi ex his qui animaſ eē
eternas ſuſpicabantur: tanq̄ꝫ in celuꝫ ad eter
nam vitam migraturi eſſent ſibiipſis man⁹
in mortem tulerunt: vt cleantes ꝛ criſpus ꝛ
zenon ꝛ empedocles qui ſe in ardentis ethne
ſpecu intempeſta nocte deicit: ꝛ cum repen-
te non apparuiſſet abiſſe ad deos crederetur
hec ille Jo. Cōcluſionaliter tenendum eſt ꝙ
impoſſibile eſt tantam multitudinem chriſtia
norum ꝛ etiam infidelium poſſe errare q̄ꝫtuꝫ
ſcilꝫ ad credulitatem future vite precipue cuꝫ
philoſophus.7.ethicorum dicat. Fama quā
omnes famāt nō omnino deperditur. Jccir
co valde iniquus eſt imo ſtultus qui tātis vt
predixi ſapientiſſimis viris credere recuſat.
Proinde Leo papa.24.q.3.c.quid auteꝫ.ait.
Quid autē iniquius eſt q̄ꝫ impia credulitate
ſapere: ꝛ ſapientioribus doctoribuſqꝫ nō cre-
dere: ſed in hāc inſcipiētiam cadunt quicūqꝫ
ad cognoſcendam veritateꝫ aliquo impediūt
abſcuro.hij nō ad ꝓphicas voces nō ad apo
ſtolicas lr̄as: nec ad euāgelicaſ auctoritates ſꝫ
ad ſemetipſos recurrūt: ꝛ iō magiſtri erroris
exiſtūt qꝛ veritatis diſcipuli nō fuerūt.hec ille
¶ De tertio argumento oſtenſiuo future feli
citatis. quod dicitur argumentum oppōnis.

t Ertium etiam argumentuꝫ ſed deci-
mū in ordine vnūquēqꝫ certificās d̄
eterna vita ꝛ futura felicitate dr̄ argu
mentum oppoſitionis. Fundamentum hu-
ius argumenti ponit philoſophus ſecundo
de celo ꝛ mundo. dicens. Si eſt reperire vnū
contrarium in natura eſt reperire ꝛ reli-
quum. patet hec regula. Nam ſi reperitur
triſtitia ꝛ calor: etiā reperitur letitia ꝛ frigus.
Similiter ſi reperitur obſcuritas malum ꝛ
mors: reperitur etiam claritas bonum ꝛ vi-
ta. Propter qd̄ eccleſiaſtici triceſimotertio.
dicitur. Contra malū eſt bonum: ꝛ contra vi
tam mors. Quo preſuppoſito certuꝫ eſt ꝙ re
peritur locus inferior vbi eſt vita plena om-
ni miſeria dicēte Salomō prouer.9. In pro-
fundis inferni cōuiue eius. Et Iſa.7.dr̄. Lo
cut⁹ ē dn̄s ad Achaꝫ dicēs. Pete tibi ſignū
a dn̄o deo tuo i ꝓfūdū iferni ſiue i excelſū ſup̄
Et Iſa.14.dr̄. Detracta ē vſqꝫ ad iferos ſup
bia tua cecidit cadauer tuū ſubt⁹ te: ſternet ti
nea: ꝛ operimentum tuuꝫ erunt vermes: quo
modo cecidiſti de celo Lucifer qui mane orie
baris corruiſti in terraꝫ qui vulnerabas gen
tes qui dicebas in corde tuo: in celum con-
ſcendam: ſuper aſtra celi exaltabo ſolium me
um: ſedebo in mōte teſtamēti in lateribus aq
lonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium
ſimilis ero altiſſimo. Verūtn̄ ad infernuꝫ de
traheris in profundum laci. hec ibi. Et apoc.
20. dicitur. mors ꝛ infernus dederūt mortuos
ſuos tempore iudicij. Et Job.21. dicitur. Te-
nent tympanum ꝛ cytharam ꝛ gaudēt ad ſo
nitum organi: ducunt in bonis dies ſuos: ꝛ
in puncto ad inferna deſcendūt. hec ibi. Modo
ſi ſic eſt ꝙ infernus reperitur qui eſt plenus
omni pena: ergo neceſſe eſt reperire locum ſi
bi contrarium qui eſt paradiſus in quo inue
niat omnis letitia ꝛ beatitudo: q̄ ſimul duo
confirmans propheta dicebat. Quo ibo a ſpi
ritu tuo ꝛ quo a facie tua fugiam: ſi aſcende-
ro in celuꝫ illic es ſi deſcendero in infernum
ades. Que etiam duo loca contraria ſalua-
tor eſſe teſtatur luc.16. per exemplum diuitis
epulonis ꝛ Lazari mendici di. Factum eſt
autē vt moreretur mēdicus ꝛ portaretur ab
angelis in ſinu habrae: mortuus eſt auteꝫ di
ues ꝛ ſepultus eſt in inferno: eleuans autem
oculos ſuos cum eſſet in tormentis vidit ha
braam a longe ꝛ Lazarum in ſinu eius: ꝛ ipſe
clamās dixit pater habraam miſerere mei ꝛ
mitte Lazarum vt intingat extremum digi-
ti ſui in aquam vt refrigeret linguam me-
am: quia crucior in hac flamma. Et dixit

illi habraã. Fili recordare quia recepisti bõa in vita tua ⁊ Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolat̃ tu vero cruciaris: ⁊ i his omnibus inter nos ⁊ vos chaos magnuꝫ firmatũ est: vt hij qui volũt trãsire hinc ad vos nõ possint neqꝫ inde huc trãsmeare. hec ibi. Quod si diceres demones nõ vidi nec locuꝫ inferni. ergo per ꝯñs paradisũ sibi ꝯtrariuꝫ esse nõ credo. Rñdeo ꝙ velis nolis tñ infernum credes esse qñ ipsi demões in morte tua: ad ipꝫ infernum cum ceteris incredulis et dãnatis te deducẽt: sicut Mar. vltio. c. saluator testatur di. Qui crediderit. s. vitã eternam: ⁊ baptizat⁹ fuerit saluus erit: qui vero nõ crediderit condẽnabit̃: ⁊ merito tales debẽt dãnari cũ articul⁹ fidei dicat: carnis resurrectioneꝫ i vitam eternam Amen.

¶ De quarto argumento ostẽsiuo future felicitatis quod dicitur argumẽtum perfectiõis

Quartum argumẽtũ sed vndecimũ i ordine vnũquẽqꝫ certificãs de eterna vita ⁊ futura beatitudine: dicit̃ argumẽtum perfectiõis. vꝫ charitatis. Fũdamẽtũ huius argumẽti põit phs. 8. ethicorum. di. Amicitia bonoꝝ erga bonos permanet vsqꝫ quo boni sũt. patꝫ h regula ẽt erga bruta animalia. Nã equ⁹ tã diu a dño diligit̃ quousqꝫ durat bonitas ei⁹. hoc idẽ facit erga seruum. Quo presupposito certum est vt in preccedenti sermone oñsum fuit. ꝙ aia est imortalis ⁊ eterna: ⁊ per ꝯñs eius bonitas substantialis ⁊ ẽt accidẽtalis ꝓ vt est illoꝝ q moriuntur cũ virtutibus ẽ eterna. Quod si sic est ergo dilectio dei ad ipsam aiam dꝫ eẽ eterna: qꝛ alr̃ impfecta eẽt. pp qð Tulius li. d̃ amicitia dic̃. Perfecte ⁊ vere amicitie sempiterne sũt: ⁊ phs. 8. ethicoꝝ. ait. Amicitia bonoꝝ ⁊ honestoꝝ est intrãsmutabilis. Et ecclesiastici. 17. dr̃. Omni tẽpore diligit q amicus est. Proinde dio. li. de di. no. di. Amor dei est quasi quidã circulus principio ⁊ fine carẽs. qð si sic ẽ ꝙ dilectio dei ad aiaꝫ imortalẽ est eterna: clarũ est ꝙ talis dilectio nõ esset vera nisi eidẽ aie etiã cõmunicaret quãdaꝫ eternam felicitatẽ: ꝓ eo ꝙ vera amicitia cõsistit in cõicatiõe bonorũ suorum. Vnde phs. 9. ethicoꝝ. Cõicatio bonoruꝫ cũ amicis est de essentia amicitie: quia in bonis amicus se dꝫ habere ad aicuꝫ sicut ad seipsum. Et Grego. in omelia pẽteco di. Probatio dilectiõis exhibitio est opis. Quod si forte diceres. Q erquo deus permittit aiaꝫ cũ corpore mori ⁊ corrũpi. Jccirco nõ est necesse ꝙ tali aie deus det eternã felicitatẽ. Respõdeo dic mihi queso. Nõne in hoc mũdo quisqꝫ fidelis amicus si potestatẽ habeat: amicuꝫ suũ a morte preseruat ⁊ defendit? certum est ꝙ sic: ergo a fortiori credẽdũ est ꝙ deus amicos suos seruat ab eterna morte in qua oio nõ pereãt: mors igit̃ corporalis amicorum dei nõ est mors sed potius sõnus vel transit⁹ quidã ad meliorẽ vitam. pp qð Jo. ij. dixit christus. lazarus amicus noster dormit. ⁊ Mat. 22. dicitur. Nõ est deus mortuorũ sꝫ viuẽtiũ.

¶ De quinto argumẽto ostensiuo future felicitatis. quod dicitur argumentũ susceptiõis.

Quintum argumẽtũ sed duodecimũ in ordine vnunquẽqꝫ certificans de eterna vita: ⁊ futura felicitate: dicit̃ argumentum susceptionis. videlicet mortis. pro cuius argumenti declaratiõe peto quid ẽ homini carius in hac vita super omnia? certuꝫ est ꝙ nõ sunt diuitie nõ dignitates tẽporales ⁊ spirituales nõ vxor nõ multa familia nõ infinite possessiões ⁊ palatij non filij nõ parentes nec ceteri huiusmodi: sed simpliciter propria vita est cuilibet carior omnibus supradictis pro qua cõseruanda daret homo infinitos mundos si haberet: ⁊ vlterius citius permitteret omnes homines mũdi mori ꝙ̃ vellet propriam vitam perdẽ. Que omnia confirmantur per illud Job. 2. Pellẽ pro pelle ⁊ cũcta que habꝫ homo dabit pro anima sua. Et Boeci⁹. prosa. ij. tertij lib. ait. Omne animal tueri salutem desiderat: mortem vero pernitiẽqꝫ deuitat. Et. 3. ethicorum. phs ait. Mors idest pditio vite est vltimuꝫ terribiliũ. s. penarum. Hoc igitur concesso ꝙ vita cuilibet est sic cara: certum est ꝙ mlti martyres vitã perdiderunt pro acqrenda eterna felicitate. Nec credendũ est ꝙ vitã tam nobileꝫ perdere voluerint cuꝫ prudentissimi essent pro dubia re vel pro re falsa ⁊ incerta: quin potius pro re certissima firmissima atqꝫ verissima. Quod si aliter fecissent vtiqꝫ stultissimi fuissẽt ex eo ꝙ rem certam ⁊ veram pro re incerta ⁊ falsa tradidissent. Si igit̃ petis. O Bartholomee apostole cur voluisti decoriari? Clamans respondebit pro eterna felicitate. Et tu o Laurenti cur voluisti corpus tuũ super craticulaꝫ igne cremari? Respõdet pro felicitate eterna Et tu o Petre ⁊ paule cur voluistis. Vnus crucifigi ⁊ alter decapitari. Respondent pro

